

CCIÓ

UNIVERSITAT DE VALÈNCIA  
AUTONOMIA DE NÚMERO  
UNIVERSITAT DE VALÈNCIA  
BIBLIOTECA DE LA FACULTAT DE CIÈNCIES MÈDIQUES

九卷九  
分册

ALFRED JANNUCCI

JANNUCCI



DEI PARENTIS  
SUMPTIONE

ALFRED JANNUCCI

BT630

.J3

1884

c.1

008326



DE DEIPARENTIS ASSUMPTIONE

U A N L



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN


DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Al sabio y docto  
Mertisimo Obispo de Leon  
Illmo. Sr. D. Emeterio Valverde Tellez;  
reconociendo y pidiendo perdon de

sus faltas  
dedica esta bella obra su humilde  
siubdito e hijo

Gabino Chavez Pro.



FIRMITUDO CATHOLICÆ VERITATIS

DE

PSYCHOSOMATICA DEIPARENTIS ASSUMPTIONE

DISQUISITIO PRIOR

HISTORICO-BIBLICO-SPECULATIVO-POLEMICA

NECNON

HARMONIA CATHOLICI DOGMATIS

DE

PNEUMATOSOMATICA DEIPARENTIS ASSUMPTIONE

DISQUISITIO POSTERIOR

CRITICO-PHILOSOPHICO-THEOLOGICO-DIPLOMATICA

ALPHONSI M. JANNUCCI

SACRÆ THEOLOGICÆ DOCTORIS



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEON  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS




44981

BT630

J3

1884

c. 1



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

## EPISTOLA SUPPLEX

AD

D. ALPHONSUM MARIAM DE LIGORIO

INCLYTUM ECCLESIAE DOCTOREM

ET

EPISCOPUM S. AGATHAE GOTHORUM

EXCELLENTISSIME ILLUSTRISSE PRÆSUL,

Humilem hanc theologicam lucubrationem, in almæ Thei-  
matris assumptæ laudem tenuiter concinnatam, veritus, eru-  
bescens Tuis ipse manibus submitto, ut rudes ingenii mei  
partus læta benedictione fœcundes, micantique Tui nominis  
fulgore collustrare quodammodo velis. Tuæ gloriæ celsitudinem  
venerans, hanc Tibi, qualitercumque sit, disquisitionem non  
quale debui sed quale potui devotionis et observantiæ argu-  
mentum, dare donare dicare lubenti animo pelliceor, quum in  
Te ferventiores erga Virginem Deiparam charitatis radii semper  
et ubique coruscaverint, extiterintque præclara facinora; quum  
cathedrale Templum, nuper a Tuo successore (1) munificentis-  
sime restauratum, in quo vivis adhuc et præclarissima stella  
refulges, assumptæ Virgini sacrum dicatumque sit; quum pneu-  
matosomaticam Deiparentis Assumptionem Te cum Ecclesia  
veterrimæ Traditionis organon, velut oratione nostra progre-

(1) R. mus et Exc. mus Dominicus Ramaschiello, S. Agathæ Gothorum Antistes  
(quem Deus in longitudinem dierum sospitet), cum zelus domus Dei comederet eum,  
adeo rude princeps Templum magnis curis et sumptibus restaurare satagit, ut illud,  
prouti convenit, præfulgere magno splendore videatur.

008326

diente liquebit, aperte devote constanter tenuisse, scripsisse, tradidisse noscamus.

Hanc elucubrationem benigno lumine contuere, necnon Tuam mihi adjutricem operam confer, ut conglorificare, prout mea patitur tenuitas, queam *illud signum magnum*, magnum natura, magnum gratia, magnum gloria, quod *apparuit in caelo*, tum in caelo triumphantis Ecclesiae in splendoribus sanctorum Cælicolarum, tum in caelo militantis Ecclesiae in splendoribus SS. Patrum, Doctorum atque Theologorum omnium; *mulier amicta sole*, nec immerito: quemadmodum quippe sol claritate sua et immutabilitate omnia sidera vincit, ita B. Virgo sui corporis animique claritate et immutabilitate sanctos omnes antecellit; *et luna sub pedibus ejus*, Deiparæ namque mors fuit brevis prope lunæ transitus ante solem micantissimum; *et in capite ejus corona stellarum duodecim* (1), stellarum et non lapidis pretiosi, quia corona Virginis est cujusdam superioris ordinis, duodecim quia omnimodæ gloriæ et ideo qua in anima, qua in corpore; in duodecimo sane numero tota perfectio reperitur.

Hanc igitur elucubrationem, utut sit, benigno lumine precor obtestorque suscipias: eo vel magis quod ipsa coherere propemodum videatur Litteris Encyclicis SS<sup>mi</sup> nostri Leonis PP. XIII (f. r.) nuper datis, queis præcipiebat Rosarium a fidelibus toto qua late patet orbe recitandum, ut Virgo Deipara quæ toties atque toties societati prope collapsuræ manum munificam porrexit, Dei furorem potenti pietate mulceret, justissimumque de sua manu tolleret vibratum in nostra capita fulmen. Monendum tamen est, in Rosario, hoc mariano Psalterio, magis placere Deiparæ quartum et quintum gloriosa mysteria, suam videlicet Assumptionem et Coronationem, prout ipsa revelavit div. Thomæ cantuariensi Archiepiscopo (2); tum quia hisce prærogativis nunc fruitur in caelo, tum quia memorata mysteria recensentur omnium ipsiusmet Virginis gloriarum complementum et apex.

Verum, heic facere non possum quin paulisper sapiens hoc pontificium calamitatibus nostris remedium scisciter. Ecclesiae

(1) Apoc. xii, 1.

(2) Cfr. ven. Bernardinum De Bustis in suo *Mariali* part. x, ser. 2 de *Gaudiis Mariæ*, lit. O.

Catholicæ Medico lucubrationibus hisce meis obviam me ire delector.

Illa quidem combibenda est persuasio, sacram Politicæ de qua Leo XIII tam bene meritus est atque meretur, in mariano Rosario, in assumpta Virgine magnum pro nationibus suis deque positis validumque reperire juvamen. Deus in misericordia dives *sanabiles fecit nationes orbis terrarum* (1). Enimvero *cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud* (2). Equisnam vero Domini manum inclinet? quaquaversus ei collibuerit, assumpta Virgo Deipara. Quam ob causam *oculi ancillae*, h. e. fidelis animæ cujuslibet, *in manibus dominae suae*, i. e. Virginis assumptæ perhumiliter semperque respiciunt, *donec misereatur nostri* (3), pro salute populorum suis ipsa manibus manum Dei *mundum pugillo continentem* inclinans. Quare Deus, prouti famosus ille monoceros (4), ob grandia scelera queis inficiuntur Nationes, tam indomitus, tam horribilis, tamque ferox humano generi apparet, ut ejus severitatem nulla vel precum instantia vel sacrificiorum oblatio domare queat, donec tandem in sinu almæ Virginis mansuefactus ligare manus suas et ubilibet inclinare permittit. Ceu Samson nullis precationum armis, nullis potest meritorum nervis expugnari: tantum in gremio sacræ Dalilæ reclinatus, vinciri se ultro patitur, et valida illa brachia fortesque manus in funes et vincula ponit, ut corda regum quæ illæ manus tenent, pene collapsuræ societatis bono vertere sacra Dalila possit. Et hæc est ratio, ni fallor, quamobrem impius Ecclesiae desertor Erasmus Rotherodamus tam turpiter Ecclesiam incusaverit, quod Virginem Deiparam cum Filio in manu sua depingat, *quasi semper infantem esse* putarem (5). Nec satis. Reges atque Nationes *invenerunt puerum* nempe Christum Deum *cum Maria* (6), nec non per Mariam; nam stella quæ illos et illas ad divinum Puerulum adduxit, Mariæ typicam gerebat imaginem (7). Quam ob rem ut modo Reges atque Nationes *invenirent puerum* Jesum,

(1) Sap. i, 14.

(2) Prov. xxi, 1.

(3) Ps. cxxii, 3.

(4) Utitur hoc exemplo div. Gregorius M. in lib. 31 *Moralium*.

(5) Vid. Justinum Miechoviensem in *Lit. Laur.* vol. 2, disc. cccciv, num. iii.

(6) Matth. ii, 11.

(7) Cfr. Albertum M. in op.: *Biblia Mariana* Evangelium secundum Matth., nn. 6, 7 seqq.

h. e. Ecclesiam quæ *humanitas ejus est* (1), vel *pulcherrima quaedam illius atque salvifica dilatatio* (2), invenire quoque debent cum Maria et per Mariam. Ea propter SS<sup>mus</sup> noster Leo PP. XIII, congruas suppetias a B. Virgine petens, *facit oriri stellam omnimicantem super bonos* ut illuminentur confirmantur, et *malos* ut revertantur convertantur. Hæc *turbat Herodem*, hæc *populos gaudio magno valde* perfundit. Hujusce stellæ lumen sit aurora veritatis amissæ, sit aurora pacis universæ, sit aurora gaudii sempiterni. Quemadmodum Ecclesia post primos illos tercentum annos non interruptæ persecutionis exhibat de sinuosis obscuræ terræ sinibus cum pace plurium sæculorum magis atque magis divinis irradiata fulgoribus; ita post tercentum hosce postremos annos protestantismi atque tyrannidis in spem erigimur fore, ut de Vaticana Domo summus Ecclesie primas erumpat, et, per eum Diplomata suæ dignitati restituta, lex nationibus, lux barbaris, pax Ecclesie redonetur.

Utinam, o beate Præsul Alphonse, assumpta Virgo Deipara, hoc invictum Ecclesie Catholice propugnaculum, hæc pia Mater humani generis opitulatrix, totum auscultet christianum populum suasionem Romani Præsulis ad eam in afflictione clamantem, et tot poenas, tot ærumnas, tot infortunia quibus premitur, averruncet!! Post victoriam, si Deo placuerit, videre forte poterimus Summum Pontificem Joachim (3), tredecies fortem generosumque Leonem qui suum per *Urim* אורים et

(1) Hæc sunt verba div. Athanasii qui docuit lib. *De Incarnat.*, § 21, edit. Maur., Opp. t. 1, p. II, p. 887: « Non de Divinitate Christi dicit (Petrus) quod Dominum ipsum et Christum fecerit, sed de *Humanitate ejus quæ est universa Ecclesia*, quæ in ipso dominatur et regna.... » Unde cl. mus Moehler in op. *la Symbolica*, § xxxvi, p. 336, edit. Bibl. Cath.: « La Chiesa visibile è Gesù Cristo, che di continuo si rinnova, che in ogni istante ringiovanisce, ed ognora sotto umana sembianza ricompare fra gli uomini, è *l'Incarnazione permanente del Figliuolo di Dio.* »

(2) Ita Card. Bartholomæus D'Avanzo in ejus *Lettera Pastorale sul Naturalismo moderno e sue perverse conseguenze*, 8 Dicembr. 1865.

(3) Memoratu digna sunt verba Card. Wiseman: « Sebbene è cosa ben cognita che il Papa al suo avvenimento prende un nuovo nome, giusta l'uso de' suoi predecessori, non è però tanto generalmente noto che nella firma degli originali delle Bolle ritiene il suo nome battesimale. Così è che Leone XII continuava a sottoscrivere « Annibale, » e il papa attuale firma « Giovanni » appiè dei più importanti documenti ecclesiastici. « La firma è questa: « *Placet Joannes.* » *Rimembranze degli ultimi 4 Papi e di Roma a' tempi loro: pag. 144, Milano 1858.* — Joacim vel Joachim fuit Summus Sacerdos qui cum universis presbyteris suis (cap. xv, v. 9) liberatricem Judith magnis honoribus prosecutus est.

Tummim תומים (1) pectus exornans, imperituum decernat honorem erga novam illam fortissimamque Judith, capite tartarei Holophernis obtruncato et virgineo pede contrito, necnon cum corpore *cui Dominus contulit splendorem* (2), æternam festive Bethuliam ingredientem.

Ave, cælestis Incola, Ecclesie utriusque, triumphantis et militantis, ornamentum et splendor. Tuæ sapientie nitorem valde demiror et meæ impolitæ illabere menti. Tuæ gloriæ celsitudinem veneror et tenuem hunc librum in manus assumptæ Virginis affer in cælis et offer, ut, quemadmodum ea libera fuit a jugi mortis imperio, Ecclesia, devictis erroribus universis, secura Deo serviat libertate; ut, quemadmodum ipsi quoad animam et corpus æterna tranquillitas erit, tot grava procellis tempora sint sua protectione tranquilla; ut, quemadmodum æternam ego sui corporis vitam mea tenuitate describendam aggredior, æternam ipsa mei animi vitam in libro vitæ sua manu omnitenenti et omnipotenti conscribat.

Ante Te magno provolutus obsequio, Tuam qua cingeris, coronam pulcritudinis, Tuam qua rutilas, coronam de lapide pretioso, Tuam qua frueris, claritatem æternam, mercedem laboris quam reddidit Tibi Deus, perhumili corde deosculor, suppliciter orans, ut mihi famulo Tuo paterna manu de cælo cælorum peramanter benedicas.

Datum Fraxii-Telesiensis (Dioceseos S. Agathæ Gothorum) die 2 Novembris 1883.

Excellentiæ Tuæ Reverendissimæ


Humillimus in Christo Discipulus

ALPH. M. JANNUCCI

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTOR.

(1) Per *Urim* et *Tummim* quæ LXX interpretes verterunt *δηλοσις και αληθεια*, *manifestatio et veritas*, in Vet. Test. se Deus revelabat Summo Sacerdoti, Lev. VIII, 8: Eccli. XLV, 12. Cfr. Card. Jo. Bapt. Franzelin in op. *De Divina Traditione et Scriptura* th. XXV, pag. 311, Romæ, 1882.

(2) Judith x, 4.



DISQUISITIO PRIOR

HISTORICO-BIBLICO-SPECULATIVO-DIPLOMATICA

UANL


---

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL

## PRÆLOQUIUM

1. Anno 1880 nuper elapso libellum hunc, ipsa Virgine nostris votis multipliciter annuente, concepimus, et binum post annum eodem ferme tempore, die 13 augusti, sub tam claro sidere ejus lux nescit occasum, nunc lumen aspicere meret (dum omnia obsistere videbantur, infirmitates juges, lividæ malevolentiae, acerbique moerores), eo forte consilio ut sub quo astro conceptus est, nasci sub eodem contingat. Ast quomodo nascitur?

2. Quadrifariam dispesci valet theologi munus, in *dogmaticum* nempe, sive *doctrinale*, *speculativum*, *polemicum* et *criticum*. *Dogmaticum* illud est quo theologus vir quandam rite pandit catholicam veritatem, propriisque roborat argumentis, ex utroque verbo, tradito et scripto, petitis. *Speculativum* censetur illud quod intimius eandem veritatem rimatur, penetrat, quoad fieri potest, illius recessus, nexum ostendit atque collustrat. *Polemicum* vero munus dicitur illud quo vir theologus catholicam veritatem ex adversariorum sophis-

matibus quoquo modo lacessitam tueretur atque clariore in lumine collocat. *Criticum* denique munus vocatur illud quo diligenter inquirimus, num isthæc aut illa veritas constabiliri dogmaticæ possit vel potuerit; utrum definienda propositio hæc potissimum ætate peropportuna censeatur; utrum haud modicum in rem catholicam utilitatis gignat, et alia quæ innumera prope sunt, ejusdemmodi. Id porro quadruplex munus in hoc libello pro Virginis in cælum Assumptione tenuiter singillatimque discutiemus, illud quod vocitant *quid doctrinæ*, ac illud quod nuncupant *quomodo doctrinæ* naviter aperientes. En hujusce libelli facies, en quomodo nascitur. Cur denique nascitur?

3. Humilem hanc lucubrationem, candide lector, unice pertractandam suscepimus, ut publicum devotionis atque observantiæ nostræ inclytam erga Theotocon, munificam humani generis opitulatricem, testimonium exhiberemus. Si proinde quispiam de meis fratribus, cum hanc thesin a-

gnoverit, eam fortasse suggillet, haud labimur animo; quin imo in altam erigimur spem fore, ut noster communis pater Jacob qui de sua specula duodecim suas tribus circumspicit et audit, *rem tacitus consideret* (1).

Nec satis. Nil mirum si opuseulum hoc, nostris viribus impar, haud magistrum nova et mira loquentem, sed discipulum plene sapiat intellectus facultatem ad colligenda plura vexantem. Ex partium inæqualitate pulcritudo cooritur, et in firmamento Ecclesiæ, non secus ac in firmamento cæli, per quoddam gluten amoris carmen Deo nostro minora cum majoribus astra compingunt. — Ulterius. Ex rebus mox dicendis per synthesin colligetur contra liberos cogitatores, prout in operis inscriptione præposuimus, *Firmitudo Catholicæ Veritatis*. Sic duas in manibus lucernas ardentes tenebimus, alteram oleo Mariani splendoris ornatam, alteram oleo pietatis fatuis hominibus lucentem. Duplum exinde talentum lucrabimur, alterum pro gloria Virginis, alterum pro catholicis *firmitudinem catholicæ veritatis* (et in posteriori *Disquisitione catholici dogmatis harmoniam*) dedignantibus. Quam ob causam spero fidenter, me deinde cælestem Patrem-familias divinumque Sponsum audire loquentem: *Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui, veni ad nuptias æternæ dulcedinis*.

4. Quæ quum ita sint, quasi sacrum Dei montem conscensuri, Moysis instar, impuros præjudiciorum et affe-

(1) Gen. xxxviii, 11.


ctuum calceos exuamus, dicamusque Virgini Deiparæ: *Dignare me laudare Te, Virgo sacrata*. Liceat nobis tantum audere, ut cum Ecclesia precem hanc valeamus expromere, regia Virgo, pulcritudo sæculorum, utriusque mundi suave delitium. *Dignare me*: Tuæ sane dignationis est nostras suscipere laudes, quum in propatulo sit: *Non est speciosa laus in ore peccatoris* (2).

*Dignare me laudare Te*: hanc in vocem erupit Joannes Duns Scotus, acerrimi ingenii vir, antequam in illa sorbonicæ scholæ parisiensis celebritate publicam, uti fertur, disceptationem haberet. Immaculatum Tuum Conceptum adversus 220 doctores strenue propugnans; et quum contra Tuam iconem genua flexerit, lubenter ista cervicem inclinavit: nos eadem quoque verba proferentes, theologiam hanc, ad Tuum honorem et decus qualitercumque compilatam, disquisitionem benigne suscipias. *Dignare me laudare Te, Virgo sacrata*: Christus viduam illam pauperulam in gazophylacium duo minuta æra ponentem adeo commendavit, ut plus omnibus misisse censuerit: minutam pariter atque impolitam laudem quam ego minimus in domo Patris mei in gazophylacium jaclito Tuarum propemodum infinitarum laudum, a Te, Virgo Deipara, lubentius — dicere ausim — susceptam iri animus est; quum in hoc moliendo labore nobis insederit solummodo mens, ut parvulus Tuæ gloriæ radius colluceret. *Dignare me laudare Te, Virgo sacrata*: et nostris cœptis aspira, o Mater Verbi docentis, nostris ceu

(2) Eccli. xv, 9.

lumen illabere mentibus, et nobis in hac thesi qualemcumque nostram operam navantibus opitulare, ut impolitæ mentis igniculum Tua lux illustrans, tenuem hanc orationem quam ad Tuum solummodo decus aperire lubenti animo proposuimus, majori lumine majorique venustate concinet. *Dignare me laudare Te, Virgo sacrata*: converte tamen faciem Tuam ad me, et Tu anima simulque corpore fruens, cum meum corpus, tum meum animum benedictionis Tuæ gratia prosequere; corpus ut labores omnes qui a nostro ministerio abesse nequeunt, ferre strenue valeam; animum ut cælestibus auxiliis abunde repletus, sacerdotalis vitæ exemplis et

virtutum omnium splendore præluceam. *Dignare me laudare Te, Virgo sacrata*: hac tamen pro laude mihi debitam impertire mercedem, in æthereis aulis ad tuum genu rependendam; quum ardenti voluptate torquear, divino fretus auxilio, vestigia pedum Tuorum quibus ab exordio mundi viperinum contrivisti caput, in cælis humillime deosculari, nec non pulcherrimam Tuam atque suavissimam faciem æterno micantique colore virentem (cujus visio si forte contingeret in inferis, omnem — opinor — damnatorum pœnam dulcoraret), in perpetuas æternitates lætabunda pupilla contueri.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL

## PRODROMUM

### ARTICULUS UNICUS

#### Caput I.

Assumptionis nomen nativa significatione declarat, Virginem Mariam in anima et corpore caelesti beatitudine frui.

1. Cujuslibet rei disputationem a cognitione nominis inchoandam docuit cum philosophorum princeps Aristoteles (1), tum theologorum phœnix Augustinus (2), cui Ammonius vir disertus et in sæcularibus disciplinis eruditus subscribens, ait: *Libri titulus vel argumentum ignoratum in causa est, ut lector remoretur, et in medio desistat et æque patiatur ac illi qui quo vadant nesciunt.* Hinc si arte processuro titulus primum explicandus veniat, ab expositione nominis hanc merito thesîn auspicamur.

2. Ecclesia festivitatem Virginis die 15 augusti sub Assumptionis nomine celebrat; quo videtur innui, Deiparentem Virginem cum anima et corpore fuisse in cælum evectam; Assumptio namque proprie ac in rigore refertur ad corpus. Sanctorum quorumlibet animæ licet deferantur in

cælum, haud tamen nuncupantur assumptæ, nec earum festum sub nomine Assumptionis, sed potius natalis, transitus, vel migrationis concelebratur. Et Ecclesia cum sanctorum eorundem contexit historiographiam, hunc semper finem imponit, vel: *martyrio coronatur*, vel: *animam Deo reddidit*, vel: *supremum clausit diem.* Aptè Joannes Beletus parisiensis scribit: « Agendum deinceps est de Assumptione B. M. V.: in primis tamen scire oportet, quod sanctorum transitus appellatur multis modis; dicitur enim transitus, exitus, obitus, natalitium, dormitio, depositio, quemadmodum et Joannis Evangelistæ passio et assumptio, sed hoc nomine quasi per antonomasiam solummodo de B. Virgine dicitur (3). » Quam ob rem nomen Assumptio uni tantum B. Virgini tribuitur, nec uspiam in sacris Litteris indiscriminatim pro quovis justo id nomen reperimus usurpatum. *Et factum est omne tempus, quod vivit Adam, anni nongenti triginta, et mortuus est (4). Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est (5). Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque*

(1) Lib. 4 Metaph., text. 10.

(2) In Psalm. LIII.

(3) Div. Ofic. Explic., cap. xlii.

(4) Gen. v, 5.

(5) Ibidem vers. 8.

anni, et mortuus est (1). Et alia hujuscemodi.

In singularitate porro nominis singularitas prerogativæ designatur. Si omnes proinde justi vocati a Deo raptique cum anima solummodo fuerint, B. V. Deiparam quoad animam simul et corpus Deum vocavisse, fatendum rationabiliter est. Tanto eapropter meliorem omnibus sanctis habet Virgo Deipara conditionem corporis, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit. Quemadmodum sola B. Virgo *immaculate concepta* nuncupatur, nec ipsimet Jeremiæ ac Joanni Baptistæ in materno utero sanctificatis præclarum hoc tribuimus epitheton; sic unam B. V. Deiparam compellamus *assumptam*, plerique licet sancti raræ pietatis nitore colluxerint.

3. Id optima ratio confirmat et magis atque magis suadet. Diversis diebus diversaque ratione geminam Ecclesia instituit celebritatem, alteram Dormitionis, Assumptionis alteram. Prior in desuetudinem abiit, vel melius cum posteriore se miscuit, uti progrediente disquisitione patebit. Hinc si Virginis transitum illa directe respiciat, triumphalem ista sublationem in cælos cum anima et corpore directe significat. Alioquin Ecclesia frustra posuisset atque præcepisset posteriorem hanc celebritatem, si eandem, ac prior, significationem pateretur. Quare pronum infertur, nil aliud sibi velle catholicam Ecclesiam sub Assumptionis nomine, nisi Assumptionem Virginis cum anima et corpore.

Dicet fortasse quispiam: in Assumptionis festo Ecclesia in animæ tan-

(1) Gen. v, 11.

tum Virginis glorificationem incubit, quatenus ista divellatur a corpore. Sed perperam. Mors namque simpliciter et abstractive, uti ajunt, considerata, quatenus videlicet est animæ a corpore separatio humanique compositi dissolutio, solemnitatis causam profecto non constituit. In sanctorum proinde solemnitatibus lætatur quidem Ecclesia, haud tamen ex eo quod ab hac luce migrarint, sed potius ex eo quod nati cælo fuerint: namque festive occidit:

Hac die lætus meruit beatas  
Scandere sedes.

Quod si dies obitus non fuerit, mutatis paullulum verbis ait:

Hac die lætus meruit supremos  
Laudis honores.

Assumptionis igitur festum rem objectivam non habet separationem animæ a corpore, prout nuper evincendum assumpsimus; neque tantum animæ glorificationem, quum in ipsa Dormitionis festivitate Virginis animæ Angelorum choris receptæ honori et memoriæ Ecclesia operam dederit; igitur cum anima et corpore triumphalem in cælos sublationem.

4. Ut id autem clarius atque latius innotescat, Assumptionis etymon paucis enucleetur oportet. Nomen Assumptio tribus conflatur voculis, *dicitur enim assumere*, inquit divus Thomas (2), *quasi ad se sumere*. Vox autem sumere a *sub* et *emo* nomen ejus sortitur; quod antiquitus significabat materialem subripere rem, uti pulcre docet Festus, id bina sententia M. T. Ciceronis evincens: *A Nævio sumpsisti multa, si fateris, vel*

(2) 3 P., q. 3, art. 1.

*si negas, subripuisti* (1). Et alio in loco: *Itaque hoc animo legem sumpsisti in manus* (2). Si hoc vero nomen sumptio vel assumptio ad elevationem spiritus ostendendam quandoque usurpetur, corporalis non adimitur pars. In athanasiano proinde symbolo fideliter firmiterque profitemur: *Unus autem non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum*. Vox autem *humanitas* animam complectitur simul et corpus.

Id ipsum divina testantur eloquia: hæc voces *assumere et assumptionem* fere semper ad res corporeas designandas usurparunt. Speciminis gratia in medium nonnulla producam. Libro Psalmorum legimus: *Et assumpsit me de aquis multis* (3). Et alibi: *Dominus autem assumpsit me* (4). Moyses vero in Pentateucho passim: *Nec assumetur in cibum* (5). Et alibi: *Assumet duos agnos immaculatos* (6). Et iterum: *Pro delicto assumet agnos ad oblationem* (7). Ac rursus de Abrahamo a filii immolatione prohibito arietem pro filio sacrificante narrans, scribit: *Quem (arietem) assumens obtulit holocaustum pro filio* (8). Sic et sæpius: *Omnem populum secum assumpsit dicens* (9). Et: *Assumentes arma sua bellica* (10). Denique ne in re prorsus obvia nimis: *Assumpta pecunia, quam promiserant* (11); in quibus profecto locis corporeæ res traduntur *assumi*.

In factis insuper Apostolorum reperimus scriptum: *Per Spiritum san-*

*ctum, quos elegit, assumptus est* (12). At neque Divinitate Christus assumptus esse potuit; quia Divinitas assumit, non assumitur: nec anima tantum; quia *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur*: anima igitur et corpore. Quare Virginis Assumptionem in anima et corpore philologia præmonstrat. Reliquæ voces aut directe gloriosum vitæ Deiparentis exitum referunt, uti transitus, translatio, transmigratio; vel jucundam amoris requiem designant, ceu somnus, pausatio, dormitio; Assumptionis tamen vocabulum licet *in obliquo*, uti scholastici loquuntur, supremam beatissimæ Virginis horam demonstret; *in recto* triumphalem in cælos cum anima et corpore sublationem apprime declarat.

Assumptio! instar Moysis qui sub nomine lucis in libro Geneseos substantias angelicas intellexit; sub illius quoque verbi cortice mysterium B. M. Virginis cum anima et corpore cælica regna consensuræ cælavit Ecclesia, tum ne forte sua fulgida lux nimium perstringeret oculos fidelium, tum ne forte malevolorum ludibrio infuscaretur.

5. Inde fit ut veritas de qua loquimur, singlas in ecclesias universim suas vires extendat, et græcos, latinos ac barbaros sua amplitudine comprehendat; quum hoc Assumptionis nomen orthodoxa Ecclesia cæterique magno numero Patres, Doctores ac Theologi B. V. Deiparæ summa cum

(1) Orat. de Car., cap. 19.

(2) 2 Agr., cap. 6.

(3) Psalm. xvii, 7.

(5) Levit. xi, 41.

(4) Psalm. xx, 10.

(6) Levit. xiv, 10.

(7) Ibid. eodem cap., vers. 21.

(8) Gen. xxii, 13.

(9) Exod. xiv.

(10) Judith vii, 5.

(11) Judic. xvii, 18.

(12) Act. Apost. cap. i.

veneratione præstiterint. Immo nedum tota hierarchica potestas, sed omnes etiam christicolæ quibus *fidelis populus* constat, Mariam assumptam et ideo in anima et corpore beatam moralis veluti persona profitetur, si per paucos dumtaxat excipias qui vel heterodoxiæ maculam contrahentes ab orthodoxa fide desciscunt, vel etiam, licet catholicam fidem dent, suæ tamen mentis libidini prorsus indulgent. Quo factum est, ut ipso inhærentes operis titulo, velut in semine veritatem paulo infra tenuiter evolvendam dignoscamus. Assumptionis namque nomen, cujus origo in pervetusta ac longinqua disperditur Ecclesiæ florentis antiquitate, fidem — ut ita loquar — *in solidum* designat omnium Ecclesiarum, omnium Patrum omniumque Doctorum, etsi plures ex eis grande mysterium B. Virginis disertis conceptisque verbis minime profiteantur. Unde id probem quæris? ex ipso verbo omnium Ecclesiarum, omnium Patrum omniumque Doctorum: *Assumpta est Maria in cælum*. Hoc sane verbum Assumptionem Virginis in anima et corpore nativa significatione declarat. Quæ cum ita se habeant, hocce nomen *Assumptio* illorum sensum mirifice prodit qui Assumptionem Virginis aut nullimode aut subobscurè profiterentur in anima et corpore cælesti beatitate perfruentis.

6. Neque parvi roboris est argumentum ex nominis radice depromptum: ex natura namque sua nomina ad aliquid significandum esse posita, nemo sapientum ambigit. Hinc argumentum a nomine ductum ad rei ex-

(1) Lib. 8 Metaph.

cellentiam declarandam apud auctores cum profanos tum sacros plurimum semper valuit. Aristoteles philosophorum dux (1) inquit, *nomina in rerum cognitionem nos ducere*. Aliqui dictum putant nomen quasi notamen, quia per ipsum substantiam et qualitatem alicujus notamus. Quare Chaldæi et Egyptii rerum nomina cælitus delapsa censuerunt. Veteres Hebræi rerum nomina tanti habuerunt, ut, facta longa observatione, tam ipsorum nominum quam operationum rerum nominatarum scientiam quandam repererint, quam appellarunt *Nomandiam*, per quam et rerum naturas agnoscere et futuros eventus præcognosci posse autumabant. Ex quo pronum est inferre, totam Ecclesiam in Assumptionis verbo contraxisse doctrinam de B. V. Maria quam Deus cum anima et corpore ad cæleste palatium evexit.

## Caput II.

*Ecclesiæ omnes et singule quæ unice veram constituent Ecclesiam, pervetustæ traditionis auctoritate fultæ, tanta Virginis Assumptionem quoad animam et corpus ardenti pietate coluerunt, ut uno pene consensu pro ea suffragium tulerint.*

1. In Ecclesiæ thesauro, *ubi neque cerugo, neque linea demolitur, et ubi fures non effodiunt, nec furantur* (2), solummodo reperitur ac tibi prætenditur veritatis cujuscumque traditio. Jure proinde merito veritatem Assumptionis in Ecclesia poscendi conquiriturque nobis animus est. Attamen Ecclesiæ nomen usurpari multifariam potest. Quandoquidem Ecclesia quæ est ab ἐκκαλέω, *convoco*, nedum pro

(2) Matth. vi, 20.

universa, verum etiam pro speciali fidelium congregatione adscisci jure merito fas est.

1° Pro universa Ecclesia militante: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (1); quum ista verba primatum honoris ac jurisdictionis in universam Ecclesiam visibilem omnium consensu declarent. 2° Pro Ecclesia apostolica: *Ut innotescat Principatibus et Potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei* (2). Unde Chrysostomus: *Vide quantus honor humanæ naturæ est habitus, ut nobiscum et per nos cælestes virtutes Regis arcana cognoverint* (3). Non quod Angeli hæc didicerint ab Apostolis, sed in Apostolis, uti scite monet Aquinas (4). 3° Pro peculiari quadam Ecclesia, ut *Ecclesia Corinthi, Ecclesiæ Asiæ, Macedoniæ*, etc. penes Apostolorum sæpe memorantur. 4° Pro pastoribus atque doctoribus sive Patribus: *Dic Ecclesiæ* (5): quibus accensent Scholasticos, Cardinales et Historiographos, minores tamquam pastores et doctores; nam et illi loco Patrum, et isti loco LXX discipulorum, et alii loco Evangelistarum sua doctrina dominicum gregem quodammodo pascunt et docent. Hinc Ecclesia quoad Patres, quoad Scholasticos, quoad Cardinales, quoad Historiographos. Neque ab hoc numero divelli poterunt Academiæ, qua-

(1) Matth. xvi, 18. (2) Ad Ephes. iii, 8.  
 (3) Hom. iv de Incomprehensib.  
 (4) Comment. in cap. iii epist. ad Ephes.  
 (5) Matth. xviii, 17. Hæc verba explicans div. Joannes Chrysostomus, ait: "Dic Ecclesiæ, id est Ecclesiæ Prælati. Eodem sensu adhibitum sæpe fuit a Concilio Trid., veluti cum Sess. xxiv, can. 4 ait: " Si quis dixerit Ecclesiam non po-

rum origo hæc est. *Sapientia*, nempe Salomon, *ædificavit sibi domum* (6). Pineda (7) et Joannes Carthagenæ (8) per *domum* accipiunt academiam quam Salomon ædificavit, ex qua credibile est illa tria millia legisse parabolarum et quinque millia carminum, et disputasse super lignis a cedro quæ est in Libano ad hyssopum quæ egreditur de pariete, ac disseruisse de jumentis, volucribus, reptilibus et piscibus. Illa porro *domus* vocari quodammodo potest Ecclesia juxta illud: *Domus mea domus orationis vocabitur*. Eo vel magis quod *domum* hanc prope regiam et templum, imo in atrio templi construxerit Salomon. 5° Pro Ecclesia discente, uti penes Apostolum: *Salutate Priscam et Aquilam, et domesticam ecclesiam eorum* (9). 6° Pro congregatione pariter iniqua loquentium, uti Psalmographus: *Odium ecclesiam malignantium* (10). 7° Pro *Ecclesia primitivorum* de qua tanta cum pompa loquitur Apostolus (11), scilicet pro Ecclesia Patriarcharum primorumve justorum: conjugalis Adam et Hevæ societas prima fuit Ecclesia: ille namque, cum Deus Hevam e sua costa fabricaret, mysterium Incarnationis agnovit, quatenus *ordinabatur ad consummationem gloriæ*, prout acute docet Aquinas (12): nec non pro Ecclesia generatim antiqui Fœderis: *Ammonites et Moabites... non intrabunt Ec-*

tuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, anathema sit. "

(6) Prov. ix, 1.

(7) Lib. 3 de rebus Salomonis, cap. 28.

(8) Lib. 10, hom. 10. (9) Ad Rom. xvi, 5.

(10) Psalm. xxv.

(11) Ad Hebr. xii, 23 seqq.


(12) 2. 2., q. 2, art. 7.

*clesiam Domini in æternum* (1). Duas habuit Ecclesia vetus regiminis formas: *patriarchalem*, quia diffundebatur nempe familiis; *nationalem*, quia judaico sceptro servabatur. 8° Pro universa collectione sub uno capite Christo in cælis, et sub uno capite Romano Præsule in terris, quæ collectio Ecclesiam complectitur militantem, patientem atque triumphantem: *Ipsam dedit caput supra omnem ecclesiam* (2).

(1) Deut. xxiii, 3.

2. In corpoream vero Deiparentis Assumptionem, cum facto universali constantique longo sæculorum lapsu confirmato, unanimi prorsus assensu conspirarunt et porro conspirant universæ quas modo retulimus catholici orbis ecclesiæ, et ob arctam quam inter se necessitudinem habent, quasi per modum unius veritatem hanc quam intimo corde alimus, gaudenter ac multipliciter aperire conantur.

(2) Ad Ephes. i, 22.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL

## PARS PRIMA

# CHRONICON

### ARTICULUS I.

#### Caput I.

Ecclesia Romana.

1. In extremo pontificii solii gradu provoluti atque verentes in hanc Sanctæ Sedis infrangibilem petram, unicum semperque collucentem veritatis pharum lumina nostra vertamus, ut ex hoc flumine lucis qui de cælo scaturit, in suos postea radios usquequaque porrectos, ex hoc fonte in quo ille qui biberit, sitiet iterum, ad rivulos dein gradiamur, ex hoc centro quo tota volvitur christiana religio, ad omnium ecclesiarum omniumque dioceseon peripheriam transeamus. Rom. Ecclesia universis jure merito præponitur ecclesiis: in suo quippe systemate Christus primum constituit petram sive Petrum, adhuc in Rom. Præsulibus viventem, et deinde super eam ædificavit Ecclesiam, quæ non nisi sacro Pentecostes die cœpit.

2. Ecclesiæ Romanæ de assumpta Virgine traditio ad Clementem Pont. Max. pertingit, immo ad B. Petrum qui Rom. Ecclesiam, divino providente Numine, condidit gubernavitque

primus. Hæc enim verba loquitur sanctus martyr Theodorus Studita, qui a Bellarmino in opere *De Scriptoribus ecclesiasticis* appellatur *vir admirandus et potens opere et sermone*, de quo et Baronius late sermonem instituit in tomo 9° Annalium: « Ast ipso die *dormitionis* Immaculatæ Deiparæ, si contingat feria iv, vel vi, non utimur carne vel caseo, propter magnum tremendumque *somni hujus* admirandum prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris Apostoli *ut in sacris scriptis comperimus Clementis Romani*, tres integros dies apud sepulcrum manserunt, donec a divo Angelo de re tota certiores facti sunt (1), » h. e. quod B. Virgo post tres dies gloriosa resurrexerit, inque cælum assumpta sit. Porro div. Clemens quem ipsemet B. Petrus, uti Baronius observat, suum designavit in Romana Cathedra successorem, a quonam melius potuit assumptæ Virginis haurire traditionem, nisi ab apostolorum Principe sub ejus oculis, ut 2° Capite referemus, contigit Assumptio Deiparæ non secus ac Ascensio Christi? Ro-

(1) Hæc verba reperiuntur inter testimonia sec. ix et citantur a tom. xcix Patrolog. Græc. edit. Migne pag. 1702.

*ego sum, illic et minister meus erit, inquit vita et veritas Christus; quomodo non potius mater cum ipso erit (1)? »*

Hac elegantissima et ditissima quam nuper exposuimus, oratione magni doctoris hujusce mysterii quid luculentius, quid pulchrius, quid ad pietissimam veritatem directe probandam congruentius? Sat superque græcus doctor proficitur triumphalem Virginis cum anima et corpore sublationem; cumque sacerdotibus cæterisque sacris ministris sermonem ejus perlegendum Rom. Ecclesia proposuerit, indubium de istius Ecclesiæ mente hac super re nobis exhibetur iudicium.

In 3<sup>o</sup> nocturno Evangelium hoc legitur: *Intravit Jesus in quoddam castellum, et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam (2).* Sub hujusce Evangelii velo quam pulchre Virginis Assumptio delitescit! B. quoque Virgo Filium Dei suam in domum excepit, in augustissimum pariter virginalis uteri diversorium, tamquam in quoddam castellum, Dei Filius introivit. At, quemadmodum Virgo Maria penes se Verbum divinum recepit, illudque humana carne vestivit; eadem, opinor, ratione divinum Verbum apud se Virginem Deiparam humana sua carne pariter indutam recepisse condecuit. Intemperate Parens Martha et Magdalena sororibus beatorum, quæ, si Christum istæ in castello quodam hospitem admiserint, suo Maria gremio ipsius vitæ

(1) Orat. de Dormitione B. Mariæ Virginis post initium. — Pius V suffecit has lectiones Damasceni lectionibus Pseudo-Hieronymi qui so-

gestavit auctorem, quocum de morte latura triumphum sedibus cælorum gratissima succedit. — In rebus quoque minimis quam ingens Ecclesiæ sapientia nitet!

Insuper alma Rom. Ecclesia prope majora pro Virginis Assumptione referre discipiens, tantique Patris, nempe Jo. Damasceni, fulgido pellecta nitore, in 2<sup>o</sup> nocturno 4<sup>a</sup> die infra Octavam suam pergit inchoatum aperire sermonem:

« Ex antiqua accepimus traditione, quod tempore gloriosæ dormitionis beatæ Virginis, universi quidem sancti Apostoli, qui orbem terræ ad salutem Gentium peragrabant, momento temporis in sublime elati conveniunt Jerosolymis; cumque illic essent, eis visio apparuit angelica, et audita est psalmodia cælestium Potestatum et sic cum divina gloria in manus Dei sanctam tradidit animam. Ejus autem corpus, quod Deum ineffabili quadam ratione suscepit, cum angelica et apostolica hymnodia elatum, in loculo fuit depositum Gethsemane: quo in loco angelorum cantus mansit tres dies continuos. Post tres autem dies angelico cantu cessante, qui aderant Apostoli (cum unus Thomas, qui abfuerat, post tertium diem venisset, et quod Deum susceperat, corpus adorare voluisset) tumulum aperuerunt: sed omni ex parte sacrum ejus corpus nequaquam invenire potuerunt. Cum ea autem tantum invenissent, in quibus fuerat compositum, et ineffabili, qui ex eis proficiscebatur, essent odore

maticam Deiparentis Assumptionem in dubium vertit.

(2) Luc. cap. x.

repleti, loculum clauserunt. Ejus mysterii obstupefacti miraculo, hoc solum cogitare potuerunt, quod cui placuit ex Maria Virgine carnem sumere, et hominem fieri et nasci, cum esset Deus Verbum et Dominus gloriæ, quique post partum incorruptam servavit ejus Virginitatem, eidem etiam placuit et ipsius, postquam migravit, immaculatum corpus, incorruptum servatum, translatione honorare ante communem et universalem resurrectionem. Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus, primus Episcopus Ephesiorum, et Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in iis, quæ de beato Hierotheo, qui ipse quoque tunc aderat, scripsit ad prædictum Timotheum, sic dicens: *Nam etiam apud ipsos a Deo afflatus sacerorum Antistites, quando nos quoque, ut nosti, et multi ex sanctis nostris fratribus, ad contuendum corpus, quod vitæ principium dedit, et Deum suscepit, convenissemus (aderant autem et Domini frater Jacobus et Petrus, suprema et antiquissima theologorum summitas): et viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisque poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinæ potentie (1).* »

Rom. Ecclesia cum græca latinam conjungens auctoritatem, præfatis lectionibus erudita traditione refertis quæ nobis suppeditant veritatem Assumptionis in quibusdam rationibus, quibus prout fundamentis innitur, lectiones posthac divi Bernardi legendas proponit 5<sup>a</sup> die infra Octavam relatas, in quibus Virgini Deiparæ in

(1) Orat. de Dormit. B. M. Virg. sub finem.

cælum conscensæ perhumiliter efflagitat, ut sive ob singulare privilegium divinitus acceptum, sive ob nostrarum laudum remunerationem totus aer gratiarum videretur in foramina rumpi, per quæ non tam guttas quam densissimas pluvias super homines effunderet. Quapropter ad rem magis magisque roborandam libet inserere mellitum hunc divi Bernardi sermonem qua eruditione, qua sanctitate, qua erga Virginem Deiparam devotione celeberrimi:

« Virgo hodie gloriosa cælos ascendens, supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulavit augmentis. Hæc est enim, cujus salutationis vox et ipsos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudunt. Quod si parvuli necdum nati anima liquefacta est, ut Maria locuta est; quid putamus, quænam illa fuerit cælestium exultatio, cum et vocem audire, et videre faciem, et beata ejus frui præsentia meruerunt? Sed et illud quis cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi regina processerit; et quanto devotionis affectu tota in ejus occursum cælestium legionum prodierit multitudo; quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta, quam placido vultu, quam serena facie, quam divinis amplexibus suscepta a Filio, et super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit; cum ea gloria, quæ tantum decuit Filium? Felicia prorsus oscula labiis impressa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verum numquid non feliciora censebimus, quæ ab ore sedentis in dextera Patris, hodie in beata salutatione suscepti,

cum ascenderit ad thronum gloriæ, epithalamium canens et dicens: Osculetur me osculo oris sui? Christi generationem, et Mariæ Assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum et in cælis obtinet gloriæ singularis (1). »

Hucusque apes illa, quæ, sacrarum traditionum nutrita liquoribus, graphice depinxit veritatem Assumptionis, dulcique nectare plenam tradidit. — Nec premere silentio valeam sermonem ejusdem Claravallensis inelyti doctoris, in Octava Assumptionis beatæ Mariæ repositum, 2<sup>o</sup> nocturno, lectione VI:

« Ecce jam quibus potuimus votis ascendentem te ad Filium deduximus, et prosecuti sumus saltem a longe, Virgo benedicta. Sit pietatis tuæ, ipsam, quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo, reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adjutorium et liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solemnitate et lætitiæ, dulcissimum Mariæ nomen cum laude invocantibus servulis, per te, Regina clemens, gratiæ suæ munera largiatur Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia benedictus in sæcula, amen (2). » Tot autem gratiarum thesauros ob singulare privilegium Assumptionis corporeæ, ut ex orationis serie liquet, præfatus Claravallensis Abbas ardenti prece poscebat.

Tota isthæc doctrina atque sensus

(1) Serm. 1 de Assumpt. B. Mariæ.

tam illustrium SS. Patrum eam de qua loquimur veritatem enixe profitentium, per sacram liturgiam in Ecclesiæ sensus commutantur, quos isthæc in regula credendorum sive cultus atque fidei ponit, ut eos singuli fideles eodem pietatis eodemque venerationis sensu profiterentur. Ex hisce pariter homillis quæ Romano inseruntur officio, quæque disertis conceptisque verbis Deum Virginem M. in anima et corpore ad cælum evexisse declarant, sat superque depromitur, in alma Rom. Ecclesia Virginis Assumptionem tot sæculis inolitam mirandum in modum jugiter viruisse. Quam ob rem Cæsar Card. Baronius in notis Martyrologio Romanoelucubrandis die xv augusti peregre loquitur: *Dei Ecclesia propensior in eam partem videtur, ut una cum corpore assumpta sit in cælum. Nam in hujus diei solemnitate illas sanctorum Patrum homillas legendas tradit, quibus ea de Assumptione affirmantur.*

5. Neque in hac, quam rimamur, lucubratione, parvi facienda sint argumenta quæ de Calendariis de Martyrologiis, opima monumentorum copia, desumuntur. In pervetusto Calendario Romano quod solerti cura Joannis Frontone typis prodit, Assumptionis Mariæ solemnitas hisce verbis declaratur: *Die decima quinta mensis augusti solemnitas de pausatone sanctæ Mariæ.* Quid autem sub hoc pausatone nomine præpositum Kalendarium sibi velit, agnoscamus. Vocabulum hocce *pausatone*, sive *pausatone motus*, brevem aut parvam cujuspiam

(2) Serm. 4 de Assumpt. circa medium.

rei moram propriè vereque significat. Pausam animæ Virginis in sepulcro designare non posse conspicitur: quandoquidem anima, ut primum de corpore migrat, si justitiæ munere polleat, fruitur illico perpetua ac beatifica Dei visione; unde Psalmographus vix ait: *Cum dederit* (Deus) *dilectis suis somnum*, sive mortem, immediate subdit: *Ecce hæreditas Domini*, sive cælica beatitas. Illa proinde vox *pausatone* debet intelligi de corpore Deiparentis quod motum non fuit; quum in illo brevi temporis intervallo quo fuit in sepulcro, exanime manserit: quare per mortem suam habuit *pausatone*. Hæc præterea vox minus quiete minusque sopore designat; implicite *pausatone* relationem exprimit ad motum subsequentem: debebat igitur Virgo Maria suum in suo corpore resumere motum, videlicet ex mortuis resurgere; non autem præstolari diem universalis judicii, quod fuisset procul dubio quies corporis, non autem *pausatone*. Ex pervetusto proinde Calendario Romano satis abunde liquet corporea Deiparentis Assumptio.

Ab hoc tamen Calendario nullimode dissentit Martyrologium Romanum Gregorii XIII jussu editum, Urbani VIII et Clementis X auctoritate recognitum, et a Benedicto XIV Pont. Max. auctum et castigatum; in hoc autem Martyrologio die 14 augusti RR. Canonici legunt: *Vigilia Assumptionis beatæ Mariæ*, et die 15: *Assumptio sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ*. Sat perspicua res est.

Nulli tamen facessat negotium, quod in hisce veterum monumentis non inveniatur epocha temporis, qua festum

Assumptionis occæpit: concludere fas est, quod *ab immemorabili*, ut ajunt, et probabiliter ex ipsis rei christianæ primordiis solemnitate Assumptionis christifideles a RR. PP. suaviter ducti festive concelebraverint. — Ratione tantæ praxeos firmior evadit Assumptio.

6. Nec satis: heic namque totam ponimus vim.

In Ecclesia Romano-Canonica inelectabilia suppetunt argumenta, Marianæ proin Assumptionis testimonium locupletissimum. Memorabilis enim est *Glossa*, cap. *Alma Mater*, de *Sententia Excommunicationis*, in sexto: lato interdicto, in festis Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes et Assumptionis officia divina celebrari posse decernens, in verbo *Assumptionis* perpendendum ducit: « Nota terminatam altercationem quærentium quod est festum solemnus, an festum Assumptionis, an festum Nativitatis Virginis gloriosæ: Habet enim Ecclesia quod sit celebrius festum Assumptionis, ut hic vides. » Majoris autem solemnitate ratio ex eo plane deducitur, prout ibidem legimus, quia in uno eodemque die (15 augusti) pretiosa mors, resurrectio et ad cælum cum anima et corpore gloriosa concelebratur Assumptio: hæc quippe phrasis synthetica sive complexiva est. In veteri Martyrologio festum mortis et Assumptionis bipartitur Ecclesia; quum die 18 januarii legamus: *Depositio sanctæ ac gloriosæ B. Mariæ Matris Domini Nostri Jesu Christi*; et die 15 augusti: *Assumptio sanctæ Mariæ*. Nunc vero temporis tria hæc mysteria copulatim veneratur Eccle-



sia. Confer Mabillonium (1). Eadem veritas in eodem Canonico Jure luculenter adstruitur (2). Quare concludit Suarezius: «Festum assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ ex præcepto juris communis servandum est. Ita docent omnes doctores *in cap. 1 de consec. d. 3*, ubi expresse hoc festum numeratur, et *in cap. ult. de feriis*, ubi sub festivitibus virginis, et inter festivitates ejus habet quamdam excellentiam, quia gloriam, præmium ac triumphum sanctissimæ Virginis nobis repræsentat (3). »

Nil mirum, si alia desint vetustiora Rom. Ecclesiæ monumenta; quam, longe lateque magna illa Diocletiani sæviante persecutione, coronata bestia præcepit, ut omnia comburerentur Ecclesiæ chronica, prout testatur Eusebius qui suis oculis Rom. Ecclesiæ chronica concremata prospexit (4).

Nisi proinde dicere velimus, quod Rom. Ecclesia in re tam gravi quæ cultum attingit, turpiter errarit; fatendum satius est, Virginis Assumptionem super immobile fundamen infrangibilemque basin fulciri. Quanti namque faciendus sit ejusmodi Ecclesiæ sensus in re theologica, nemo, qui prorsus in eadem disciplina hospes non sit, ignorat. Nulla sane fieri ratione potest, ut Rom. Ecclesia falsam ac erroneam imbibat doctrinam, utpote quæ a Spiritu sancto peculiari ratione jugiter edocta.

(1) Lib. 2 de Liturgiis gallicana.

(2) Can. 1 de Consecrat., dist. 3, et cap. ult. de Feriis.

(3) De Relig., tom. 1, lib. 11, de diebus festis, cap. 1X, n. 13.

(4) Ecclesiast. Histor., lib. vii, co. 11 et 111.

## Caput II.

Ecclesia Apostolica et Subapostolica.

1. Christus ex toto genere humano duodecim Apostolos elegit, ut in omnem terram exiret sonus eorum, novæ Fidei fundamentum constituerent, totumque disponerent ordinem Ecclesiæ. *Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt*, ait Tertullianus, loquens de Apostolis, *a quibus traducem fidei et semina doctrine cæteræ exinde ecclesiæ mutuata sunt, et quotidie mutantur ut ecclesiæ fiant* (5). Quapropter Apostoli eorumdemque per totum orbem successores præsto sunt in themate nostro locupletissimi testes, adeo, ut per eos sensum atque doctrinam ecclesiarum in Deiparentis corpoream Assumptionem unanimiter conspirantium agnoscere, prout nuper, faterique pergamus. Et ut ab Apostolis qui passim toto orbe ad hominum piscationem missi sunt, ducamus initium, perspici vel leviter potest, quanto robore de sacro illo duodenario collegio quod lateri suo Christus adlegit, Deiparæ Virginis adstruatur Assumptio.

2. Illum cogita beatum felicemque diem quo ex hac vita migratura erat beatissima Virgo Deipara. Eo die Apostoli omnes qui toto orbe ad Evangelium disseminandum dispersi erant, Jerosolymam divino imperio et angelorum ministerio, ut pie creditur, delati convenerant, exceptis Jacobo qui jam naturæ concessit, evangelicam firmans suo cruore doctrinam, et Thoma qui absens fuit. Vix ubi per-

(5) Tertull. lib. de præscript., cap. 9.

rexerunt ad sacrum locum, ubi sanctissimum jacebat exanime corpus Deiparæ Virginis, ut hoc per tres dies magno venerationis pietatisque sensu, centies ac millies seipsos ad Illam Illi commendantes, sacris cum precibus ac sacra coluerint hymnodia. Reserato deinde tumulo, sepulcralia lintea dumtaxat invenerunt, sacrum vero corpus invenire nulla qualibet ratione potuerunt. Quam ob rem unanimiter inclamant, lacrymarum imbre perfusi: Virgo Dei Genitrix, nostra mater, nostra magistra, nostra saluberrima monitrix, doctrix, roboratrix, confortatrix ad cælum cum anima et corpore divinitus assumpta est. Hisce peractis, eo quisquis, unde digressus est, revertitur.

Præfatum eventum inclyti testantur scriptores, div. Joannes Damascenus, Juvenalis patriarcha jerosolymitanus, Nicephorus, Metaphrastes, Gregorius turonensis, Dionysius areopagita qui fuit interea temporis præsens, S. Mellitus sardicensis antistes qui in serm. de Assumptione luculenter affirmat, se id accepisse de ore S. Joannis evangelistæ. Quæ cum ita se habeant, circa corpoream Deiparentis Assumptionem sin minus directe, tamen *reflexe*, ut ajunt, vel *ex obliquo* apostolica declaratur auctoritas. Quotquot enim sive patres, sive doctores, aliive sacra pertractantes hac de re scripserint, totidem illam ab Apostolis rem gestam mordicus conjunxerunt, ita, ut alterum sine altero nec esse valeat, neque concipi. Quare fas est concludere: vel Apostoli triumphalem Virginis cum anima et corpore sublationem vere comprobare potuerunt,

vel ipsa de B. Virginis Assumptione traditio falsitate corripitur.

3. Plura tamen adminicula hujusmodi rem magis atque magis roborant. Sanctus Mellitus loc. supra cit. narrat, divos Petrum et Paulum corpus B. Virginis Mariæ gestasse, Joannem ante feretrum palmam prætulisse, cæteros vero Apostolos cecinisse psalmos. Novum ecce miraculum! nubes lucida, coronæ instar, apparuit super feretrum, sicut apparere solet magnus circuitus juxta splendorem lunæ, et angelorum exercitus erat in nubibus canticum suavissimum occinens, ita, ut egressus de civitate populus miraretur inquiring: quis est iste sonitus tantæ suavitalis?

Præterea: div. Joannes Damascenus de dormitione beatissimæ Virginis cum S. Mellito sardicensi episcopo narrat de quodam hebræo qui fuit princeps sacerdotum judæorum, quod is furore percitus feretrum in quo positum erat venerabile corpus Deiparentis, evertere ac in terram dejicere voluit; sed, ecce! mox feretro manus ejus adhæserunt. At, quum ille maximo dolore torqueretur, et pœnitentia ductus auxilium peteret, dixit ad eum Petrus: Si toto corde credideris in Dominum Jesum Christum, solventur a feretro manus tuæ; et cum dixisset: Credo, statim solutæ sunt manus ejus a feretro; et quia adhuc erant aridæ, iterum Petrus ad eum: Accede, dixit, ad hoc corpus, et osculare lectulum, atque dic: Credo in Deum et Dei Filium quem ista portavit, Jesum Christum; et cum accedens osculatus esset lectum, statim omnis dolor recessit ab eo, et

sia. Confer Mabillonium (1). Eadem veritas in eodem Canonico Jure luculenter adstruitur (2). Quare concludit Suarezius: «Festum assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ ex præcepto juris communis servandum est. Ita docent omnes doctores *in cap. 1 de consec. d. 3*, ubi expresse hoc festum numeratur, et *in cap. ult. de feriis*, ubi sub festivitibus virginis, et inter festivitates ejus habet quamdam excellentiam, quia gloriam, præmium ac triumphum sanctissimæ Virginis nobis repræsentat (3). »

Nil mirum, si alia desint vetustiora Rom. Ecclesiæ monumenta; quam, longe lateque magna illa Diocletiani sæviante persecutione, coronata bestia præcepit, ut omnia comburerentur Ecclesiæ chronica, prout testatur Eusebius qui suis oculis Rom. Ecclesiæ chronica concremata prospexit (4).

Nisi proinde dicere velimus, quod Rom. Ecclesia in re tam gravi quæ cultum attingit, turpiter errarit; fatendum satius est, Virginis Assumptionem super immobile fundamen infrangibilemque basin fulciri. Quanti namque faciendus sit ejusmodi Ecclesiæ sensus in re theologica, nemo, qui prorsus in eadem disciplina hospes non sit, ignorat. Nulla sane fieri ratione potest, ut Rom. Ecclesia falsam ac erroneam imbibat doctrinam, utpote quæ a Spiritu sancto peculiari ratione jugiter edocta.

(1) Lib. 2 de Liturgiis gallicana.

(2) Can. 1 de Consecrat., dist. 3, et cap. ult. de Feriis.

(3) De Relig., tom. 1, lib. 11, de diebus festis, cap. 1X, n. 13.

(4) Ecclesiast. Histor., lib. vii, co. 11 et 111.

## Caput II.

Ecclesia Apostolica et Subapostolica.

1. Christus ex toto genere humano duodecim Apostolos elegit, ut in omnem terram exiret sonus eorum, novæ Fidei fundamentum constituerent, totumque disponerent ordinem Ecclesiæ. *Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt*, ait Tertullianus, loquens de Apostolis, *a quibus traducem fidei et semina doctrine cæteræ exinde ecclesiæ mutuata sunt, et quotidie mutantur ut ecclesiæ fiant* (5). Quapropter Apostoli eorumdemque per totum orbem successores præsto sunt in themate nostro locupletissimi testes, adeo, ut per eos sensum atque doctrinam ecclesiarum in Deiparentis corpoream Assumptionem unanimiter conspirantium agnoscere, prout nuper, faterique pergamus. Et ut ab Apostolis qui passim toto orbe ad hominum piscationem missi sunt, ducamus initium, perspici vel leviter potest, quanto robore de sacro illo duodenario collegio quod lateri suo Christus adlegit, Deiparæ Virginis adstruatur Assumptio.

2. Illum cogita beatum felicemque diem quo ex hac vita migratura erat beatissima Virgo Deipara. Eo die Apostoli omnes qui toto orbe ad Evangelium disseminandum dispersi erant, Jerosolymam divino imperio et angelorum ministerio, ut pie creditur, delati convenerant, exceptis Jacobo qui jam naturæ concessit, evangelicam firmans suo cruore doctrinam, et Thoma qui absens fuit. Vix ubi per-

(5) Tertull. lib. de præscript., cap. 9.

rexerunt ad sacrum locum, ubi sanctissimum jacebat exanime corpus Deiparæ Virginis, ut hoc per tres dies magno venerationis pietatisque sensu, centies ac millies seipsos ad Illam Illi commendantes, sacris cum precibus ac sacra coluerint hymnodia. Reserato deinde tumulo, sepulcralia lintea dumtaxat invenerunt, sacrum vero corpus invenire nulla qualibet ratione potuerunt. Quam ob rem unanimiter inclamant, lacrymarum imbre perfusi: Virgo Dei Genitrix, nostra mater, nostra magistra, nostra saluberrima monitrix, doctrix, roboratrix, confortatrix ad cælum cum anima et corpore divinitus assumpta est. Hisce peractis, eo quisquis, unde digressus est, revertitur.

Præfatum eventum inclyti testantur scriptores, div. Joannes Damascenus, Juvenalis patriarcha jerosolymitanus, Nicephorus, Metaphrastes, Gregorius turonensis, Dionysius areopagita qui fuit interea temporis præsens, S. Mellitus sardicensis antistes qui in serm. de Assumptione luculenter affirmat, se id accepisse de ore S. Joannis evangelistæ. Quæ cum ita se habeant, circa corpoream Deiparentis Assumptionem sin minus directe, tamen *reflexe*, ut ajunt, vel *ex obliquo* apostolica declaratur auctoritas. Quotquot enim sive patres, sive doctores, aliive sacra pertractantes hac de re scripserint, totidem illam ab Apostolis rem gestam mordicus conjunxerunt, ita, ut alterum sine altero nec esse valeat, neque concipi. Quare fas est concludere: vel Apostoli triumphalem Virginis cum anima et corpore sublationem vere comprobare potuerunt,

vel ipsa de B. Virginis Assumptione traditio falsitate corripitur.

3. Plura tamen adminicula hujusmodi rem magis atque magis roborant. Sanctus Mellitus loc. supra cit. narrat, divos Petrum et Paulum corpus B. Virginis Mariæ gestasse, Joannem ante feretrum palmam prætulisse, cæteros vero Apostolos cecinisse psalmos. Novum ecce miraculum! nubes lucida, coronæ instar, apparuit super feretrum, sicut apparere solet magnus circuitus juxta splendorem lunæ, et angelorum exercitus erat in nubibus canticum suavissimum occinens, ita, ut egressus de civitate populus miraretur inquiring: quis est iste sonitus tantæ suavitalis?

Præterea: div. Joannes Damascenus de dormitione beatissimæ Virginis cum S. Mellito sardicensi episcopo narrat de quodam hebræo qui fuit princeps sacerdotum judæorum, quod is furore percitus feretrum in quo positum erat venerabile corpus Deiparentis, evertere ac in terram dejicere voluit; sed, ecce! mox feretro manus ejus adhæserunt. At, quum ille maximo dolore torqueretur, et pœnitentia ductus auxilium peteret, dixit ad eum Petrus: Si toto corde credideris in Dominum Jesum Christum, solventur a feretro manus tuæ; et cum dixisset: Credo, statim solutæ sunt manus ejus a feretro; et quia adhuc erant aridæ, iterum Petrus ad eum: Accede, dixit, ad hoc corpus, et osculare lectulum, atque dic: Credo in Deum et Dei Filium quem ista portavit, Jesum Christum; et cum accedens osculatus esset lectum, statim omnis dolor recessit ab eo, et

sanatæ sunt manus ejus. — Tot rerum adjuncta mirificum Apostolorum in sacrum locum adventum melius evincunt, mirificumque proin eorundem Apostolorum de B. Virginis Assumptione testimonium.

Neque tamen satis. Javenalis archipræsul jerosolymitanus a summis principibus Marciano et Pulcheria monitus, ut hac de re animi sui sensum aperiret, de morte scilicet atque translatione corporis Mariæ, coram multis et in magno Patrum consensu id respondit, quod ipse rerum ad ecclesiam suam jerosolymitanam spectantium peritissimus longa veracique multorum PP. traditione confirmatum acceperat, nimirum instante Virginis obitu, Apostolos ex diversis orbis partibus Jerosolymam perrexisse, totum triduum ad Virginis Deiparæ tumulum perseverasse, atque quum clausum illud aperuerint, sepulcralia tantum lintea reperisse, intemeratum vero corpus ejus jam translatum nunquam nec uspiam apparuisse. Hæc Nicephorus (1), hæc div. Joannes Damascenus (2), qui etiam causam, ob quam sepulcrum apertum fuerat, verbis complectitur, nimirum Apostoli Thomæ adventum qui ad exequias Deiparæ sero veniens, corpus illud sanctissimum quod Deum susceperat, maximopere cupiebat suis oculis contueri.

4. Hæc igitur traditio de corporea Virginis Assumptione tanta temporis antiquitate fulcitur, ut ad orientem Ecclesiæ auroram, ad apostolicam pertingat ætatem. Et si juxta illam quam retulimus pervetustam traditionem A-

(1) Lib. 15, cap. 14. (2) Orat. 2 de Assump.

postoli Virginis triumphalem in cælos sublacionem agnoverint, immo propriis — ut ita dicam — oculis satis aperte conspexerint, nonne totum per orbem eam disseminare nisi sunt, ut eandem christifideles magna lætitia concelebrarent, summoque pariter omnes venerarentur honore? præter ullam dubitationis aleam. Unde mihi libet inclamare dumtaxat: ter quaterque felices Angeli qui viderunt quod Apostoli non viderunt! non ita tamen, ut, quod non viderunt, nullatenus potuerint arguere. Jacebat in sepulcro sanctissimum corpus omni sensu et vita privatum, ut cætera hominum corpora jacere solent, corruptio tamen omnis aufugerat ab eo. Tertia pulchrius illucescente die, angelis stipatus ad sepulcrum venit Christus, penes quem et vitæ et mortis imperium est. Mortem quam sua morte vicit, longius jussit abscedere, jacentique corpori non vitam tantum, sed etiam immortalitatem, splendorem admirabilem, subtilitatem, agilitatem, pulcritudinemque contulit inauditam. Ingreditur beatissima anima carnem quam deseruerat; surgit repente corpus quod jacebat, ut sol alter rutilans, aquila velocius, ipsa pulcritudine pulchrius; mira facies venustate lucet; crines aurum fulgore superant; redivivæ carnis membra totam videntur exhausisse pulcritudinem; attollitur humo corpus micantissimum; a dextris potentissimi Regis Filii sui Regina graditur; cælestis universa curia gradientem magna cum lætitia comitatur, et ridente cælo ac tota jubilante natura, gloriosa cum anima et corpore cæli penetralia scandit. Ave, in anima

et corpore cælestis incola, ad nos tua lumina, ad nos ad nos tua lumina verte, tuos filios circumspiciens qui nati in hujusce peregrinationis ærumna tot malorum ingruentium dolorumque peste fatigamur.

5. Ad eam tamen, unde digressi sumus, demonstrationis severitatem revertimur. Unde sic: ab ipsis rei christianæ primordiis Assumptionis festum universa tenuit semperque retinuit Ecclesia, nec uspiam illam constituere concilia. Igitur illam Apostolos tradidisse censendum est. Id evidens apparet juxta tritam sermone sententiam qua div. Augustinus contra Donatistas utitur: « Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilii institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur (1). » A primo igitur Ecclesiæ nascentis exordio pietissimæ nostræ veritatis origo dimanat, apostolicam attingit ætatem, et ab ipsis Apostolis firmitatem acquirit et robur. *Habeo proin origines firmas ab ipsis auctoribus quorum fuit res* (2).

Assumptionis festum apostolicis obtinuisse temporibus, plerique testantur auctores. Id tenet Frassen in suo *Scoto Academico*, Tom. viii; id tenet Florentinius qui ait: « Fluxisse hujusmodi festum ab Apostolis plura docent, quæ passim ex variis Patribus recentiores adducunt ex quibus negari nequit aliqua ex Apocryphis libris originem traxisse (3). » Id quoque tenent theses dogmaticæ de Ecclesia ejusque capite et de homine, nec non

(1) Lib. 4 de Bapt. contr. Donat., cap. 24.

(2) Tertullianus de Præscript. adversus Hæres. cap. xxxvi.

theses selectæ de historia ecclesiastica quas in collegio sancti Beunonis prov. Angl. Societatis Jesu propugnandas assumpsit F. Sylvester Joseph Hunter ejusdem Societatis: « Exinde constat hoc privilegium ejusque festum, quod in systemate Mariano conspicua pars est, et quod tantopere cum aliis doctrinis revelatis cohæret, Apostolos, ipsumque Joannem, latere non potuisse, ac proinde ex apostolica traditione Ecclesiæ innotuisse (4). »

Nullum plane laboris impedimentum div. Bernardi ad Lugdunenses canonicos parant verba, quibus in eam inclinatur sententiam, hanc de Assumptione solemnitatem non Apostolorum sed Ecclesiæ auctoritate fuisse sancitam. *Accepi sane ab ecclesia, ad Lugdunensis ecclesiæ canonicos Claravallensis abbas scribebat, illum diem cum summa veneratione colendum, quo assumpta de sæculo nequam (B. V. Maria), cælis quoque intulit celeberrimorum festa gaudiorum* (5). Hujusmodi facile diluitur oppositum abstinentiæ quadragesimalis exemplo, quæ ecclesiastica lege tametsi præcipiatur, Apostolos tamen ipsos et auctores et institutores certissime habet. Et hæc est ratio, quare præsens caput inscripserim *Ecclesiam Apostolicam*; quum Apostoli proprie vereque *primitorum Ecclesiam* constituerint. Certo proinde certius est, in sacro rerum apostolicarum deposito tum veritatem Assumptionis tum festum Virginis assumptæ comprehendere. Jure merito ab ipsis Apostolis celebritatem

(3) Martyr. Exercit. 8.

(4) Tertio Kalendas Aug., A. S. H. MDCCCLXIX.

(5) Epist. 174.

istam fuisse institutam plures auctores autumant, juxta illud Vincentii Lyrinensis proloquium *quod ubique, quod semper, quod ab omnibus aut creditum aut actum fuit*, id non nisi ab apostolica traditione descendere. Unde veraciter B. V. Deipara Spiritu sancto afflata de se ipsa fatidico ore cecinit: *Beatam me dicent omnes generationes* (1).

6. Aliud tamen quidpiam diligenter inquiramus. B. Petrus Apostolorum princeps, cum adhuc in Syria moraretur in anteradensi civitate, quæ nunc Tortosa vocatur, Deiparenti Virgini sacellum erexit ex ære a christianis collato. Id tradunt graves auctores, Jacobus de Vitriaco cardinalis (2), Adrianus Junius (3), Thomas waldensis (4), Raphael volaterranus (5), qui addit, in eodem sacello B. Petrum primo sacrificasse.

Idem Apostolorum princeps, cæteris Apostolis cooperantibus, virginalem domum seu cubiculum, in quo Deipara genita et educata est, in quo Verbum caro factum est, quod nunc Laureti religiosissime colitur, in templum consecravit, et in templi formam redegit. Annales flumenses apud Angelicam. — Idem div. Petrus in sacrificio missæ primus commemorationem Virginis introduxit, ut liquido constat ex liturgia latina, seu romana quam B. Petri esse tradit Leo III Pont. Max. (6), et post eum Aquinas (7). — Ex animadversione porro Tillemontii festum Virginis, sacellum Virginis,

(1) Luc. cap. i.

(2) In sua hist. orientali.

(3) In sua Nomenclatura.

(4) Cap. 81.

(5) Lib. 2 geograph.

commemoratio Virginis, et alia pariter ejusdemmodi simpliciter vel absolute accepta festum, sacellum, commemorationem Deiparentis in cælum assumptæ vere ac proprie sonant (8). Quocirca, si B. Petrus sacellum erexit, virginalem domum seu cubiculum in templum consecraverit et in templi formam redegerit, nec non in missæ sacrificio primus introduxerit commemorationem Virginis; Virgini proin in cælum assumptæ hæc omnia dicavisse, fatendum sat probabiliter est; quum ista simpliciter vel absolute ponantur.

Coapostolus Paulus et doctor gentium. In suis iste litteris Virginem Beatissimam honorifice nominat, cum scribit: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere* (9). Quæ mulier? illa profecto quæ a Joanne in libro Apocalypseos super astra cæli conspicitur *amicta sole*, splendore nimirum corporis, quemadmodum plerique DD. opinantur. Incisus tamen est præfatus textus; prosequitur enim Apostolus: *ut eos qui sub lege erant, redimeret*. Porro Christus qui perfecte debebat Virginem Deiparentem redimere, nedum præservavit illam a culpa, verum etiam liberavit illam quæ *sub lege mortis* erat, haud quidem *morte peccati* de qua loquitur Apostolus, sed *morte* quæ naturalis conditio est. — Præterea: quid per illam vocem *ex muliere* sibi velit Doctor gentium, videamus. Ex mente S. Cyrilli jerosolymitani episcopi adstruit illa voce A-

(6) In epist. ad Michaellem.

(7) 3 p. q. 78, art. 2 ad 5.

(8) Till. ad Vit. B. M. Virg., n. 18.

(9) Ad Galat. iv, 4.

postolus incorruptibilitatem corporis Deiparæ: non enim dicit *factum ex viro et muliere, sed ex muliere dumtaxat* sine ulla prorsus corruptione. Illud vero corpus quod gignens nullam patitur corporis corruptionem; moriens, nullam pariter corporis congruit videre corruptionem.

S. Jacobus major. Hic B. Virginem honoravit, cum ei adhuc in terris degenti Cæsaraugustæ in Hispania templum erexit, quod testantur Antonius Beuterus (1), Joannes de Pineda (2), Vasæus (3), Hieronymus Blanca (4), Bzovius (5). Ribadeneira in vita sancti Jacobi rem gestam narrat. Cum S. Apostolus in Hispania novem tantum incolas ad Christum convertisset, et eam ob causam multum doleret, seque precibus daret, Cæsaraugustæ apparuit ei B. Virgo columnæ insistentis (quæ adhuc vivebat sed in oriente), choro angelorum suavissime canentium stipata, dicens: Hoc in loco ædificabis ecclesiam, eamque meo nomine insignies; quia hæc Hispaniæ pars erit mihi devotissima, et ex nunc eam in meam protectionem accipio. Paruit Apostolus et ædificavit sacellum, quod etiamnum *Sanctæ Mariæ in columna* nuncupatur. Atque inde per novem illos ejus discipulos secuta est totius Hispaniæ conversio, illeque religionis flos, decor et robur jure reges Hispaniæ catholici cognominantur. Interim B. Jacobus Jerosolyma redux, ubi convenit, ut morti pretiosæ Virginis adesset, ejus resurrectioni et Assumptioni, populo sibi divinitus

(1) In chronie. hisp., cap. 23.

(2) In monarch. eccles., lib. 10, cap. 2, § 4.

(3) In chronie. hispano.

concredito visa portenta narravit, et sacellum quod jam extruxit, Virgini Deiparæ quam suis ferme oculis conspexerat in anima et corpore cælica regna penetrantem, summa ejus populique devotione dicavit.

S. Jacobus minor. Hic quo studio B. V. Mariam coluerit, liquet ex sacra ejus liturgia, in qua sanctissimæ Matris honorificentissime meminit, ejusdemque laudes mirum in modum prædicat. Post multam Deiparæ invocationem his eam verbis glorificat: « Commemorationem agamus sanctissimæ, immaculatæ, gloriosissimæ, benedictæ Dominæ nostræ Matris Dei, et semper Virginis Mariæ. » Postea chorus ita respondet: « Dignum est ut te vere beatam dicamus, Deiparam semper beatam et omnibus modis irreprehensam, et Matrem Dei nostri honorabiliorem quam cherubim, et gloriosiore quam seraphim, quæ sine corruptione Deum Verbum peperisti, te revera Deiparam magnificemus. » Nonnulla verba corpoream Deiparentis Assumptionem videntur innuere. Pauca de singulis. Ut quid nuncupat B. Apostolus Virginem Mariam *vere beatam*? num illius beatitudo vertebatur in dubium? minime quidem: beatitudinis perfectionem hæc verba designant, *vere beatam*, scilicet in anima et corpore. Voces *semper beatam* discutiendas petimus: numquid finem beatitas habet? prorsus nequaquam; beatitas ergo corpus attigit, ita, ut B. Virgo semper in cælis cum corpore fruitura credatur.

(4) In Commentariis rerum Aragoniæ ad ann. Dom. 1118.

(5) Lib. 2 de Signis.

Qualiter demum *gloriosior* esset quam *seraphim*, si corporis glorificatione careret?

S. Joannes evangelista. Hic qua devotione B. V. Mariam coluerit, conjici facile potest ex eo quod filius ejus adoptivus fuit, quem illa in filium suscepit, et ipsa vicissim in matrem; quam et secum Ephesum duxit ab Ascensione Christi, cum facta est Apostolorum divisio, ut testantur Patres Concilii ephesini. Quam et inde Jerosolymam paulo post reduxit, non enim diu Ephesi commoratus est. B. Joannem magna nimis incessit cupido videndi Deiparam, postquam in caelos fuit evecta. A se abreptus cum Filio Matrem spectavit quantalibet gloria perfruentem, et ideo etiam cum anima et corpore gloriosam. Deinde cunctis qui passionis crucis devote meminissent, B. V. per Filium quatuor dona spondit, etc. Ita Pomer. (1).

S. Matthæus Apostolus et evangelista. Hic quam impense B. M. Virginem dilexerit et coluerit, luculenter monstravit, cum illius dignitatem brevibus sed prægnantibus verbis initio sui Evangelii descripsit, inquit: *De qua natus est Jesus qui vocatur Christus*. Hæc est virginæ laudis summa. Omnia ejus privilegia collegit, omnesque prærogativas, quas inter eminent corporea Deiparentis Assumptio, complexus est, cum dixit, ex ea natum fuisse Jesum. Div. Thomas a Villanova hæc verba premens, ajebat: « Sufficit ad ejus plenam historiam, quod scriptum est, quia de illa natus est Jesus; quid amplius, quid ultra requiris in Virgine? Sufficit tibi quod Mater Dei

(1) Lib. 3 de B. Maria V., p. 4, n. 4.

est. » Unde cum de ea audis quod Mater Dei sit, debes inde reliqua colligere, sicut ex ungue leonem. Quapropter implicite complexit in eo breviloquio Apostolus evangelista triumphalem Virginis cum anima et corpore sublationem. Sic cæteros itidem Apostolos eundem sui animi sensum aperuisse credendum est, ac præsertim BB. Simonem et Judam qui erant nepotes Deiparæ ex parte Josephi. Quod si desanctis Christi confessoribus ævo suo Tertullianus scribebat: *Oblationes pro natalitiis annua die facimus* (2); et infra: *Habes tuos census, habes tuos fastos, nihil tibi cum gaudiis sæculi*; quid nostra impedit quominus in Reginæ Apostolorum obsequium ab ipsa Ecclesiæ constitutione solemnitate Virginis assumptæ div. Apostolos coluisse credamus? — Id autem magis patefiet ex seqq. capitibus; quum omnes omnium ecclesiarum pastores atque doctores habeant Apostolum quempiam vel prout antecessorem, uti Clemens Petrum, vel prout auctorem, ut in smyrnænsi ecclesia Polycarpus Joannem, vel prout remotam causam, ut Apostolorum principem per ejus in Romana cathedra successorès Ecclesiæ omnes.

7. Ad Patres vero quod attinet apostolicos, fatendum pariter est, quod vel ipsi qui ex Apostolorum labiis puram cælestemque veritatem lympham biberunt, Assumptionis veritati tributum solverint.

Glycas, rerum ecclesiasticarum peritissimus auctor, non tantum Apostolos, verum et septuaginta duos di-

(2) De Cor. Milit. 208, ut etiam notat Graveson Hist. Lit. de Tertulliano.

scipulos Jerosolymam convenisse testatur, et ibidem sacri corporis translationem de terrestri ad cælestem Jerusalem agnovisse commemorat. Hinc rationabile dictu est, eos LXX discipulos, quum Assumptionem Virginis Mariæ quoad animam et corpus agnoverint, in omni tribu et populo et natione, ubi disseminare sacrum Evangelium nitebantur, eam longe lateque tradidisse.

In sacris suis litteris Clemens Romanus (cf. caput superius, n. 2) universam post Petrum visibilem Ecclesiam fortitudine *petræ* gubernans, psychosomaticam Deiparentis Assumptionem satis aperte declarat. Unde div. Theodorus Studita refert: « Pari ratione Deiparæ quoque jejunium observamus: et ipso die transfigurationis piscibus et oleo utimur, et quamquam hunc aliter transigere oporteret, nihilominus id per jejunium vetatur. Ast ipso die dormitionis Immaculatæ Deiparæ, si contingat feria IV, vel VI non utimur carne vel caseo propter magnum tremendumque somni hujus admirandi prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris apostoli, ut in sacris scriptis comperimus Clementis Romani, tres integros dies apud sepulcrum manserunt, donec a divo Angelo de re tota certiores facti sunt (1). » Quapropter ex cœnobita Theodoro Deiparæ Virginis assumptæ traditio subapostolicum ævum attingit, et Clementis Romani sententia ita ex se patescit ut nil supra melius.

(1) Doctr. Chronic. Monast. Hudii, pag. 1702.

(2) Obiter heic animadvertimus affatum fuisse conquistum, quidam verbis illis *imbecillitatis bonitatem* Dionysius intellexerit. Sed quamvis ad componendum sensum alii aliter perlegant, ni-

Et ut quemlibet alium Patrem apostolicum silentio præteream, producam magnum illum philosophum-theologum S. Dionysium areopagitam, D. Pauli Apostoli discipulum, eumque non auritum sed oculatum testem qui quod vidit, enarravit, et in libro *de divinis nominibus* cap. 3 ad Timotheum scribens totidem verbis consignavit: hic itaque scriptor apostolici ævi ratione breviter assignata, qua de causa post S. Hierotheum libros theologicos exaraverit, prædicatis ejus laudibus, quomodo una cum Petro et Jacobo dormitioni sanctissimæ Virginis interfuerit, et quidquid in ea contigerit narrat, atque mox inquit: « Et hoc a nobis perquam studiose observatum est, ne quidquam eorum, quæ divinus ille præceptor plane nobis expressit, ullo modo attingeremus; ne secundo eodem repetemus quæ ad scripturam aliquam elucidandam ipse tradiderit; nam etiam apud ipsos divino spiritu plenos Pontifices nostros cum et nos, ut nosti, et plerique alii ex sanctis Patribus nostris ad contuendum corpus illud (græce *σώμα*, in aliquibus codd. legitur *σῆμα*, idest sepulcrum) quod auctorem vitæ Deumque receperat, convenissemus (aderat autem frater Domini Jacobus et Petrus, supremum decus et antiquissimum theologorum culmen) ubi post contutum placuit antistitibus omnibus, pro virili cuique sua, infinita potentia præditam divinæ imbecillitatis (2), bonitatem collaudare. »

hilo tamen secius juxta S. Maximum ad Scholia et Paraphrasin Pachimoræ, nomine *dicti* *imbecillitatis* voluntaria Filii Dei humillatio venit usque ad corpus absque peccato.

Superius allata verba S. Dionysii de B. V. Maria, secus ac plerique senserint, intellexerunt Nicephorus (1), div. Thomas (2), Metaphrastes et div. Joannes Damascenus (3) qui loc. cit. memorat itidem, una cum S. Dionysio, S. Timotheum ephesinum antistitem et B. Hyerotheum caelesti portento interfuisse: « Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus, primus episcopus ephesiorum, et Dionysius areopagita, sicut ipse testatur in iis quae de beato Hyerotheo, qui ipse quoque tunc aderat, scripsit ad praedictum Timotheum, sic dicens, etc. » Testes proinde coevi et suppres duodecario apostolico Collegio suis ferme oculis corpoream Deiparentis Assumptionem prospexisse testantur.

Ad magnum tamen Dionysium qui an. Christi 108 martyrio coronatus est, revertamur. Isthic in conjunctissima Filii Dei cum Maria Christi Matre relatione cum deprehenderet corporeae ipsius Assumptionis Virginis rationem, scribit: « Et nos quidem una tecum multisque sacris fratribus, sicut meministi, ad spectandum corpus illud vitae principium Deumque continens conveneramus; simul vero aderant frater Domini Jacobus et Petrus supremus ille apostolorum vertex. Lucidum itaque ac plane decorum spectaculum quod id temporis afflatis divinitus viris illuxit, fuit, ut quidem explico, illustrissima virginitatis tabernaculi a Deo effulgentia, per quam corpus Deiparae, vitae principium totumque laminosum viderunt. Corpus supra nos nostramque conditionem,

(1) Lib. 2, cap. 22.

(2) In Commentario Dionys.

per quod nobis diviniore vitae principium vitae auctor Jesus donavit, nostras primitias, quas sibimetipsi ex virgineo utero supernaturaliter conflavit, vitae principium efficiens. Quod si delibatio sancta, juxta Apostolum plane et massa: et si radix sancta, utique et rami. Est ergo Deiparae corpus vitae principium, quod ipsam totam Deitatis vitaeque initiationem suscepit in se (4). » Ex hoc doctrinae areopagiticae flore luculenter adstruitur veritas assertae theseos. Nec mirum; quum Ecclesiae plane sit proferre de thesauro suo nova et vetera. Omnibus temporibus una semper Ecclesia Christi: numquid hujusce nostri aevi Ecclesia alia atque alia ab illa priorum saeculorum, ut neoterici blaterant? absit omnino.

Plurimum tamen praestat commone, quae nomine Dionysii areopagiticae circumferuntur scripta, quantumvis praestantia et doctrina et mirifica eloquii fecunditate praepolleant; dolendum tamen est, a quibusdam de eorum authentia dubitari. Sed isthoc in 4<sup>a</sup> parte de re polemica discutendum relinquimus. Unde finem imponimus huic capiti: corporea Virginis Assumptio quam diligenter inquirimus super aurum et topazion, adhuc viventibus illis sub quorum oculis contigit res, ubertim florere 1<sup>o</sup> saeculo vel saeculo apostolico coepit.

### Caput III.

Ecclesia latino-graeco-liturgica.

1. Assumptionem contuiti sumus in centro, nunc vero in radiis qui

(3) Orat. 2 de Assumpt.

(4) De Div. Nom., lib. 1, cap. 3.

ab illo proficiscuntur, eam nitide contueamur oportet. Ab Ecclesiis Romana et Apostolica in quamlibet orthodoxi mundi ecclesiam, sive occidentales sint, sive orientales, gradum facimus. Utriusque tamen nationis ecclesiae nedum Virginis Assumptionem speculativa ferme ratione traderunt doctorum senatu mediante qui pro pia sententia steterint, eamque solerter adstruxerint atque defenderint, prout infra dicemus insequenti capite; verum etiam per sacram liturgiam in praxim quodammodo deduxerunt, de quo id caput versabitur. Liturgia vero auctorem habet episcopum: unde praecleara illa sententia Cypriani ad Jubajanum scribentis, *ecclesiam in Episcopo esse*, ac ideo sacram quoque liturgiam quae praecipua ecclesiae pars est. Quanta proin sacra liturgia firmitatis robore polleat, quibuscumque clara res est. Ne vero in his liturgicis testimoniis afferendis nimii simus, unum vel alterum cujusdam ecclesiae peculiaris attigisse sufficiat. Ecclesia latina primatum obtinet, et latinas inter ecclesias Romana principem sibi vindicat locum: de hac tamen sermo late fuit; quapropter ex ejus primogenita filia, nempe Gallia, ducemus initium.

2. Sensus liturgiae gallicanae pro Virginis Assumptione mirificus est. Die 14 augusti illud commemorat sacram testamentum, ne dicam suave mysterium, cum nempe Christus e cruce pependit, et discipulo Matrem, Matricemque discipulum commendavit; ea, opinor, mente, ut Virginis ferme mortalitatem innueret. In Assumptionis autem die legitur, non secus ac

in Ecclesia Romana, Evangelium ubi magno praeconio laudatur a Christo contemplatio Mariae sororis Marthae; quo videtur innui beatifica illa in quam translata B. Virgo fuit, immortalitas. Nec nimis: in vigilia memorat, uti diximus, sacrum Christi testamentum in sua dilecto discipulo dilectissima Matre relinquenda, eo fortasse consilio, ut die crastina verbis Apocalypseos ejusdem discipuli auspicaretur: « In diebus illis apertum est templum Dei in caelo, et visa est arca Testamenti ejus in templo ejus: et facta sunt fulgura, et voces, et terrae motus, et grando magna. Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. » Quemadmodum arca Dei vivens sinus Deiparae fuit; sic Deipara cum corpore glorioso fuit in templo caelestis gloriae collocata. Sol et luna resurrectionis et immortalitatis ejus typum gerunt: ille qui fixus jugiter est, et cujus rutilo Mulier splendore perfunditur; ista, figura temporis, ex quo sui virginei pedes exierunt. Quid insuper per *templum* nisi caelestis paradisi, quidque per *arcam Testamenti* nisi Deiparae corpus quod in se conditorem aeternae legis aethereumque manna continuit, mystice designatur?

Postea legitur jucundum hoc atque sublime melos quod rem conficit solidius animumque recreat atque solatur:

Induant Justitiam,  
Prædicent lætitiā  
Qui ministrant Numini.

Superius allata verba S. Dionysii de B. V. Maria, secus ac plerique senserint, intellexerunt Nicephorus (1), div. Thomas (2), Metaphrastes et div. Joannes Damascenus (3) qui loc. cit. memorat itidem, una cum S. Dionysio, S. Timotheum ephesinum antistitem et B. Hyerotheum cælesti portento interfuisse: « Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus, primus episcopus ephesiorum, et Dionysius areopagita, sicut ipse testatur in iis quæ de beato Hyerotheo, qui ipse quoque tunc aderat, scripsit ad prædictum Timotheum, sic dicens, etc. » Testes proinde coævi et suppres duodecario apostolico Collegio suis ferme oculis corpoream Deiparentis Assumptionem prospexisse testantur.

Ad magnum tamen Dionysium qui an. Christi 108 martyrio coronatus est, revertamur. Isthic in conjunctissima Filii Dei cum Maria Christi Matre relatione cum deprehenderet corporeæ ipsius Assumptionis Virginis rationem, scribit: « Et nos quidem una tecum multisque sacris fratribus, sicut meministi, ad spectandum corpus illud vitæ principium Deumque continens conveneramus; simul vero aderant frater Domini Jacobus et Petrus supremus ille apostolorum vertex. Lucidum itaque ac plane decorum spectaculum quod id temporis afflatis divinitus viris illuxit, fuit, ut quidem explico, illustrissima virginitatis tabernaculi a Deo effulgentia, per quam corpus Deiparæ, vitæ principium totumque laminosum viderunt. Corpus supra nos nostramque conditionem,

(1) Lib. 2, cap. 22.

(2) In Commentario Dionys.

per quod nobis diviniore vitæ principium vitæ anctor Jesus donavit, nostras primitias, quas sibimetipsi ex virgineo utero supernaturaliter conflavit, vitæ principium efficiens. Quod si delibatio sancta, juxta Apostolum plane et massa: et si radix sancta, utique et rami. Est ergo Deiparæ corpus vitæ principium, quod ipsam totam Deitatis vitæque initiationem suscepit in se (4). » Ex hoc doctrinæ areopagitice flore luculenter adstruitur veritas assertæ theseos. Nec mirum; quum Ecclesiæ plane sit proferre de thesauro suo nova et vetera. Omnibus temporibus una semper Ecclesia Christi: numquid hujusce nostri ævi Ecclesia alia atque alia ab illa priorum sæculorum, ut neoterici blaterant? absit omnino.

Plurimum tamen præstat commone, quæ nomine Dionysii areopagitice circumferuntur scripta, quantumvis præstantia et doctrina et mirifica eloquii fecunditate præpolleant; dolendum tamen est, a quibusdam de eorum authentia dubitari. Sed isthoc in 4<sup>a</sup> parte de re polemica discutendum relinquimus. Unde finem imponimus huic capiti: corporea Virginis Assumptio quam diligenter inquirimus super aurum et topazion, adhuc viventibus illis sub quorum oculis contigit res, ubertim florere 1<sup>o</sup> sæculo vel sæculo apostolico cœpit.

### Caput III.

Ecclesia latino-græco-liturgica.

1. Assumptionem contuiti sumus in centro, nunc vero in radiis qui

(3) Orat. 2 de Assumpt.

(4) De Div. Nom., lib. 1, cap. 3.

ab illo proficiscuntur, eam nitide contueamur oportet. Ab Ecclesiis Romana et Apostolica in quamlibet orthodoxi mundi ecclesiam, sive occidentales sint, sive orientales, gradum facimus. Utriusque tamen nationis ecclesiæ nedum Virginis Assumptionem speculativa ferme ratione traderunt doctorum senatu mediante qui pro pia sententia steterint, eamque solerter adstruxerint atque defenderint, prout infra dicemus insequenti capite; verum etiam per sacram liturgiam in praxim quodammodo deduxerunt, de quo id caput versabitur. Liturgia vero auctorem habet episcopum: unde præclara illa sententia Cypriani ad Jubajanum scribentis, *ecclesiam in Episcopo esse*, ac ideo sacram quoque liturgiam quæ præcipua ecclesiæ pars est. Quanta proin sacra liturgia firmitatis robore polleat, quibuscumque clara res est. Ne vero in his liturgicis testimoniis afferendis nimii simus, unum vel alterum cujusdam ecclesiæ peculiaris attigisse sufficiat. Ecclesia latina primatum obtinet, et latinas inter ecclesias Romana principem sibi vindicat locum: de hac tamen sermo late fuit; quapropter ex ejus primogenita filia, nempe Gallia, ducemus initium.

2. Sensus liturgiæ gallicanæ pro Virginis Assumptione mirificus est. Die 14 augusti illud commemorat sacram testamentum, ne dicam suave mysterium, cum nempe Christus e cruce pependit, et discipulo Matrem, Matrique discipulum commendavit; ea, opinor, mente, ut Virginis ferme mortalitatem innueret. In Assumptionis autem die legitur, non secus ac

in Ecclesia Romana, Evangelium ubi magno præconio laudatur a Christo contemplatio Mariæ sororis Marthæ; quo videtur innui beatifica illa in quam translata B. Virgo fuit, immortalitas. Nec nimis: in vigilia memorat, uti diximus, sacrum Christi testamentum in sua dilecto discipulo dilectissima Matre relinquenda, eo fortasse consilio, ut die crastina verbis Apocalypseos ejusdem discipuli auspicaretur: « In diebus illis apertum est templum Dei in cælo, et visa est arca Testamenti ejus in templo ejus: et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna. Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. » Quemadmodum arca Dei vivens sinus Deiparæ fuit; sic Deipara cum corpore glorioso fuit in templo cælestis gloriæ collocata. Sol et luna resurrectionis et immortalitatis ejus typum gerunt: ille qui fixus jugiter est, et cujus rutilo Mulier splendore perfunditur; ista, figura temporis, ex quo sui virginei pedes exierunt. Quid insuper per *templum* nisi cælestis paradisi, quidque per *arcam Testamenti* nisi Deiparæ corpus quod in se conditorem æternæ legis æthereumque manna continuit, mystice designatur?

Postea legitur jucundum hoc atque sublime melos quod rem conficit solidius animumque recreat atque solatur:

Induant Justitiam,  
Prædicent lætitiã  
Qui ministrant Numini.

It in suam requiem,  
 Infert caelo faciem  
 Arca viva Domini.  
 Christum cum huc venerat,  
 Quo mater susceperat,  
 Non est venter purior.  
 In quo, dum hinc revocat,  
 Matrem Christus collocat,  
 Thronus non est celsior.  
 Quæ te, Christe, genuit,  
 Quæ lactentem aluit,  
 Nunc beatam dicimus.  
 Immo quod crediderit,  
 Quod sibi viluerit,  
 Hinc beatam novimus.  
 O præ mulieribus  
 Quin et præ cælitibus  
 Benedicta Filia!  
 Hauris unde plenior,  
 Hoc e fonte crebrior  
 Stillet in nos gratia.  
 Ad Deum ut adeant,  
 Per te vota transeant:  
 Non fas Matrem rejici.  
 Amet tuam Galliam,  
 Regi det justitiam,  
 Plebi pacem supplici.

Carmen hoc quod gallicanam aperit mentem, corpoream Virginis Assumptionem quam pulcre designat!!

Incomparabilem præ se ferre cogimur præfationem quam duæ simul ecclesiæ, gallicana et gothica, uno quasi ore, una fere lingua in Assumptionis festo repetebant: præfationem quæ tum propter uberem de Virginis sublatione doctrinam, tum propter lyricum modulamen quod in illa jucunde resonat, triumphalis est volucerque prouti currus super quem beatissima Virgo cum anima et corpore, tota simul congaudente natura, vehitur in cælum:

« Dignum et justum est, » præfatae

duæ canebant ecclesiæ, « omnipotens Deus, nos tibi magnas merito gratias agere tempore celeberrimo, die præcæteris honorando, quo Virgo Dei Genitrix de mundo migravit ad Christum. Quæ nec de corruptione suscepit contagium; nec resolutionem pertulit in sepulcro, pollutione libera, germine gloriosa, Assumptione secura, Paradiso dote prælata, nesciens damna de coitu, sumens vota de fructu, non subdita dolori per partum, non labori per transitum. Speciosus thalamus, de quo dignus prodit sponsus, lux gentium, spes fidelium; prædo dæmonum, confusio Judæorum: vasculum vitæ, tabernaculum gloriæ, templum cæleste: cujus juvenulæ melius prædicantur merita, cum veteris Evæ conferuntur exempla. Si quidem ista mundo vitam protulit, illa legem mortis invexit. Illa prævaricando nos perdidit; ista generando salvavit. Illa nos pomo arboris in ipsa radice percussit; ex hujus virga flos exiit qui nos odore reficeret, fruge curaret. Illa maledictionem in dolore generat; ista benedictionem in salute confirmat. Illius perfidia serpenti consensit, conjugem decepit, prolem damnavit; hujus obedientia Patrem conciliavit, Filium meruit, posteritatem absolvit. Illa amaritudinem pomi succo propinat; ista perennem dulcedinem Nati fonte desudat. Illa acerbo gustu natorum dentes deterruit; hæc suavissimi panis blandienti cibo formavit: cui nullus deperit, nisi qui de hoc pane saturare fauce fastidit. Sed jam veteres gemitus in gaudia nova vertamus. Ad te ergo revertimur, Virgo foeta, Mater intacta, nesciens virum,

honorata per Filium, non polluta. Felix per quam inspirata gaudia successerunt. Cujus sicut gratulati sumus ortu, tripudiavimus partu; ita glorificamur in transitu. Parum fortasse fuerat, si te Christus solo sanctificasset introitu; nisi etiam talem Matrem adornasset egressu. Recte ab ipso suscepta es in Assumptione feliciter; quem pie suscepisti conceptura per fidem: ut quæ terræ non eras conscia, non teneret rupes inclusa. Vere diversis infulis anima redimita: cui Apostoli sacrum reddunt obsequium, Angeli cantum, Christus amplexum, nubes vehiculum, Assumptio paradisi, inter choros Virginum gloria principatum. Per Christum Dominum Nostrum. Cui Angeli et Archangeli non cessant clamare dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus exercituum. » Confer el. Muratorem (1).

Hæc tamen divitias relinquimus, ut alias alicubi pretiosiores aucupemur.

In veteri missali gallico quod typis mandavit el. Pater Mabillonius, in Missis de Assumptione sanctæ Mariæ hæc perspicua *Collectæ* verba perleguntur: *Fusis precibus Dominum imploramus, ut ejus indulgentia illuc defuncti liberentur a Tartaro, quo beatæ Virginis translatus corpus est de sepulcro.* — Liturgia denique gallicana et gothica Carolo magno ante-

(1) Missale gothicum, pag. 547, et Sacramentarium gallicanum, pag. 311.

(2) Hæc animadvertimus obiter: Gallia est primogenita Dei parentis filia, ita, ut primogenita Ecclesiæ Romane filia, uti præfati sumus, jure meritoque vocetur; quum in propatulo sit, quo magis in Deiparam pietas augetur, eo magis in Deum et Ecclesiam augeri devotionem fovetique. Nec officiant huic sua contra Matrem Ecclesiam

rior, qui magnus plane vir eam Romanæ liturgiæ in sua lata florentique ditione suffecit, in Assumptionis Missa disertam hanc complectitur orationem: « Deus universalis machinæ propagator, qui in sanctis spiritualiter, in Matre vero Virgine etiam corporaliter habitasti: quæ ditata tuæ plenitudinis ubertate, mansuetudine florens, charitate vigens, pace gaudens, pietate præcellens, ab Angelo gratia plena, ab Elisabeth benedicta, a gentibus merito prædicatur beata: cujus nobis fides mysterium, partus gaudium, vita provectum, discessus attulit hoc festivum: precamur supplices, ut pacem quæ in Assumptione Matris tunc præbuiisti discipulis, solemni nuper largiaris in cunctis, Salvator mundi. » Hactenus de gallicana ecclesia (2).

3. Gothicum quoque sacramentarium (3) de corporea Virginis Assumptione mentem Ecclesiæ patefacere demonstramus. Etsi porro sæc. vii vel viii fuerit editum, illud tamen confectum ann. 460 Muratorius autumat. Nuper et modo cum gallicana gothicam jungimus ecclesiam; quandoquidem ante ann. 507 apud gallos gothicus ritus obtinuit, prout ex synodo agathensi, Alarico rege, probe desumitur; canone namque xiii eadem pro gallicana et gothica ecclesiis liturgia præscribitur (4).

Porro de corporea Virginis Assum-

molimina; quum Gallia vere sit ad instar illius pueri qui suis præceps manibus sublatis, si matrem quandoque fastidiat, in maternum revertitur amplexum. Utinam nunc temporis revertatur, suisque defecata criminibus ex ea barbarum inimicorum mancipium totis nisibus averruncet!!!

(3) Missale goth. de liturg. apud Mabill. et Murator. de quo plura Thomasius Card. tom. vi.

(4) Conf. Murat. op., tom. xiii, pag. 2 de hoc



ptione ita gothicum disserit sacramentarium: « Generosæ diei dominicæ genitricis inexplicabile sacramentum, tanto magis præconabile, quanto est inter homines assumptione Virginis singulare, apud quam vitæ integritas obtinuit Filium, et mors non invenit par exemplum nec minus ingerens stuporem de transitu, quam exultationem ferens unico beata de partu. Non solum mirabilis pignore quod fide concepit, sed translatione prædicabilis qua migravit. Speciali tripudio, affectu multimodo, fideli voto, fratres dilectissimi, corde deprecemur attento, ut ejus adjuti muniamur suffragio, quæ scœcunda Virgo beata de partu, clara de merito, felix prædicatur abscessu obsecrante misericordiam Redemptoris nostri, et circumstantem plebem illuc introducere dignetur, qua beatam Matrem Mariam, famulantibus apostolis, transtulit ad honorem, etc. (1) » Mox *collectio*, ac inde *collectio post nomina* ubi hæc: « Nec per assumptionem de morte sensit illuviem, quæ vitæ portavit Auctorem. Fratres charissimi, fuis precibus Dominum imploremus, ut ejus indulgentia illuc defuncti liberemur a Tartaro, quo beatæ Virginis translatum corpus est de sepulcro, quod ipse præstare dignetur, qui in perfecta Trinitate vivit, etc. » Inibi *collectio post sanctus* recitatur, mox post mysterium, ubi hæc: « Ut translata fruge in corpore, calice in cruore præficiat meritis, quod obtulimus pro delicto. » Hinc plane liquet, corpoream Virginis

Codice, et Card. Bona lib. 1, cap. 12 rerum liturgic. Animadverto: Gothia, unde Gothi et Ecclesia Gothica, est provincia quedam in natione Sveciæ.

Assumptionem quæ gregoriano sacramentario illis adstruitur verbis: *Nec mortis nexibus deprimi potuit, etc.*, a missali gothico gallicanoque sacramentario luculentius explicari, cum ejusdem obitus *singularis* prædicatur, *sine exemplo*, vel cum B. Virgo *translatione prædicabilis* commendatur, qua elatione quippe factum est, ut *ipsius corpus in sepulcro non maneret, non rupe contineretur, non sentiret de morte illuviem, neque resolutionem sustineret*. Hæc autem ecclesiæ gothicæ monumenta longe superant ætatem Gregorii Magni. Menardus enim in nota ad syllogen sacramentarium præfati Pontificis scribit: « Censet Pamelius hoc officium et sequens non esse sancti Gregorii, licet Gregorii tempore esse vetustiora verisimile ipsi videatur. Sane extant in codice Regni Sveciæ (*in qua ecclesia gothica sita est*) in utroque Theodosiano et aliis etiam sub assumptionis titulo, ubi quoque assignatur Evangelium: *Intravit Jesus in quoddam castellum.* »

4. In pervetusto lectionario Luxonii quod detexit et typis edidit Mabillonius, Evangelium pro Assumptione Virginis esse reperitur suæ ad Elisabeth visitationis historia; perinde ac si referri analogice vellet ad factum Christi, qui, sicut ad vitam animæ Baptistæ cœlitus infundendam perrexit; ita se conferebat ad domum suam, Virginis nempe corpus, ineffabiliter visendum, et immortalem ei vitam præbebat; vel ad quamdam analogiam præmii, videlicet: quemadmodum B.

(1) In nota legitur: *Ecclesiæ fuit persuasio*. S. Gregor. Epist. Turonen. Lib. 1 de gloria Martyr., cap. 4.

Virgo Christum ad Elisabeth in ejus sinu gestavit, ut Baptista reciperet vitam quam Maria conceperat atque pepererat; sic Christus ad Deiparæ corpus, quum viseret illud, suavissimam in plenitudine vitæ resurrectionem conferebat. — In veteri Calendario ecclesiæ neapolitanæ super marmoream tabulam conscripto sæculo IX, detecto ac mirabiliter collustrato a R<sup>mo</sup> et Ill<sup>mo</sup> Ludovico Sabbatini Piorum Operariorum aquilensi antistite legitur die 15 augusti: *Assumptio Mariæ Virginis*. Ne vero Italiæ nostræ finibus abscedamus, diebus XIV et XV augusti mediolanensis ecclesia ad hoc usque tempus binas agit solemnitates, mortem scilicet et Assumptionem, uti videre est in sacris præfationibus et in veteri missali ambrosiano a Pamelio naviter edito (1). Hæc aliquam merentur animadversionem, quæ in præfatione vigiliæ Assumptionis leguntur: *Et in hujus veneranda festivitate gaudere, justum est, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium Dominum nostrum de se genuit incarnatum.* — Id ipsum profitetur ecclesia melitensis, Siciliam inter et Africam jacens, in italica terra sub anglicana ditione subjecta: totam hæc insulam Deiparæ in cælum assumptæ dicavit, et officium cum lectionibus S. Dionysii areopagitæ aliisque momentis corpoream B. M. Virginis Assumptionem comprobantibus singulariter obtinuit. — Constantinus constantiensis episcopus in insula Cypri, coacta ann. 787 sy-

(1) Ritual. SS. Patr. latinor. 461.

nodo VII, Assumptionis celebritatem commemorat uti pervetustam et universalem, quæ, sacro approbante Concilio, majorem lucem acquirit majoremque firmitatem.

5. Nec satis. Præcipua inter ecclesiastica monumenta, ex quibus probationes eruuntur de cujusvis ecclesiæ mente, sacramentaria quidem sunt atque martyrologia. De his namque Tostatus scribit: « Inter monumenta antiquitatis capimus, quia primas partes sibi vindicant martyrologia, non negabit, opinor, adversarius. Unde enim certius deprehendimus, quis fuerit ecclesiæ sensus in re aliqua, nisi ex martyrologiis, quibus nimirum innotescit quid quoque sæculo, ac pene dicam, quid singulis diebus a fidelibus populis circa sanctorum cultum receptum sit atque agnitum (2)? » Itidem et de sacramentariis dices: quippe quæ nobis Ecclesiæ sensu luculentius retegunt; notissima namque inter catholicos præclara illa divi Augustini sententia: *Forma orandi est forma credendi.*

Cl. Florentinus martyrologium edidit, cujus auctorem plures autumant div. Hieronymum: non potest quidem ad VIII sæc. pertinere, sat tamen retro juxta opinionem Sabbatini; duo sane reperiuntur exemplaria quæ ad sæc. VI Ecclesiæ pertingunt. In hoc veteri codice, die 18 januarii, pag. 261 editione Florentinii, legimus isthæc: « Depositio sanctæ et gloriosæ beatæ Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi, » et pag. 269 ita eodem die scribit Florentinus: « In vetusto Calendario Epternacensi eidem Martyrologio præ-

(2) Cap. XXII, Mart. cccxxx.

fixum legitur et Assumptio beatæ Mariæ, » et die 15 augusti pag. 754: « Decimo octavo kalendis septembris Assumptio sanctæ Mariæ. » Unde Jacobus Pamelius: « Certe dormitionis, » inquit, « vel assumptionis B. Virginis festum celebratum constat jam ab ætate divi Hieronymi et Augustini (1). » Idem martyrologium solerti cura Hariberti editum hoc habet: « Decimo quinto augusti sanctæ Mariæ dormitio (2). » Dormitio autem luculenter innuit Assumptionem: quemadmodum enim Christus ait: *Non est mortua puella, sed dormit* (3), et alio in loco: *Lazarus amicus noster dormit* (4), significans ipsum eos resuscitaturum esse quamprimum; Ecclesia pariter Christi fidelis imitatrix in quibusdam Calendariis posuit *dormitionem Virginis*, hujus propinquam resurrectionem designans. Ex florentino martyrologio quod juxta hieronymianum fuit digestum habetur: « Assumptio S. Mariæ, » et apud thesaurum a Martene collectum breve legitur hieronymianum martyrologium, cujus auctoritas annorum ferme mille supputatur; ibi pariter ad diem xv mensis augusti legitur: « Assumptio beatæ Mariæ Matris D. N. J. C. (5). » Divus Hieronymus in elucubrationibus ad Chronicon Eusebii ait: *Maria Virgo Jesu Christi mater ad Filium in cælum assumitur* (6). Quare Mabillonius: « Certum est hoc loco signi-

(1) In notis ad litt. xxv S. Cypriani.

(2) Inscriptum Paulo V apud Gretser, Opera omnia, vol. II.

(3) Matth. ix, 18.

(4) Joan. xi, 11.

(5) Meminerint lectores, prout in i capite demonstravimus, vocabulum *Assumptionem* trium-

ficari ipsius depositionem seu assumptionem, quam xv kalendas februarii idest die 18 januarii quondam celebratam fuisse antiquiora martyrologia testantur. Hieronymianum vetus æri incisum (7) xv februarii: *depositio S. Mariæ*. Lucense quod Franciscus Maria Florentinus vulgavit xv kalendas februarii: *depositio sanctæ et gloriosæ B. Mariæ Virginis matris Domini nostri Jesu Christi*. Quem in locum Florentinus de hujus festi ad hanc diem institutione multis disserit, quam a Mauritio imperatore in mensem augustum, cum primitus in januarii celebraretur, translata fuisse opinatur. In veterrimo Calendario Corbejense quod vix amplius uno post Mauritium sæculo exaratum est xv kalendas februarii: *depositio S. Mariæ Virginis*. Denique in perantiquo Horiacensi quod fuit quondam ecclesiæ senonensis, eodem die notatur iisdem verbis atque in martyrologio Lucensi. His accedit quod in missali gothico statim post epiphaniam habetur *de Assumptione S. Mariæ Matris Domini nostri*: qua in Missa BEATÆ VIRGINIS CORPUS DE SEPULCRO TRANSLATUM FUISSE NEG RESOLUTIONEM PERTULISSE memoratur. Denique (quod rem evincit) Gregorius Turonensis episcopus in libro primo de gloria martyrum, capite nono, ubi agit de basilica per Constantinum in honorem B. V. constructa: *Hujus festivitas sacra*, inquit,

phalem B. M. Virginis cum anima et corpore sublationem deprimere.

(6) Roncal. Chron., p. 431.

(7) Hoc Martyrolog. Romanum appellari sæpe sæpius animadverto: illud namque cura et studio magni Gregorii emendatum et annis labentibus auctum, indubia testantur monumenta veterum.

mediate mense undecimo celebratur. Idest mense januarii, quod de Gallia intelligendum esse sequentia manifestant, probantque hoc festum vigiliis præventum ac proinde celebre tum fuisse. Nam in oratorio Marcianensis domus Arvernei territorii ejus reliquie continentur. Adveniente vero hac festivitate ego ad celebrandas vigilias ad eum accepi. Itaque per id tempus celebris erat in Gallia ASSUMPTIO BEATÆ MARIE VIRGINIS in januarii quæ festivitas sanctæ Mariæ simpliciter a Gregorio uti in lectionario nostro celebratur (1). »

6. Huic alia nostris manibus opima seges prætenditur. Collectio scriptorum veterumque monumentorum (2) habet Kalendarium seu librum annualem Bedæ, ubi die 15 augusti nimis aperte signat: « Assumptio S. Mariæ Matris D. N. J. C. » Ita et Bedæ apographum Palat. Vatic. 834; et in Metrico ad xviii Kal. sept.

Sancta Dei Genitrix senas ter constat  
adire  
Angelicos vecta inter cœtus Virgo Kalendas.

Item Rabanus: « Assumptio S. Mariæ. » Ado et Usuardus: *Assumptio S. Mariæ*. Notkerus itidem: *Assumptio B. Mariæ Genitricis Dei: pro quo nomine cum in cæterorum sanctorum transitu communius depositio vel dormitio, aut certe natale dici solet, quod venerabilis pater Gregorius Turonensis Episcopus in libro miraculorum de eadem Assumptione sentiat, libet ad auctoritatem legentium commemorando proferre*. Nonnulla

(1) Mabillon. de Liturg. Gallic., lib. 2, p. 118.

(2) Tom. 6, pag. 645.

præterea suppetunt martyrologia quæ ad diem xxiii sept. de Assumptione Virginis iterum faciunt mentionem, eo quia B. V. Mariam in terris per quadraginta dies, antequam ad cælos elevaretur, quiescere ferebatur. Apposite Antonius Morcellius: « In quibusdam vero martyrologiis binas esse solemnitates reperias, at mortis quidem memoria agitur die xviii mensis januarii, Assumptionis hac die xv augusti. Inde porro quid Latinis esset Assumptio satis apparet, nec dubium idem fuisse quod Græcis erat *Metasten* (3). » Et hæc est ratio quare veteres Ecclesiæ Patres duplicem ex cathedra veritatis sermonem habuerint, alterum pro morte, alterum pro corporea Virginis Assumptione. Nec dicere quispiam valet, pro duobus insequentibus annis duos extitisse sermones; quum Patres multos per annos pastorale munus exercuerint. Sic habemus sermonem Damasceni de morte Virginis, ubi legitur: « Sacram tuam dormitionem mortem haudquaquam appellabimus, sed somnum, aut peregrinationem, vel ut aptiori verbo ut coram Domino præsentiam, » aliumque sermonem habemus, ubi legitur, fuisse conveniens ut beatissima Virgo resurgeret et assumeretur in cælum, quemadmodum necessarium omnino fuit, ut Christus resurgeret ex mortuis, et gloriosus æthera scanderet.

*Assumptio* demum S. Mariæ vel S. Dei Genitricis ad diem xv augusti ponitur in martyrologio Reginae svecorum, fuldensi, ottoniano, rino-

(3) In comm. Kalend. Constantinop. ad diem augusti xv, pag. 196.

viensi, augustano, labbeano, corbejensi breviori, Kalend. Palat. Vatic. 486, Vatic. 3706, et in aliis apud Martenium in novo thesauro Anecd., Tom. III, et in amplissima collectione Anecd., Tom. VI, ac item apud alios passim.

Id ipsum gothicum et gallicanum VIII sæc. sacramentaria docent: *Assumptio S. Mariæ*. Nec alia utuntur voce perantiqua missalia, Sæc. VI veterrimum missale francorum de quo multa Thomasius (1), sæc. VII gallicanum et gothicum (2) continent Missam Assumptionis S. Mariæ, Matris D. N. J. C. Missalibus antiphonaria respondent. S. Gregorii antiphonarium legit: *Vigilia Assumptionis S. Mariæ* (3); similiter et carlonense: *Assumptio S. Mariæ*. Ad rem scribit Trombellius: « Si omnia fere tum missalia, tum breviarum, ea ipsa etiam, quæ diu antequam typis edi ceptum sit, vel ex antiquissimis transcripta et evulgata, consulamus, aptissimam præbent ad id quod agimus probationem (*ad evincendam scilicet corpoream Deiparentis Assumptionem*). Missale Carthusiense et Carmelitanum manuscripta et primum typis edita consului, et similia vetustissimis romanis sunt, adeo ut nullum fere inter ea discrimen extet (4). »

6. Quod autem ad græcam vel orientalem attinet ecclesiam, non minus luculenter corpoream Virginis Assumptionem declarat. Armenorum ec-

(1) Tom. VI in Præf., pag. 11.

(2) Apud Muratorium, tom. II.

(3) PP. 206, 207.

(4) S. Mariæ Vit. et Gesta, diss. XLV, q. 1, c. 1.

(5) In festo Assumpt. S. M. Virg., p. 362, col. 1.

clesia triumphalem Virginis Assumptionem libris liturgicis edisserit: « Conversata in corpore immaculatis moribus, hodie ab apostolis sepulta, superno nutu assumpta es in regnum Filii tui et Dei nostri, ut pro iis intercedas, qui te confiterentur. Verbum incorporeum quod ex te incarnatum est, unisque tuis gestatum, o Maria, veniens hodie cum multitudine exercitus angelorum, te curru speciem ignis habente, ad lucem sine obscuritate elevavit. » Quam ipsam incorruptionis præstantiam de morte atque sepulcro triumphum iisdem ferme vocibus ipsoque sententiarum nitore semel atque iterum laudibus effert liturgia mozarabica. Quandoquidem missale mixtum juxta divi Isidori regulam *Mozarabes* nuncupatum in Assumptionis festo hæc sub titulo Missæ legit: « Sic vero unita carnis natura virginitati consimilis. Hodie una illius conditione sedem adiit mirabiliter Deitatis. Nec immerito quidem debuit feliciter cum filio gloriari, cui divinitus intermerata virginitatis pudore meruit inviscerari (5). » Et alia oratio: « Ingenite Pater, sume, etc. » enarratisque Deiparentis Mariæ prærogativis, concludit: « Ac sicut illa hodie in terra angelorum virginumque choros meruit assumi, sive dono illibatæ carnis jucundari, sic nos, stimulo perfecto carnali, beatiores ibidem misericorditer admitti. » Plurimis insuper devotissimisque canticis Assumptionis Mariæ celebritatem græcanica

D. In Missa, Orat. post nomina, p. 362, col. 2, D. In Orat. ad pacem, pag. 363, col. 1, C. In illatione, pag. 363, col. 2, A. D. In prece post Sanctus pag. 364, col. 1, B. D. In Orat. post Præfide pag. 364, col. 2, B. C.

salutat ecclesia. Siquidem canit: « In tua translatione, Mater Dei, angelorum exercitus gaudio, stupore et admiratione plenus augustissimum illud corpus tuum, quod Deum susceperat, suis quidem alis reverenter operiebat (1). » Et alio in loco: « Pius populus in unum collectus divinæ gloriæ tabernaculum aspexit, quod e Sion ad domicilium cælestis translatus est. » Et eadem græcorum ecclesia in sacra illius diei qui assumptæ Virgini dicatur psalmodia et liturgia, ipsam hanc de corporea Deiparentis Assumptione veritatem profitetur; Cosmas itaque scriptis tradidit: « In tua generatione conceptio sine semine, in tua dormitione mors incorrupta (2). » Hinc orientis et occidentis ecclesia diversa obsecrandi celebrandique locutione, sed eadem mente unoque spiritu in realem Mariæ ad cælos Assumptionem unanimiter conspirant. — Græcum mense, dum menologium refert titulum *de dormitione Mariæ*, subjungit: « Eodem mense decima quinta die veneranda translatio gloriosæ dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ. » — Ulterius: insigne quidem monumentum est, quod in Horologio græcorum apud Gretserum hoc titulo insignitur: *De exaltatione Panagiæ, quomodo facta sit et quare*.

7. Ut vero quæ in medium adducimus, cuique pervia sint in ecclesiasticis græcorum libris, duas tantummodo librorum editiones pro locis notandis adhibendas constituimus. Harum alteram curavit Venetiis circa finem sæc. XVI Joannes Nathanaelis

(1) Biblioth. græc. apud Fabric., t. IX, p. 166; in Cod. Vatic. 3836, sec. VIII, pag. 116.

sacerdos græcus; alterius vero in usum græcorum qui cum Rom. Pontifice communicant, sæc. XVIII cura demandata est Philippo Vitali monacho Cryptæ Ferratæ. Ex hac secunda præcipue numeros pagellarum usurpavimus; etenim paginæ editionis venetæ numeralibus notis carent.

Hinc pag. 192 canticum quoddam nuncupatum *Cathisma* hæc habet: « In manus Domini Filii tui animam sanctam cum commendasses, o hymnis omnibus celebranda, corpus quidem non reliquisti. Sicut enim eum qui omnium vita est, suscepisti, sic post mortem ad vitam translata iis qui te veram Dei genitricem confitentur, largiris vitam sempiternam. » Pag. 194, Ode VI cantici: « Tibi rex rerum omnium Deus ea quæ supra naturam sunt tribuit: sicut enim in partu te virginem custodivit; sic et in sepulcro corpus tuum incorruptum servavit et per divinam translationem conglorificavit; tibi gratum munus uti filius matri offerens. » Pag. 195, Cæcus III: « Maria in carne translata per Dormitionem mansionem commutavit, et in locis cælestibus manet, patronam et tutatricem agens. » Ibidem Cæc. V: « Usque ad vestigia mortis (Maria) devenit, communem habens humani generis habitationem, ut mortalibus et fluxis manifestus esset ille, qui ex ea natus est juxta perfectæ naturæ terminos. Qui semper virginalem sinum inhabitavit, jacentem Virginem secum eminens rapuit absque corruptione. » Et eodem in loco Cæc. VI eadem, sed nova quadam ratione con-

(2) In Men. XV August., p. 82, vol. 2, A, ad Matutin.

firmantur: « Omnis homo qui vivit, procul dubio et extremum temporis momentum et mortem videbit; Maria temporum rationem supergressa communem cum Domino temporum mansionem habet, haud passa per corruptionem a carne solvi; ut quidem par erat; quoniam oportebat ut vas illud communis vitae morti haud obnoxium nullam corruptibilitatis susciperet injuriam. » Pag. 212 legimus: « Oh prodigium! e caelis invisibiliter descendens Altissimus, uti Filium decebat, extendit vivificas palmas et lætus suscepit genitricis suæ animam, transferens e terris in excelsis corpus, quod habitavit. »

Hactenus prolata testimonia præseferunt tum modum et rationem ob quam Deus ad cælestia regna Deiparæ corpus evexit, tum magnam istiusmodi Assumptionis convenientiam: illa vero quæ subinde proferemus græcanica veterrima monumenta patefaciunt Apostolos tamquam Assumptionis, non aliter ac Ascensionis Deus constituerat, testes atque præcones.

Hinc pag. 197, Cæcus XIX: « Postquam eam in novo e petra monumento in intacta sindone deposuissent, conspiciunt re vera assumptam eam quam deposuerant, et sepulcrum vacuum... et mirati sunt dicentes: Vere Deus ille est qui eam ad cælos accersivit. » Pag. 210, Ode III: « Virginis corpus venerando sepulcro commiserunt... contemplantes, quomodo etiam e terris ad excelsa adductum est. »

In his quæ sequuntur ipsum sepulcrum in quo jacuit ad tempus Deiparæ corpus veluti loquens inducitur testimonium.

Quam ob rem pag. 214: « Loquere, o sepulcrum, quod es omnium maximum post sepulcrum Christi. Ubi est illud quod in te depositum fuit puræ Virginis habitaculum? En sursum elatum est ad supercælestia. » Pag. 217: « Sepulcrum tuum, o prorsus immaculata, testatur sepulturam tuam, et nunc tuam ad cælos una cum corpore translationem prædicat. » Pag. 218, Ode VII, 2: « Divinum sepulcrum tuum carens corpore, sed plenum gratiæ manet. » Ibidem Ode VII, 3: « Assumptum quidem est e sepulcro corpus tuum, nobis autem benedictio tua permanet, o pura Virgo. »

Nonnullis deinde comparationibus ipsammet ecclesia græca veritatem adstruit.

Eapropter pag. 215 habemus: « Helias Thesbites olim curru raptus est, et ante illum Henoch placuit et translatus est, ut ait Scriptura; tu vero ad cælestem regiam conscendens cum Filio regnas in sæcula. » Pag. 215, Ode IX, 2: « Apostoli qui corpus tuum demortuum prius in sepulcro composuerunt... ut Deum decebat exsuscitatum tertia die, sicut antea illud Filii tui, conspexerunt. » Pag. 209 canticum hoc legimus: « Ut fide credendas esse demonstraret Jesus filius tuus et Deus duas naturas suas, ut quidem homo moritur, ut Deus vero resurrexit: etiam te mori, o Mater Dei, juxta naturæ leges ipsi placitum est, ne œconomia (scilicet incarnationis Verbi mysterium) ab infidelibus judicaretur phantasia. Ad cælestem autem mansionem transcendis, veluti e thalamo tabernaculi tui e terra assumpta, o supercælestis sponsa... Apostoli et An-

geli sacratissimum corpus tuum elevatum videntes, et in timore clamaverunt: Hæc immutatio dexteræ Excelsi; ipse enim est in medio ejus; non commovebitur. » Pag. 181: « Decebat quidem ut oculati ministri Verbi aspicerent Matris Dei secundum carnem obdormitionem, utpote supremum quod in ea operatum fuit mysterium; ita ut non modo ascensionem Servatoris e terra conspicerent; sed et translatione genitricis ejus testimonium perhiberent. » Et pag. 211, Ode V, 1: « Consepulta ut Verbum Mater Verbi juxta naturæ terminos, pariter supra naturam, quin gustaret mortis corruptionem, e terris sublata est in nubibus, et in excelsa evolavit Maria purissima. » Hæc non modo dominicæ Ascensionis Deiparentis Assumptio comparatur; verum et sepulturam ac resurrectionem similem ac divinus Filius ejus, ipsammet Virginem Deiparam obtinuisse perhibetur.

8. Aliud habemus monumentum consideratione dignissimum, scilicet epistolam Michaelis Glycæ scriptoris inter græcos illustris (1). Cum is inter varia argumenta et liturgicum attingat, illud exponendum censuimus: « Quo pacto vero, » inquit, « hæc prorsus immaculata et corpore et anima per mortem ad vitam translata sit, mirabili quidem ratione declaravit ille maxime divinus Andreas Creten- sis; haud minora vero sunt ea, quæ hac de re et magnus hymnographus

Cosmas tibi dilucide proponit dicens — *O pura Dei genitrix, victricia extulisti de natura tropæa, imitata pariter factorem et filium tuum supra naturam, subjaces naturæ legibus: iccirco, æque ac filius mortua resurgis semper victura.* Cæterum sedulo considera quod cum dixisset — *æque ac filius mortua resurgis semper victura* — aperte demonstravit, quod perinde atque ille ipsa mortua est, et postquam paulisper in sepulcro jacuisset, rursus resurrexit. Qui vero verbum *ἐγείρη* pro futuro accipiant, haud mihi videntur juxta rectam sententiam dijudicare. Si enim purissima Virgo sero tandem juxta communem resurrectionem esset revictura, minime certe divus Cosmas dixisset *ἐγείρη* (resurgis), accentu ad syllabam penultimam appposito, sed *ἐγείρη* (resurges) adhibito in ultima circumflexo, sic enim Futurum Primum Medium in his solet exprimi; illud vero *ἐγείρη* cum accentu in penultima quod hæc habemus, non Futurum, sed est Præsens Passivum; unde fieri non potest, ut Præsenti tamquam Futuro uteretur. Perpulcre vero hic dixit — *æque ac filius resurgis semper victura* — quandoquidem et alia quoque corpora e mortuis resurgere ante tempus visa sunt, in resurrectione vero non permanserunt; rursus enim ceciderunt extremam illam præstolatura resurrectionem. » Et in canticum quodam, nempe *Contacio*, hunc auctor ipse sermonem instituit. Relatis Cantici verbis: *Geni-*

(1) En titulus: *Michaelis Glycæ epistola reverendissimo monacho Alypio — quomodo peracta sit assumptio perpetuæ Virginis, et an revera e sepulcro excitata fuerit instar resurrectionis e mortuis Do-*

*mini et Servatoris nostri* — Morcelli (Kalendarium C. P. comment. ad diem xv Aug.) hanc primus elucubrationem protulit, et latino sermoni donavit.

*tricem Dei vigilem in intercessionibus et quæ protectione sua est spes immutabilis, nec sepulcrum nec mortalitas possederunt* — fuscè prosequitur: « Manifestum omnino hinc est, quod ad veram vitam, tum anima, tum corpore translata sit. » Id ipsum paulo ante Glycas demonstraverat dicens: « Hymnographo Cosma dicente, corpus ejus incorruptum in sepulcro servatum fuisse, et conglorificatum esse per translationem e terris ad cælestia, clarissime edocemur eandem in Christo atque in ejus Matre factam esse consequentiam. Etenim simul ad ejus sepulcrum Apostoli convenientes nil invenerunt præter vestem et zonam. Post hæc itaque tali viro dicente — *O illibata Virgo, victi sunt in te naturæ limites; virginis enim est partus, et vitam mors conciliat* — perspicue ediscimus ejus e mortuis resurrectionem. Siquidem additio illa in te altissime prædicat, quod in te sola post Christum naturæ limites victi sunt. Qua vero ratione in ea et in ea dumtaxat superati essent, nisi in ea factum sit, quod in resurrectione Christi mirabiliter factum erat? Et quid opus est plura conferre? Nisi admittamus et anima et corpore vivere matrem vitæ, minime in ea naturæ limites superatos esse dicemus, juxta ea quæ dicit magnus poeta Cosmas; quoniam cum peperisset, permansit Virgo, et moriens vixit vitam meliorem et potiorem. Ne ergo ambigas; quoniam vixit quoque in illa sua parte in qua vere et mortua erat. Atque hac de causa ille dixit, limites naturæ in

(1) Magnificentissimam editionem Urbinatem hujus Menologii sæculo superiore curavit Card.

ea fuisse superatos. Neque iis quæ dicta sunt fidem detrectes; manifesta enim res est; quod nisi illam et corpore mortuam fuisse et revixisse dicamus, haud certe superans naturæ limites inveniretur, etc. »

9. Neque silentio præterire fas est *Synaxaria*, breves nempe narrationes de festivitate uniuscujusque diei, quas homines græci ritus inter sacra officia legunt. Jam pridem erat harum historiarum epitome in Menologio Basilii Porphyrogeniti (1) quod prius omnes et nunc præsertim itali monachi adhibent. Hujusmodi historiæ editæ sunt Venetiis in libris ecclesiasticis liturgicis qui penes græcos obtinent. In his igitur die xv augusti post alia fertur, quod Apostoli triduo post Deiparentis Virginis obdormitionem « sepulcrum aperuerunt, ut, sicut ipsi cogitabant, ipsum sanctissimum et immaculatum tabernaculum venerarentur; sed videntes stupore percussi sunt; quandoquidem illud carens corpore invenerunt, et tantum lintea habens ad consolationem eorum qui dolore tabescerent, nec non omnibus fidelibus veluti testimonium falli nescium de ejus translatione. » Ex quibus plane colligitur nuperri- mos græcos nedum in veteribus quibus utuntur canticis, sed et in suis itidem novis operibus, quibus rem liturgicam amplificare nisi sunt, eandem quæ apud suos majores obtinuit, sententiam agnoscere faterique. — Quidam insuper jambici versiculi quos in prædictis Synaxariis reperimus, ipsammet quam tenuiter discutiendam

Alexander Albani, usus etiam opere Demetrii Titi monachi Cryptoferratensis.

proposuimus, veritatem luculenter aperiant; legimus enim:

Minime mirum est Virginem, quæ est  
mundi salus, mori,  
Cum mortuus sit in carne ipse mundi  
creator.  
Mater Dei semper vivit, etsi die decima  
quinta mortua sit.

10. Festum denique depositionis vestimentorum B. M. Virginis celebratur in Blachernis Constantinopoli die 2 julii. Est templum magnificum Deiparæ in suburbiis Constantinopoli a Pulcheria augusta erectum, in quo depositæ fuerant fasciæ sepulcrales a Juvenali jerosolymitano patriarcha ad eandem Pulcheriam missæ, cujus depositionis memoria illo die summa cum cleri populique veneratione celebratur. Id autem festum veluti magnum præbetur Assumptionis indicium; si namque vestes in sepulcro dumtaxat manserint, ergo dicere fas est: vel Deus tantam in Matre patitur indecentiam, ut nudatum relinquat in terra suum corpus, vel tanto potius erga illam rapitur amore, ut suum corpus, vestibus in sepulcro relictis, gloriosum evehat in cælum. — Pluries insuper dicitur in hymnis hujusce festi, ex contactu corporis B. M. Virginis præfatas vestes coli, numquam vero innuitur illud in terris asservari; quinimo potius ex multis dicendi modis abunde liquet, vestes Deiparæ coli, eo quod velut unicum pignus monumentumque sit ab ea in terris nobis concreditum, cum ejusdem corpus ad cælica regna Deus

(1) Juverit animadvertere, hujus venerandæ zonæ festum celebrari in toto Ordine augustini- niano dominica infra Octavam divi Augustini, venerando Deiparam ceu patronam societatis Cin-

evexerit. Cujus rei ne plura congeram testimonia ex hymnographia diei ii julii hoc unum afferam Ode viii, 3: « Neque servos tuos licet indignos, expertes prorsus sacrosancto contactu tuo reliquisti; siquidem pro vivifico corpore tuo vestem tuam omnibus largita es. »

Præterea: festum depositionis zonæ Ss. Deiparæ Constantinopoli die xxx augusti quadam solemni specialique ratione peragitur. Erat quippe templum Constantinopoli ab eadem Pulcheria augusta nobiliter extractum in Cleopratio, quod latine forum fabricorum sonat; in hoc, imperante Leone, post insigne patratum a Deiparente prodigium hujus integra zona velut pretiosus thesaurus magna fuit cum solemnitate deposita. Hujusce templi dies dedicationis sub titulo *Dei Genitricis zonæ* celebratur. De depositione hujus venerandæ zonæ suppetunt encomia divi Germani patriarchæ constantinopolitani et Euthymii monachi apud Surium. Pro hoc festo idem redit argumentum quod pro festo depositionis vestium sepulcralium Virginis Mariæ paulo ante retulimus. Nullum aliud majus ac venerabilius sui mnemosynon hominibus B. V. reliquit quam zonam et vestem suam; quum christifidelibus minime concessum sit in terris venerari corpus Dei Genitricis, ut aliorum sanctorum corpora colunt (1). Quapropter in hymnographia diei xxx aug., Ode iv, 1 sic fideles V. Mariam compellant: « Cum

cturatum, illorum scilicet quorum lumbos ipsi- met patres augustiniani Cinctura a se benedicta cingunt in honorem semper Virginis Mariae.

translata esses, exaltata fuisti ad lumen indeficiens; iis vero qui te beatam prædicant, o pura Virgo, reliquisti pro corpore tuo zonam venerandam, quæ est fons mirabilium, et locus salutis, et propugnaculum hujus urbis, quæ te honorat. » Huic testimonio congruunt cætera pag. 243, Ode vii, 1: « Universorum regina ad cælestes mansiones assumpta reliquit thesaurum civitati omnium reginæ, zonam suam, per quam servatur ab infestatione visibilium et invisibilium hostium. » Pag. 243: « Cum super cælos conscendisses, nunc reliquisti hominibus venerandam zonam tuam. » Pag. 245: « Assumpta, o pura, ad cælicas mansiones reliquisti divinam et non corruptam zonam tuam nobis validum tutamen. »

Perpendendum insuper est festivitatem quam universa concelebrat Ecclesia die xv augusti, proprio solemnique ritu græcam ecclesiam peragere. Hæc autem festivitas triplicem habet objectivam rem; quandoquidem *Dormitio, Resurrectio et Translatio* nuncupatur: *Κοίμησις τῆς Θεοτόκου καὶ μετάστασις καὶ ἀνάστασις*. Officia sacra ipsius diei xv augusti, ut alia id genus omitam, præcedit dies festus, quem *προεόρτιον* vocant; officium autem istud ad festivitatis splendorem est pulcre concinnatum: immo festivitas hæc Assumptionis, ceu major, habet octo consequentes dies festivos; unde solemnitas *ἐννεαήμερος* seu *festivum novenarium* compellatur.

Plenus igitur extitit utriusque ecclesie circa hunc articulum consensus; quum ecclesia latina æque ac græca,

(1) Quidquid, ait, non unus aut duo tantum, sed

duæ prouti filia quæ singularem dilectæ suæ Matris gloriam nepotibus commemorant, hæc de re in unam eruperint vocem, et suæ pariter erga Virginem Assumptam devotionis luculenta nobis exempla reliquerint.

#### Caput IV.

Ecclesia latino-græco-patristica.

1. Sanctorum Ecclesie patrum nomine latius sumpto quivis præcipui Ecclesie pastores intelliguntur sive sacerorum Antistites, qui sanctitatis ac sapientie lumine coruscantes Ecclesiam Dei plantaverunt. Hinc patres vocitantur Apostoli eorumdemque successores, videlicet Episcopi; quum hi eundem in scopum impense collimarent. Quam ob causam divus Augustinus ea psalmographi verba perpendens: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, pro Apostolis scilicet, inquit, sufficiuntur Episcopi. Horum namque sapientia ac vitæ integritate factum est, ut et longius Ecclesia progrediretur inter gentes, uberioresque in dies manipulos colligeret. Ast patrum nomine pressius accepto, ii dumtaxat intelliguntur qui eminentis doctrinæ, vetustatis, sanctitatisque nitore radiantibus qua voce qua libris divinam hanc collustrarunt Ecclesiam, adeo, ut filios in Christo Jesu per evangelium ejusque legitimam nec non exegeticam expositionem Paulino exemplo genuerint. Ex ipsis autem sat firma ducere valet argumenta theologus, si diversis locis diversisque temporibus uno eodemque consensu, prout scite monet Vincentius Lirinensis (1), catholicam

omnes pariter uno, eodemque consensu aperte, fre-

quandam doctrinam aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit.

Hisce præjectis, in uberem SS. Patrum segetem immittimus falcem.

2. Quamplures ab ævo apostolico Patres ad divum usque Bernardum qui Patrum agmen claudit, continentem seriem vel satius auream pro Virginis Assumptione catenam formoso nexu constituunt, ita ut omnes Mariano quod evincimus, privilegio mordicus adhæsisse videatur. In prioribus tamen sæculis pauca pro Virginis Assumptione præsto sunt argumenta patristica; quum nuperi emunctæ naris critici nonnullos sermones, scilicet Athanasii, Cyrilli, Chrysostomi, Hieronymi et Augustini, quibus Mariana probatur Assumptio, ad trutinam vocantes et mathematico rigore metientes plane censuerint apocryphos. Sed istas auctoritates tamquam incerti auctoris haud contemptibilia vetustatis monumenta referemus: primum quia Patrum ætatem attingunt; secundo quia tantam habent cum memoratis Patribus similitudinem et affinitatem ob verba phrasimque dictantis, ut eas cum istorum PP. auctoritatibus Aquinas (1), Miechoviensis (2), alique magno numero doctores absque ulla dubitatione miscuerint. Quin imo fieri potuit, ut auctoritates illæ apocryphæ, quondam a prædictis PP. — ni fallor — prolatae, et deinceps

quenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum. *Commonit.*, cap. 4. — Idem repetit cap. 39 ad 42, et inculcat exemplo ephesini Concilii, cui placuit nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quod sacrala sibi consentiens SS. Patrum tenuisset antiquitas.

sive noluerint eas conscribere, sive conscriptæ perierint, viva voce de aure in aurem successive traderentur. Ignoti quapropter auctores paulo infra recitandas auctoritates sub nomine proferentium litteris exararunt, ne forte de hominum memoria laberentur, ita, ut auctoritas Athanasii, Cyrilli, Chrysostomi, Hieronymi et Augustini vocari quodammodo possint: ad eum prope modum quo libri Sapientie et Ecclesiastici libri Salomonis vocitantur tum propter quandam eloqui similitudinem, tum propter insertas aliquas Salomonis sententias, ut Augustinus observat (3); licet auctor prioris libri fuisse teneatur vel quidam judæus græce peritus (fuit enim Sapientie liber græco sermone conscriptus), vel quidam Philoante Christi adventum, vel incertus auctor, ut rectius alii docent; quamquam posterioris libri auctor proprie vereque sit Jesus filius Siraach jerosolymitanus, ut ex cap. penultimo liquet: ad eum insuper prope modum quo epistola ad Hebræos tribuitur quidem divo Paulo, quantumvis Origenes divinæ (4), eam quoad sensum a divo Paulo fuisse dictatam, et ab alio quoad verborum delectum ornatus fusiusve conscriptam. Cæterum, quicquid ea de re sit, sapientibus discutiendum relinquimus; quum solliciti tantummodo simus, ut auctoritates sub controversia, quin vel leviter cuiquam

(1) Sicut tamen Augustinus in sermone de Assumptione ipsius Virginis rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in cælum. 3 Part., quæst. 27, art. 1.

(2) In Litanis Lauretanis, Disc. ccxxx, n. 8.

(3) Lib. xvii de Civit. Dei, cap. 20.

(4) Apud Euseb. lib. vi Hist., cap. 18.

translata esses, exaltata fuisti ad lumen indeficiens; iis vero qui te beatam prædicant, o pura Virgo, reliquisti pro corpore tuo zonam venerandam, quæ est fons mirabilium, et locus salutis, et propugnaculum hujus urbis, quæ te honorat. » Huic testimonio congruunt cætera pag. 243, Ode vii, 1: « Universorum regina ad cælestes mansiones assumpta reliquit thesaurum civitati omnium reginæ, zonam suam, per quam servatur ab infestatione visibilium et invisibilium hostium. » Pag. 243: « Cum super cælos conscendisses, nunc reliquisti hominibus venerandam zonam tuam. » Pag. 245: « Assumpta, o pura, ad cælicas mansiones reliquisti divinam et non corruptam zonam tuam nobis validum tutamen. »

Perpendendum insuper est festivitatem quam universa concelebrat Ecclesia die xv augusti, proprio solemnique ritu græcam ecclesiam peragere. Hæc autem festivitas triplicem habet objectivam rem; quandoquidem *Dormitio, Resurrectio et Translatio* nuncupatur: *Κοίμησις τῆς Θεοτόκου καὶ μετάστασις καὶ ἀνάστασις*. Officia sacra ipsius diei xv augusti, ut alia id genus omitam, præcedit dies festus, quem *προεόρτιον* vocant; officium autem istud ad festivitatis splendorem est pulcre concinnatum: immo festivitas hæc Assumptionis, ceu major, habet octo consequentes dies festivos; unde solemnitas *ἐννεαήμερος* seu *festivum novennarium* compellatur.

Plenus igitur extitit utriusque ecclesie circa hunc articulum consensus; quum ecclesia latina æque ac græca,

(1) Quidquid, ait, non unus aut duo tantum, sed

duæ prouti filia quæ singularem dilectæ suæ Matris gloriam nepotibus commemorant, hæc de re in unam eruperint vocem, et suæ pariter erga Virginem Assumptam devotionis luculenta nobis exempla reliquerint.

#### Caput IV.

Ecclesia latino-græco-patristica.

1. Sanctorum Ecclesie patrum nomine latius sumpto quivis præcipui Ecclesie pastores intelliguntur sive sacerorum Antistites, qui sanctitatis ac sapientie lumine coruscantes Ecclesiam Dei plantaverunt. Hinc patres vocitantur Apostoli eorumdemque successores, videlicet Episcopi; quum hi eundem in scopum impense collimarent. Quam ob causam divus Augustinus ea psalmographi verba perpendens: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*, pro Apostolis scilicet, inquit, sufficiuntur Episcopi. Horum namque sapientia ac vitæ integritate factum est, ut et longius Ecclesia progrediretur inter gentes, uberioresque in dies manipulos colligeret. Ast patrum nomine pressius accepto, ii dumtaxat intelliguntur qui eminentis doctrinæ, vetustatis, sanctitatisque nitore radiantibus qua voce qua libris divinam hanc collustrarunt Ecclesiam, adeo, ut filios in Christo Jesu per evangelium ejusque legitimam nec non exegeticam expositionem Paulino exemplo genuerint. Ex ipsis autem sat firma ducere valet argumenta theologus, si diversis locis diversisque temporibus uno eodemque consensu, prout scite monet Vincentius Lirinensis (1), catholicam

omnes pariter uno, eodemque consensu aperte, fre-

quandam doctrinam aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit.

Hisce præjectis, in uberem SS. Patrum segetem immittimus falcem.

2. Quamplures ab ævo apostolico Patres ad divum usque Bernardum qui Patrum agmen claudit, continentem seriem vel satius auream pro Virginis Assumptione catenam formoso nexu constituunt, ita ut omnes Mariano quod evincimus, privilegio mordicus adhæsisse videatur. In prioribus tamen sæculis pauca pro Virginis Assumptione præsto sunt argumenta patristica; quum nuperi emunctæ naris critici nonnullos sermones, scilicet Athanasii, Cyrilli, Chrysostomi, Hieronymi et Augustini, quibus Mariana probatur Assumptio, ad trutinam vocantes et mathematico rigore metientes plane censuerint apocryphos. Sed istas auctoritates tamquam incerti auctoris haud contemptibilia vetustatis monumenta referemus: primum quia Patrum ætatem attingunt; secundo quia tantam habent cum memoratis Patribus similitudinem et affinitatem ob verba phrasimque dictantis, ut eas cum istorum PP. auctoritatibus Aquinas (1), Miechoviensis (2), alique magno numero doctores absque ulla dubitatione miscuerint. Quin imo fieri potuit, ut auctoritates illæ apocryphæ, quondam a prædictis PP. — ni fallor — prolatae, et deinceps

quenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum. *Commonit.*, cap. 4. — Idem repetit cap. 39 ad 42, et inculcat exemplo ephesini Concilii, cui placuit nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quod sacrala sibi consensu SS. Patrum tenuisset antiquitas.

sive noluerint eas conscribere, sive conscriptæ perierint, viva voce de aure in aurem successive traderentur. Ignoti quapropter auctores paulo infra recitandas auctoritates sub nomine proferentium litteris exararunt, ne forte de hominum memoria laberentur, ita, ut auctoritas Athanasii, Cyrilli, Chrysostomi, Hieronymi et Augustini vocari quodammodo possint: ad eum prope modum quo libri Sapientie et Ecclesiastici libri Salomonis vocitantur tum propter quandam eloqui similitudinem, tum propter insertas aliquas Salomonis sententias, ut Augustinus observat (3); licet auctor prioris libri fuisse teneatur vel quidam judæus græce peritus (fuit enim Sapientie liber græco sermone conscriptus), vel quidam Philoante Christi adventum, vel incertus auctor, ut rectius alii docent; quamquam posterioris libri auctor proprie vereque sit Jesus filius Siraach jerosolymitanus, ut ex cap. penultimo liquet: ad eum insuper prope modum quo epistola ad Hebræos tribuitur quidem divo Paulo, quantumvis Origenes divinæ (4), eam quoad sensum a divo Paulo fuisse dictatam, et ab alio quoad verborum delectum ornatus fusiusve conscriptam. Cæterum, quicquid ea de re sit, sapientibus discutiendum relinquimus; quum solliciti tantummodo simus, ut auctoritates sub controversia, quin vel leviter cuiquam

(1) Sicut tamen Augustinus in sermone de Assumptione ipsius Virginis rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in cælum. 3 Part., quæst. 27, art. 1.

(2) In Litanis Lauretanis, Disc. ccxxx, n. 8.

(3) Lib. xvii de Civit. Dei, cap. 20.

(4) Apud Euseb. lib. vi Hist., cap. 18.

obloqueremur, tamquam haud contemptibilia vetustatis monumenta prodirent. Brevitatis tamen ergo unam vel alteram retulisse sufficiat.

Et primum opinioni nostræ non nihil favet testimonium magni Athanasii, Episcopi alexandrini: « Venite adoremus, » ait, « et procidamus coram Christo rege nostro. Et venturus in magno, et illustri secundo adventu suo, ipse manebit rex in sæcula, et regni ejus non erit finis. Siquidem ipse, qui ex Virgine natus est, rex est, et ipse Dominus Deus. Ejusque gratia, quæ ipsum genuit, regina, domina et Deipara proprie ac vere prædicatur. Hincque decet nos eam respicientes, nec non ex ea genitum carniferum filium dicere: Nunc astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta, circumdata varietate. Ut enim femina, regina est atque Domina et Mater Dei: jamque ut regina adstans a dextris omnium regis filii sui, in vestitu deaurato incorruptionis et immortalitatis, circumamicta, varietate circumdata sacris verbis celebratur; non quidem secundum simplicitatem spiritualem, et quasi sine carne et corpore adstat, sed circumamicta, secundum suam sanctissimam carnem, incorruptione et immortalitate, et circumdata varietate, secundum ossa ejus sanctissima, quæ carnem ejus fulciunt (1). » Ex quo plane colligitur, sive propter stylum, sive potissimum propter accuratum theologici dicendi genus, ephesina et chalcedonensi Synodis celebratis, sermonem hunc exaratum fuisse. Quam ob rem Baronius et Bel-

(1) Serm. de Annunc. Deip., nn. 13, 14.

larminus, Cyrillo alex. potius quam magno Athanasio tribuendum putant. At si in dubio libertas, sermonem hunc Athanasianum quemdam antiochenum Episcopum confecisse autumarim. Eo vel magis quod isthic vitæ sanctimonia micantique scientiarum luce coruscans plura nobis sapientiæ monumenta reliquerit. — Joannes patria antiochenus, sede constantinopolitanus qui ob aureum prope cælestis eloquentiæ flumen Chrysostomi cognomentum accepit, ad rem nostram quod attinet, hæc protulit memoranda verba: « Hactenus qui Evam audiebant, miseram prædicabant. Væ miseræ! quantam gloriam amisit! Væ miseræ quanta passa est! Maria quotidie omnium vocem audit: beata, sane plena Spiritu sancto. Ac demum vaticinans ait: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Et quid, inquires, illi prodest, cum non audiat? At revera audit quod sit in splendido loco in regione vivorum, mater salutis, fons lucis, quæ et sensu et mente percipit; sensu propter carnem, mente propter divinitatem. Sic itaque beata prorsus prædicatur (2). » Hinc prono alveo fluit, Virginem Mariam tum spiritu, tum corpore sublimia cæli penetrasse; quum B. Virgo juxta mentem christiani Demosthenis tum mente, prout cæteri sancti, tum quoque sensu, nimirum in carne, pias quas e terris ad eam christifideles laudes efferunt, in cælis lubenter excipiat. — Non erit abs re commonere, plerosque Severiano cuidam Gabalorum in Syria

(2) Lib. de Creat. mund., orat. vi, n. 10.

episcopo et sanctissimi novæ Romæ patriarchæ suppari, rebus critica lance discussis, opus illud adscribere. Quicquid hac de re sit, magni ponderis est auctoritas illa, quippe quæ circa corpoream Deiparentis Assumptionem ecclesiæ syriacæ fidem hujusque doctorum mentem aperire conatur. — « Si Christus, » inquit incertus auctor sub mentito nomine magni Augustini, « voluit integrum Matris servare pudorem, cur non voluit incorruptum a putredinis servare fœtore? » Idem S. Doctor hipponensis, vel alius quisquis hoc ipsum adstruit gravissimis hisce verbis: « Sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, et divinam naturam humanæ univit, esse vermibus traditum, in communi sorde putredinis delitescere, a vermibus corrodi, quia sentire non valeo, dicere pertimesco (1). » Se non aliter habent pseudo-Cyrillus et pseudo-Hieronymus. Hisce propterea testimoniis, ut critici nuperrimi putant, apocryphis pro sui reverentia in ea quam meruerint auctoritate permanentibus, corporea B. Virginis Assumptio per ea, qualitercumque sint, veterrima testimonia validiorem firmioremque vim mutuatur et lucem.

3. Ne tamen prioribus hisce sæculis genuino quodam monumento jejuni prorsus manere videamur, auspicantes ab ecclesia græca, quid prioris ævi Patres sin minus explicite, implicite saltem vel subobscure nostra de re senserint, videamus. Div. Gregorius Nazianzenus qui sæc. 4<sup>o</sup> pulchre florere visus est, quique propter mirificas ejus rerum theologiarum divitias

(1) Serm. de Assumpt.

*theologi* nomen primus obtinuit, Deiparam Virginem elogiorum corona sapienter invocabat, in qua corporeæ Virginis Assumptionis delitescit testimonium. Huic ille dirigebat apostrophen in sui de Christi passione dramatis fine. Tanti fecerunt Maurini tragædiam hanc Christi patientis, ut novam ejus versionem concinnaverint. En nostram ad rem digna memoratu verba:

O ter beata mater, o lux virginum  
Quæ templa cæli lucidissima incolis  
Mortalitatis liberata sordibus,  
Ornata jam immortalitatis stola.  
Veneranda, colenda, omnino beata  
Virgo  
Tu quidem cælestes beatorum sedes  
incolis,  
Exuta quidquid est fœcis humanæ,  
Immortalitatis pallio amicta,  
Seniique in perpetuum ut Deus expers  
agnita.

Salve, o puella, omnium lætitia, Mater  
Virgo,  
Decora super omnes Virgines,  
Cælestibus ordinibus eminentior,  
Domina omnium regina, generis humani  
gaudium.

Cum S. Doctor theologus ait: *Exuta quidquid est fœcis humanæ*, illis Apostoli verbis innuit: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione* (2), quæ de futura corporum incorruptione dicta sunt. Hæc autem: *Immortalitatis pallio amicta*, Paulini quoque textus aperiunt sensum: *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria*. Quibus ex verbis animæ simul et corporis integralis glorificatio depromitur. Cum ille de *immortalitatis pallio* loquitur

(2) I. ad Cor. xv, 42 seqq.



quo fuit Virgo Deiparens *amicta*, suam profecto non intelligit animam, sed de ejus potius corpore loqui fatendum est: cum dicimus enim, quempiam aliqua veste circumdari, significare procul dubio volumus, illam non esse prerogativam ejus qui eandem vestem possidet; carere quoque posset ea, suam non amittens naturam. Quocirca, cum primus Theologus ait, Virginem Mariam *immortalitatis pallio* tamquam veste decorari, videlicet tamquam supernaturali gloria quæ suum attributum non est, loquitur de corpore immortalitatis dono pollente, quæ prope vestis illud constituit gloriosum. Id autem magis magisque roborant illa verba quæ sequuntur: *Seniique in perpetuum ut Deus expers agnita*. Apostoli sententiæ congruunt: *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale*, nec non ejusdem Pauli doctrinæ memoriam nobis refricant docentes: *In mensuram ætatis plenitudinis Christi* (1) nos omnes resurrecturos fore. Corpus, quum corruptibile quoque sit, potest quidem et annis et senio confici; cum autem conglorificatur, quid dicam? immortalitatis luce vestitur, extra cursum temporis est, vicissitudines non agnoscit, est imago illius æterni *hodie* quod Entis absoluti tantummodo proprium est. Quum igitur Nazianzenus Deiparam Virginem *immortalitatis pallio amictam, seniique in perpetuum ut Deum expertem agnoverit*, corpoream Deiparentis Assumptionem pariter agnovisse fatendum est. —

Nyssæ in Cappadocia ann. 595 vita functus Gregorius episcopus, Basilii

(1) Ad Eph. iv, 13.

magni frater, vocatus a vii Synodo œcumenica *Pater Patrum*, in libro quem inscripsit: *De Virginitate*, præclarissimum de Virginis Assumptione testimonium edidit: « Neque enim fieri poterat, ut omnium genere e nuptiis procreato mors unquam cessasset: sed superiores omnium ætates prætergressa, cum his etiam, qui hanc vitam ingrediuntur, simul jam illa percurrens, virginitatem muneris sui terminum invenit, quem porro transilire difficile est: tamquam Dei matris Mariæ tempore ab Adamo usque ad eam regnum mors obtinuerit; postea sola efficit eam tamquam ad lapidem aliquem virginitatis fructum mors offenderit, in ea contrita sit (2). » Cum igitur ex mente Nysseni contrita fuerit in Virgine mors, et ad eam usque tantum in omnes homines duro ejus fuerit grassata mancipio, concludendum rationabiliter est, orationis hanc seriem anticipatam inelytæ Dei Matris resurrectionem vel proprie indigitare, vel saltem supponere. Equis enim potest conterere mortem, si mortis patitur imperium?

Utrique Gregorio hac in re prævit Epiphanius: hic loco palæstinus, sed episcopus in Cyro Salaminæ primum, ac deinde Constantiæ, insignis eruditione vir, ac propter quinque linguarum peritiam, hebraicæ, syriacæ, ægyptiacæ, græcæ, latinæ a divo Hieronymo *pentaglottos* nuncupatus diem obiit supremum ann. 402; propterea quod a nonnullis inter v sæc. ecclesiasticos PP. recensetur, quamquam plerique frequentius iv ævi scriptoribus consociarint. Suorum itaque

(2) Lib. de Virg., cap. xiii.

temporum fidem lecturus scribit: « Præterea postquam illam (Joannes) accepit, non amplius apud ipsum permansit. Quod si falsa jactari quispiam a nobis existimet, licet sacrarum vestigia consecrari, in quibus nullam de Mariæ obitu mentionem respicies, mortua sit nec ne, sepulta aut non sepulta fuerit. At cum Joannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen B. Virginem itineris comitem secum illam habuisse significat, sed de ea re scriptura penitus conticescit. Id quod propter admirationis vehementiam factum arbitror, ne hominum animos majorem quemdam in stuporem conjiceret. Ego enim illud pronuntiare vereor, et tacita apud me cogitatione reputans silentium mihi indico. Quippe haud scio, cum de sanctissima illa et beatissima Virgine obscura quædam invenire vestigia possim, quæ incertam nobis illius mortis fidem faciunt. Nam ex una parte illud occurrit, quod de illa pronunciat: *Et tuam ipsius animam gladius pervadet, ut retegantur ex multorum cordibus cogitationes* (1). Aliunde vero in Apocalypsi Joannis legimus (2), draconem adversus mulierem properasse, quæ marem pepererat, et datas ei esse pennas, quibus et translata esse in desertum ne eam draco comprehenderet. Quod quidem in illa esse poterat impletum. Quamquam illud non affirmo penitus, neque aut immortalem perseverasse desinio, aut utrum mortua sit confirmare possum. Quippe Scriptura sacra mentis humanæ captum

(1) Luc. ii, 35.

(2) Apoc. xiii, 13.

(3) Adversus her. lxxviii, § xi Antidicom.

prætergressa, rem in incerto reliquit propter vas illud eximium et præstans, ne quis carnis propriam ullam ei fœditatem adscribat. Sive igitur mortua sit Maria nescimus, sive consepulta. Non tamen ullam est maculam corporis experta, absit ut illud existimemus. Quis tantam B. Virgini contumeliam velit imponere, ad pestiferam illam pronuntiandam sententiam, contumeliasque comminisci, sacrosanctæ insultare, nullo honore prorsus afficere (3)? » Hinc Epiphanius singulare Virginis tradidisse privilegium, luculenter illa verba declarant: *Non tamen ullam est maculam corporis experta, absit ut illud existimemus*. Mox vero ait: *Sacrum illius corpus omni felicitate cumulatum* (4). Quaaliter autem corpus omni felicitate repletur sine illius glorificatione, vel melius assumptione? Ille præterea sermo qui mortem Virginis in dubium vertit, per hyperbolen componenda sint oportet; quum certo ac tuto Ecclesia Virginem Deiparam mortem oppetiisse profiteatur. Hinc priscus ille Pater tanto Virginis Assumptionem ardenti studio tuebatur, ut veritatis lineam aliquantulum transgressus esse visus sit. Et si juxta mentem tanti Patris tantique Doctoris qui refellebat hæreticos contra Virginis puritatem blaterantes, eam non mori ob summum ejus puritatis nitorem condecuerit; quo magis condecuit, ne post mortem macula putredinis infuscaretur? Et alio in loco magis elucet Epiphanius mens: *Per te beata Virgo*

(4) In eod. suo *Tunation* quod contra heresea omnes præsentissimum veluti pharmacum continet, § 23.

mors conculcatur, et spoliatur infernus. Qualiter autem B. Virgo conculcare potuit mortem, si voraci dente corruptionis in sepulcro illam ista momorderit (1)?

Non est ab Epiphania sejungendus div. Ephrem syrus qui sæc. 4<sup>o</sup> refulsit, et cujus opera tanto in honore olim fuerunt, ut post sacram Scripturam publice in quibusdam ecclesiis legerentur. Hic ad rem nostram ait: « Fides naturam adduxit, et hanc excipiens gratia non amplius esse corruptibilem passa est (2). » Loquitur de Virgine Maria.

In eo 5<sup>o</sup> ut ita vocem aureo sæc. floruit div. Cyrillus alex. episcopus, magnus ille nestorianæ impugnator hæreseos, cujus opera magno semper in pretio habuere catholici, suæ *Deiparæ* corpus quod novem mensibus divinum Verbum continuit, districte compellavit: *Templum indissolubile* (3). Porro quod est indissolubile, est impassibile, et quod est impassibile, est gloriosum; impassibilitas enim recensetur inter quatuor illas dotes quibus sanctorum gloriosa corpora fulgebunt (4). Quod rationabiliter evincimus: quemadmodum quippe Deus cæleste palatium in quo peculiari modo non tantum per essentiam, præsentiam et potentiam, verum et secundum gloriam sibi constituerat, impubere

(1) Huc magni facit præclarissimum illud Gasparis de Luise monitum: « S. Epifanio quantumque dubitasse sulla morte di Maria, pure manifesta chiaramente che se fosse morta, sarebbe risuscitata, quando esclama: *Per te beata Virgo mors conculcatur, et spoliatur infernus.* » *L'Assunzione di Maria Madre di Dio, trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo*, pag. 129, ediz. di Torino.

(2) Orat. de Margarita Pretiosa.

condidit; quid vero existimandum de Virgineo corpore quod fuit animatum quiddam cælum, immo cælo ipso dignior et amplior, quum in suo gremio quem ipsum cælum capere non potuit, continere valuerit (5)?

4. De hujusce tamen primæ ætatis mente satis. Opimam namque segetem pro Virginis Assumptione nobis media ætas ac postrema suppeditat. Prudens hæc veterum Patrum œconomia posteriorum Doctorum suffragio uberique testimonio rependitur. Id luculenter oppido sapientissimus Benedictus XIV docet: « Nos quidem dicimus, primo vetustissimos quidem primæ ætatis Patres Ecclesiæ de corporali B. Virginis assumptione siluisse; medii tamen ævi ac postremæ ætatis tam græcos quam latinos eam disertissime tradidisse (6). » Cum autem posteriores Ecclesiæ SS. PP. non ex privata sententia, sed prout avitæ traditæque veritatis hæredes locuti fuerint, eorum proinde iudicio ac testimonio res tota committitur. Aliquantisper hac de re obscura prima ætas fuit: nostra verum tamen ætas quæ in Assumptionem Virginis unanimi prorsus consensione conspirat, exorientis Ecclesiæ supplet ætatem, non secus ac meridies auroram. Posteriores Ecclesiæ PP. accipiunt quidem, nullatenus sibi doctrinas comminiscuntur: a prioribus ergo PP.

(3) Oratione 6 contra Nestorium.

(4) I. ad Cor. xv, 42 seqq.

(5) « Nel quinto secolo, » inquit cl. P. Gaspar de Luise P. O., « tanto era diffusa questa pia credenza che molti ne scrissero, de' quali i lavori ebbero poi un apocrifo nome, come di S. Cirillo (memoratus autem Cyrilli textus non est utique supposititius et apocryphus), di S. Girolamo, di S. Gio. Crisostomo. » Lib. supra cit.

(6) De fest. B. M. Virg. lib. II, c. VIII, n. 15.

sive tradito sive scripto sermone recipiunt. Actualis Ecclesiæ fides criterium certissimum est ad cognoscendum quæ fides quovis Ecclesiæ sæculo vigerit. Hæc potest aliquando minus agnosci, hæc non potest aliquando prorsus latere: nam Ecclesia nunquam potest suam immutare doctrinam; alioquin perpetua quam Christus ei spondit infallibilitas non modo nutaret, sed plane concideret. Et optima sane ratione Deiparentis Assumptio media præsertim ætate cœpit et congruit a Patribus luculenter evinci. Quemadmodum enim Nestorius blasphema lingua Virgineum corpus hominem et non Deum peperisse jactitabat, concludens Virg. Mariam nequaquam vocari posse *θεοτοκον* sive *Deiparam*; erat iccirco plane conveniens asserere, corpus illud quod proprie vereque Deum genuit, ex eo quod proprie vereque Deum genuerit, ad cælos ipsummet Deum evexisse gloriosum.

Div. Sophronius patriarcha jerosolymitanus, capta ab Haumare saracenorum duce sancta civitate, beatorum gloriam est assecutus ann. 659. Qui cum eorum resurrectionem qui moriente Christo de sepulcro evigilarent, ut pro rei veritate testimonium perhiberent, perdurasse longius, asseruisset, addit: « Quod quia Deo nil est impossibile, nec non in B. Virgine factum non abnuimus (1). » Adstipulatur div. Sophronio div. Modestus, immediatus illius antecessor; sic Virginem Deiparam alloquitur: « Salve, Deipara sanctissima, quoniam rex gloriæ Deus Jesus qui te elegerat, ut regia quædam ejus spiritualis esses

(1) Orat. in Dormit. Virg.

in terris, atque per te cælesti nos regno donaret, in hoc te esse simul voluit, corpore intactam, et præ omnibus gloriosam ad Patris sui et Spiritus gloriam (2). » In exitu vero sermonis concludit: « Præterea sane ut gloriosissima mater Christi Salvatoris nostri Dei, qui vitæ et immortalitatis est largitor, ab ipsa vivificatur, consors cum eo incorruptibilitatis in omnia sæcula, qui illam ex sepulcro excitavit et apud se assumpsit, ut ipse solus novit, cui gloria et imperium cum Patre et sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen. » Hoc autem testimonium div. Modestus protulit non uti privatus scriptor, sed uti publicus ecclesiæ jerosolymitanæ doctor atque pastor. Nec verba *ipse solus novit* ad rei existentiam referuntur, sed ad illa potius adminicula quæ pretiosissimam Deiparentis ad cælica regna migrationem comitata sunt. De hac divi Modesti panegyrica oratione cod. 265 Photius mentionem facit: P. Le Quien in notis operibus div. Joannis Damasceni (Tom. II) illius jam meminit, quam græcam orationem præsul Giacomellus Romæ 1760 edidit.

Totus est in hac Virginis prærogativa condecoranda S. Andreas, cretensis archiepiscopus, patria jerosolymitanus, vel potius damascenus, qui ann. circiter 730 naturæ concessit. Tres elegantissimi conscriptas orationes edidit in Ss. Dominæ nostræ Deiparæ dormitionem quæ nostræ constitutæ theseos sententiæ maximopere favent. Circa medium namque sermonis II, legitur: « Erat ergo plane novum

(2) E. cod. S. Germani.

spectaculum quodque rationis vim excederet; ut nimirum mulier quæ cælorum naturam puritate supergressa esset, cælestium adytorum Sancta, tabernaculum devehens, ac corpore penetraret. Ut Virgo Dei partus miraculo seraphicam vincens naturam, primæ illi naturæ, Deo, inquam, universorum auctori, se propius adjungeret. Ut mater, quæ vitam peperisset, æqualem partui vitæ finem, miraculumque Deo et fide dignum prætenderet. Ut enim minime corruptus est parientis uterus, ita nec interiit defunctæ caro. O mirandas res! partus omnino corruptionem effugit, nec sepulcrum illam a morte extremam corruptionem admisit. Haud enim ea Sancta attigerit. Vultis ut ejus rei probationem edicam? Ac quæso, adstantium nemo monumentum vacuum ullo modo irrideat: quæram enim, quomodo defunctæ corpus obscurum? quomodo sepuleralia absunt loculis, nisi quod fuit tamulatum corruptionem fugit, nisi thesaurus translatus est? Sin autem sic habet, qui non vera translatio, quando etiam concurrerunt alia, nimirum animæ a corpore divisio, carnis depositio, compositionis solutio, disjunctio partium, resolutio, conjunctio, compactio, ac denique in obscurum subductio? quippe hactenus sepulcrum vacuum manet ipsum testimonium habens, quodque translata testimonio sit (1).» Illustribus posthac de virginei corporis

(1) Encom. de Dormit. Virg. — Alii vero melius legunt: «Erat novum revera spectaculum mulier, quæ cælorum superaverat naturam puritate, in adytorum, quæ sunt in cælis, sancta commeans et ingrediens, sicut enim non fuit corruptus parientis uterus, ita mortuæ caro non interiit. O mi-

integritate ac resurrectione prolatis testimoniis, hujusce sacramenti rationem introspicere non posse fateatur, iterum scribens: «Haud novis satis, an partibus in unam compositionis concretionem iterum coeuntibus; nam et in istis nonnihil philosophabor, ut ita forte arcano suæ voluntatis consilio cogitavit opifex Deus parentem honorare, aut certe altera alteri eminente; atque ita ut a mutua illa disjunctione altera velut extrariam et ultra fines, altera confinem sedem sortita sit; aut denique novo aliquo, ac immutato ordine mirabiliter concurrente, ut revera res ejus omnes novitatem haberent, ac velut propriam a natura rationem supra naturam, eximiamque tamquam rationem omnem et scientiam superantes, reciperent.» Heic, nostra quod refert, animadvertimus, nihil penitus officere sententiæ nostræ, si Virginis Assumptio *sacramentum* vel *mysterium* vel *arcana res* a SS. PP. plerumque vocetur. Id plane contigisse videmus in dogmate immac. Conceptus, aliisque bene multis. Aliud est enim *quid doctrinæ*, ut scholasticorum vocem usurpem, aliud *quomodo doctrinæ*.

5. Non abludit hæc in re div. Germanus CP. patriarcha, eruditissimus ecclesiastes et B. Deiparentis encomiastes egregius, qui sub Leone Isaurico floruit. Istic ex omnium christifidelium sensu perloquens, duos in

racula! partus effugit corruptionem, et sepulcrum non admisit interitum. Stat enim sepulcrum inane usque ad hodiernum diem, quod et testimonio approbatum est, et approbat factum translationem.

sanctæ Dei Genitricis Dormitionem disertos sermones habuit, et hæc 1<sup>o</sup> sermone memoranda verba protulit: «Spiritus tuus, o Maria, vivit in æternum, et caro tua in sepulcro corruptionem non sustinuit, omnia observas et contueris, et inspectio tua ad omnes se porrigit. Quamvis autem oculi nostri impediti detineantur, ne te videre queant; tu tamen, sanctissima Virgo, dignis teipsam patefacis, ac facile manifestando insinuas.... Tu juxta quod scriptum est, speciosa es, totumque illud corpus virginale totum sanctum est, totum Dei domicilium, ut ideo quoque a resolutione in pulverem deinceps sit liberum.» Et infra: «Quomodo carnis te dissolutio in cineres ac pulverem potuisset redigere, quæ humanum genus a mortis corruptione per nati ex te assumptam carnem liberasti?» Mox iterum: «Neque fieri poterat, ut quæ vas foret Dei capax, emortuum corpus corruptente pulvere difflueret. Quod enim is, qui in te fuerat exinanitus, Deus esset a principio et vita sempiterna, utique par quoque erat, ut vitæ mater contubernalis pariter vitæ fieret.» Tum demonstrata corporis Deiparentis incorruptione, ejus inde triumphum graphicè describit: «Sic porro rebus caducis emortua, ad immortales æternorum demigrasti mansiones, ubi Deus inhabitat, cum quo pariter ipsa Dei Genitrix, ab ejus conversatione non discedis.» — Altero sermone Virg. Mariam fuso calamo celebraturus alloquitur: «Tu enim omnino es veræ vitæ parens, tu fermentum reformationis Adæ, tu opprobriorum Evæ liberatio; illa pulveris mater, tu mater

luminis; venter illius, venter corruptionis, tuus autem sinus, sinus incorruptibilitatis; illa mortis demoratio et sedes, tu a morte translatio; illa palpebrarum in terram demissio, tu insomnis vigilantium gloria; proles illius, dolor, tuus filius gaudium omnigenum; illa ut terra in terram gessit, tu autem vitam nobis peperisti, et ad vitam rediisti, vitamque hominibus etiam post mortem conciliare potuisti.» Quamquam ex dictis meridiana luce nitescat veritas nostræ theseos, haud tamen supervacaneum erit et hoc addere testimonium ex eodem sermone desumptum: «Corpus tuum,» ait, «virgineum omnino sanctum est, et humanum quidem, sed ad summam immortalitatis pervenerit, adeoque integrum sit, et absolute vivum, quippe quod vas Dei capax fuerit.»

Hisce PP. magnopere favet Joannes monachus ac presbyter damascenus, qui ann. circiter 750 surrexit ad lumina vitæ. Tres, data opera, de Virginis Dormitione splendida recitavit homilias, quas per Octavam Assumptionis in sacra psalmodia veneratione præcipua ecclesia legit; unde præcipuus Mariani hujusce mysterii defensor prædicatur et columen. Sic itaque pandit mentem suam eloquentissimus Doctor: «O præclarissimum excessum, qui tibi hoc præstat, ut ad Deum migres! Si enim et omnibus Deum ferentibus hominibus hoc divino munere concessum est; at infinitum Dei servorum matrisque discrimen est. Eequo igitur nomine mysterium in te peractum appellabimus? An mortem? Sed quamvis sacratissima et

beata anima tua, ut fert naturæ ratio, a beatissimo et immaculato corpore tuo disjungatur, et corpus legitimæ sepulturæ mandetur, haud tamen in morte perseverat, nec corruptione dissolvitur. Nam ejus in partu virginitas incolumis mansit, eadem e vita migrante, corpus ita conservatum est, ut non dissolutum, sed in melius diviniusque tabernaculum mutatum sit, quod non jam morte interrumpatur, sed in infinita sæculorum sæcula perduret (1). » Inferius autem, Mariam inter et arcam, Jordanem inter et Virginis sepulcrum contentione posita, scribit: « Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit. Non est relictum in terra immaculatum omnisque labis expers corpus tuum, sed in regias cælorum sedes regina tu, hera, domina, veraque Dei genitrix translata es (2). » Et elegantioribus orationem alteram formis exornans, sic de Virgine fatur: « Hodie sancta solaque Virgo mundo sublimiori, ac cælesti templo affertur; quæ virginitatem eo studio coluit, ut in ejus tamquam purissimi cujusdam ignis formam transierit. Nam cum omnis virgo virginitatem pariendo amittat; hæc tamen et ante partum, et in partu, et demum post partum virgo permansit. Hodie sacra et animata arca Dei viventis, quæ suum in utero gestavit Artificem, in templo Domini, quod nullis est exstructum manibus requiescit; et saltat David ejus avus ac Dei parens, unaque cum eo choros agunt angeli, plaudent ar-

(1) Orat. i Dormit. B. M. Virg., num. 10.

(2) Ibid. num. 13.

changeli, virtutes concelebrant, principatus exultant, dominationes oblectantur, potestates lætantur, throni diem festum agunt, cherubim laudes canunt, seraphim gloriam prædicant. Non enim id exiguæ gloriæ ducunt, cum matris gloriæ gloriam tribuunt. Hodie sacratissima columba simplex atque innocens anima, divino spiritu consecrata, ex arca, eo scilicet corpore quod Deum suscepit, et vitæ initium dedit, evolans, pedibus requiem invenit, ad mundum quod intellectu cognoscitur profecta, ubi in terra supernæ hæreditatis, nullæ spurcitæ obnoxia sedem fixit. Hodie Eden novi Adam rationalem paradisum suscipit, in quo soluta est condemnatio, in quo plantatum est lignum vitæ, in quo operata est nostra nuditas (3). » Et paulo infra memoratus Doctor sacro venustus eloquio pergit: « Nam si in ea lætantium omnium habitatio est (4), ubinam fuisset causa lætitiæ? Oportebat, ut ejus quæ in partu virginitatem sine labe servaverat incolumem, etiam post obitum servaretur. Oportebat eam quæ creatorem velut infantem sinu gestaverat, in divinis tabernaculis degere. Oportebat, ut sponsa, quam Pater sponderat, in toris cælestibus habitaret. Oportebat ut quæ Filium suum in cruce conspexerat, et gladium quod pariendo effugisset, pectore tunc acceperat, ipsum Patre considentem spectaret. Oportebat denique Dei matrem ea quæ Filii essent possidere, et ab omnibus creaturis adorari. Quamquam enim hæreditas a parentibus ad filios semper

(3) Orat. ii in Dorm. Deip., num. 12.

(4) Psalm. LXXXVI, 7.

devolvitur, nunc tamen, ut docti viri verbis utar, sacrorum fluminum fons sursum cursum reliquit. Res quippe omnes conditas Filius matri mancipavit. » Nil clarius, nil pulcrius, nil revera firmiter ad corpoream Deiparentis Assumptionem magis magisque roborandam.

Vitam duxit eodem ferme tempore Cosmas jerosolymitanus, Masumæ in Palæstina episcopus, circiter ann. 743 vita functus. Hymnos iste conscripsit, quos sat superque laudavit Suidas. Ad nostram itaque rem canit: « Victricia trophæa de natura extulisti, pura Deum enixa, simulque factorem et filium imitatura supra naturam naturæ succumbis legibus; ideoque æque ac Filius mortua, excitaris simul semper victura (1). » In quod sane testimonium Glycas attendit: « Cæterum scite animadvertas cum dixit cum Filio excitari simul semper victuram aperte indicasse, ipsam perinde atque illum et mortuam esse, et postquam paulum in sepulcrum lapsa esset, rursus resuscitaturam (2). » Joannes accedit testis cœvus aut-suppar, patria euboensis, institutione monachus, dignitate presbyter. Iste: « Et nos igitur, » ait, « dilectissimi, mente solventes illud prophetæ oraculum quo inquit: *Age, o Juda, solemnitates tuas, ascendit enim qui afflat in faciem tuam, te a tribulatione eripiens* (3), omnes spiritali lætitia gestientes Dei Genitricis Mariæ sacra solemnities celebramus. Ipsa enim ex Juda est, et Dominus ex ea secundum carnem. Quocirca inter divinos solemnisque

(1) Cons. Fabric., tom. x, pag. 217.

(2) Epist. ad Alup.

(3) Nahum 1, 15.

dies, Deiparæ quoque, quæ spes est omnium nostrum, merito festa celebranda sunt. Ideoque extra decem solemnitatum numerum, vivificum quoque illius dormitionis festum agimus et nos, post ascensum Domini N. J. C. in cælum et descensum sanctissimi et vivificantis Spiritus in beatos apostolos, quod postremum magnumque festum appellatur, tamquam quod fuerit bonitatis Domini, et divinæ dispensationis, omnisque justitiæ complementum (4). » Sat clara res est.

6. Nonno sæculo ineunte floruit divus Theodorus Studita cœnobita qui die 12 novemb. anni 826 pro sacrarum imaginum cultu martyr occubuit. Stilo ac magniloquentia orientalibus auspicatur: « Tubæ vocem, buccinæ clangorem, solito resonantius clamantem, et orbis fines strepitu concutientem, sermo meus cum postulet ob hanc sacri præconii diem celebrandam; vix, o viri, per phonetici nostri organi infirmas vires procedit. » Tum gestientis animi ratione tradita, pergit: « Migrat enim ex his terrestribus et appropinquat montibus æternis verus Sionis mons, in quo Deo habitare placuit, ut psalmistæ lyra canit (5). Hodie igitur terrenum cælum incorruptibilitatis vestimento circumamictum transfertur ad meliorem æternamque mansionem. Hodie spiritalis atque a Deo illuminata luna in justitiæ solem incurrens, deficit quidem a præsentis temporali vita, simulque exoriens immortalitatis dignitate illustratur. Hodie inaurata et divinitus fabricata sanctitatis arca de

(4) Serm. in Concept., Dec. 10, num. 22.

(5) Psalm. CXXXI, 4.

terrenis tabernaculis ad supremam Jerusalem commigrat, in requiem fine carentem, id quod nobis et theopater David cithara veluti canens, ait: *Adducentur regi virgines*, idest animæ post illum afferentur (1). » Iterumque quibusdam interpositis, inquit: « Nunc corporales suas quæ Deum gestavere manus demittens, facta immortalis ad Dominum pro mundi salute attollitur. » Et postea rursus: « Quibus itaque verbis mysterium tuum explanemus, mente ambigimus, lingua infirma non eloquitur, scribere titubamus, quia peregrinum excelsumque est, atque omnes cogitationes transcendit. Neque enim illud commune aliquid habet aut comparativum, ut facile ex rebus nostris demonstrationem illius faciemus: sed ex iis quæ supra nos sunt, decora tua pietate comprehendentes, uni tibi quæ superiora homini sunt, concedimus. Immutasti igitur naturam ineffabili partu tuo. Quandonam enim audivit quisquam virginem sine semine concipientem? O rem miram! quæ mater est pariens, eam vides virginem incorruptam, quia scilicet quod pariebatur Deus erat. Hoc unum etiam in vitali dormitione a cæteris differens merito sola habes, utriusque simul (corporis et animæ) incorruptelam. » Mox quæ Deiparentis transitum juxta veterimam traditionem comitatasunt, fideliter edicit, atque concludit: « Hæret lingua mea dum tui reviviscentis mysterium enarrat (2). »

Premere silentio nequimus Simeonem Metaphrasten qui sæc. 10<sup>o</sup> floruit;

(1) Psalm. XLV, 15.

(2) Laud. in Dorm. S. Dom. Nost. Deip., Edit. Migne Patrolog. græc., tom. XCIX, pp. 716-27.

præcedentium sæculorum traditionem producens, scribit: « Mariæ sacratissimum corpus adjectum Filio et Deo, ad divina illa et cælestia tabernacula esse transmissum, ubi secum et corpore et anima perfecte versatur (3). » Et alio sermone virginitatis cum divinæ maternitatis gloria fœdus prosequutus, cunctasque naturæ leges in Maria, dum viveret, suspensas demiratus, scribit: « Erat ergo tunc quoque Verbum præsens, et legem fecit cessare, legem, inquam, mortis, cui nihil poterat afferri detrimenti. Erat autem spectaculum vere novum, et quod non poterat consequi cogitatio. Mulier cælum puritate superans ad adytus cælestes commeans et ingrediens. Virgo ipsorum seraphim ipsam vincens naturam miraculo Dei generationis, materque ipsam vitam pepererat, consecuta vitæ finem partui non absimilem et miraculum Deo et fide dignum. Sicut enim non fuit corruptus parientis uterus, ita mortuæ caro non interiit. O miracula! partus effugit corruptionem, et sepulcrum non admisit interitum... quomodo corpus evanuit? quomodo non sunt in ea vestes in quibus est sepulta, nisi effugisset interitum id quod sepultum fuit, si translatus fuisset thesaurus? quod si ita est, quomodo non est vera et a mendacio aliena translatio (4)? »

Metaphrasti concinit Joannes Geometra qui claruit sæc. 10<sup>o</sup> auspicante vel 9<sup>o</sup> labente, circa annum videlicet 980, cujus insigne fuit in constantinopolitana ecclesia nomen. Ipse, præ-

(3) Orat. in Deip. Dorm. apud Fabric. Biblioth. græc., vol. X, lib. V, cap. XXXIX.

(4) Orat. de obitu Deip. ad XV Aug. diem.

ter quam quod commentario in Lucam Deiparæ corpus *terram semper sibi similem* nuncupavit, *quæ et plena sit reperta divinis alimentis* (1); verum et hymno ut in beatiss. Virg. Mariam adeo in piam sententiam inclinat, ut ita Deiparæ carnem metricè designet:

Gaude concretum sublimi corpus Olympo,  
Et vitii nostri crimine Virgo carens (2).

Incorrupti gloriosique Mariæ corporis præconium belle recitavit sæc. 12<sup>o</sup> Michael Glycas, cum scripsit: « Tametsi Virgo Mater naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi mortem degustavit, tametsi in sepulcro est deposita, naturæ tamen fines atque terminos superavit et excessit, neque sepulcrum nec mortalitas in potestate eam retinere potuit. Nam et ipsa de sepulcro resurrexit prorsus ut Filius ejus, idemque Deus etiam fuerat, solis in sepulcralibus exuviis monumentis relictis. Non enim operosum est credere mortis terminos transivisse, quæ in Patris Verbum fere infinita capacitate usque pervenit (3). » Ac dein epistola ad Elipium monachum, quam in adnotationibus Scipionis Sgambati Vitus Giovenatius comperuit, multa congerit testimonia quæ piam hanc sententiam evincunt, nec non quamplures PP. nomine vocat, qui olim jerosolymorum administrarunt ecclesiam, quos inter Cosmam recenset et Andream cretensem. Rem denique pluribus extollens verbis, concludit: « Qua ratione Maria omnis labis expers per

mortem ad vitam corpore simul et anima transierit, admirabiliter alicubi disserit Andreas cretensis. » Brevitati studentes, alios inclytos ecclesiæ græcæ scriptores missos facimus: hi, non secus ac sexaginta viri fortes qui lectulum Salomonis ambiebant, volventibus et labentibus sæculis Dei Genitricis monumentum custodientes, omnibus sacrum corpus contueri venerarique currentibus respondere uno ore non ambigunt: surrexit, non est hic. Quod sane responsum tanti ponderis est, ut nulla concuti quavis ratione possit. *Quamobrem*, si licet Chrysostomi verbis nostram sententiam concipere, *et Ecclesiæ traditionem censemus esse fide dignam. Est traditio, nihil quæras amplius* (4).

7. A græcis minime dissentiant latini PP.: uno pariter ore nostram quam intimo corde aluerunt, veritatem aperire nituntur. Ut sal terræ et ut lux mundi ex mediolanensi ecclesia divus Ambrosius qui ann. 397 ab hac luce migravit, per universum orbem sapientiæ sanctitatisque radios porrexit. Ipse tanti faciebat Virg. Mariæ gloriam, ut hanc non tantum Christi gloriæ communem, verum et identicam existimarit: *Filii gloriæ cum matre non tam communem, judico, quam eandem* (5). Ex quo pronum est inferre, S. Ambrosium haudquam de Christi divinitatis privilegiis fuisse locutum; etenim beata Virgo, quamquam divinitatis fines attingat, simplicem tamen creaturam esse non

(1) Recole Corderium in Catena sexagintaquinque Patrum græc. in div. Lucam.

(2) Extant fol. 471 interp. Feder. Morelli, vel confer Biblioth. max. Patrum, t. XXVII, p. 472.

(3) Annal. part. III in corp. hist. Byzant. t. XXX.

(4) In epist. II. ad Thessal.

(5) De Laud. Virg.

desinit: de humanitatis igitur Christi prærogativis sermonem habuisse colligitur. Quemadmodum vero Christi gloria in ejus resurrectione et ascensione micanti luce coruscat, optima proinde ratione fateare necessum est resurrectionem beatissimæ Virginis et ejus in cælum Assumptionem, quum eadem utriusque sit gloria Filii, gloria Matris. Et alio in loco idem occidentalibus ecclesiæ disertus orator cum Virginem Mariam virginibus cæteris imitandam attulisset in medium, inclytam Dei parentem cælica regna festivo penetrantem describit, inquit: « Quæ pompa illa, quanta angelorum lætitia plaudentium, quod habitare mereatur in cælo, quæ cælesti vita vixit in sæculo? Tunc enim Maria (1) tympanum sumens in manu sua, choros virginales excitabit cantantes Domina, quod per mare sæculi sine sæcularibus fluctibus transierunt: tunc unaquæque exultabit dicens: *Et introibo ad altare Dei mei, et ad Deum qui lætificat juventutem meam* (2). *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua* (3). » Hucusque præstantissimus ille Doctor (4). Quibus profecto verbis videtur oppido luculenter innui corporea Deiparentis Assumptio. Quemadmodum enim Maria, soror Moysis, una cum populo Dei mare Rubrum sicco gressu transfretavit; dicendum pariter est, quod Virgo Deipara corpore simul et anima de caducis terrenarum rerum fluctibus gloriosissimum solemnemque sit

(1) Exod. xv, 20.

(2) Psalm. xlii, 4.

(3) Psalm. xlii, 14.

(4) De Virginit. lib. ii, cap. ii, n. 17.

latura triumphum. Elohim nomine stetit unda fluens, et, dum currus et equites descendebant in profundum quasi lapis, Maria, soror Moysis, per medium sicci maris transibat; Christi quoque nomine stetit mors tremens, et, tartareo Pharaone demerso, Maria Dei Genitrix nullo corruptionis foedata dedecore littora æternitatis gaudenter appulit.

Divus Hieronymus qui sæculis 5<sup>o</sup> et 6<sup>o</sup> floruit, in nostram quoque sententiam descendit. In additamentis quibus perfecit et illustravit præclarissimum illud Eusebii chronicon, ait: « Maria Virgo Jesu Christi mater ad filium in cælum assumitur (5). » Quare Mabillonius: « Certum est, » inquit, « hoc loco significari ipsius depositionem seu assumptionem, quam xv kalendas februarii, id est die 18 januarii quondam celebratam fuisse antiquiora Martyrologia testantur (6). » — Inter scriptores 6<sup>ti</sup> sæc. magna luce renidet divus Gregorius Turonensis episcopus qui ann. 595 diem clausit supremum: hæc inter cætera de corporea Deiparentis Assumptione loquitur: « Et ecce iterum adstitit ei Dominus, conceptumque corpus sanctum deferri jussit in paradysum: ubi nunc assumpta anima cum electis ejus exultans, æternitatis bonis nullo occasuris sine perfruitur (7). » — Recenseri quoque debet in hoc sæculo Venantius Fortunatus italus, qui poematum libros undecim exaravit, et inter cætera hæc læta et fausta de

(5) Roncal. Chron., pag. 431.

(6) Liturg. Gallic., lib. 2, pag. 118.

(7) Serm. de gloria Confessor. et Mart., lib. i, cap. iv.

Virginis Assumptione non dubitavit canere:

Cujus honore sacro, Genitrix, transcendis  
Olympum,

Et super astrigeros erigis ora polos.  
Conderis in solio felix Regina superbo,  
Cingeris et niveis lactea Virgo choris.  
Nobile nobilior circumstante senatu,  
Consulibus celsis celsior ipsa sedes.  
Sic juxta genitum Regem Regina pe-

rennem

Ornata ex partu, Mater opima, tuo.

Laudibus deinde descriptis quibus cælitum resonabat domus, æterni Regis æternique Pneumatis veniente Sponsa, pulcre concludit:

Ecce tuus florens uterus quæ præstitit  
orbi,

Te generante fide nos paradysus habet (1).

8. Claruit sæc. 7<sup>o</sup> divus Isidorus hispalensis, a Synodo toletana VIII *Ecclésiæ catholice novissimum decus* nuncupatus, et ann. 636 vita functus, plurimos conscripsit libros rara sapientia et eruditione refertos quos S. Leo IV Pont. Max. summopere commendat. Pro re vero nostra fatetur: « Specialiter nulla docet historia Mariam gladii animadversione peremptam, quia nec obitus uspiam legitur, dum tamen nec reperitur sepultura. » Quibus ex verbis liquido constat, B. Virg. Mariam nullique sepulturæ mancipio subjacuisse: corpore proin et anima sublimia cæli penetravisse fatendum est.

Neque ab hoc discrepat div. Ildephonsus ad toletanum archiepiscopatum ann. 657, ad beatorum vero regnum ann. 667 evehctus. Ita de cor-

(1) Miscell. lib. viii, cap. vii.

porea Deiparentis Assumptione loquitur sapiens apprime vir: « Unde quam beatissimæ et laudabilis diei hujus celebratio recte colitur, in qua Virgo mirabilis cum laudibus cælestis militiæ infra polorum aulam una cum ingenti triumpho excipitur? Ex ejus nimirum carne Dominus Jesus Verbum caro efficitur, qui cunctis in se credentibus januas paradisi aperire dignatus est. Qui matrem secum in throno regni collocavit, et immortalitatis gloriam transposuit, ac super choros angelorum supersolemniter erexit. Venite, quæso, et videte, quoniam hodie translata est arca testamenti Dei ad superos, exterius inaugurata virtutibus, et fabricata interiorius auro purissimo majestatis, in qua lex testamenti Dei et manna fuit (2). » Et in alio sermone ipse toletanus antistes: « Inter præcipuas, » inquit, « sanctorum festivitates, charissimi, hodierna nobis refulsit insignis et gloriosa Genitricis Dei Mariæ solemnitas, in qua ipsa beata et venerabilis Virgo assumpta est gloriosissime ad æthereum thalamum, in quo, ut canimus, rex regum, Filius B. M. Virg. stellato imo ineffabili sedet solio. Ubi millia millium ministrant angelorum juxta Danielis vaticinium et decies centena millia assistunt; quorum cum laudibus et exequiis gloriosa Dei Genitrix hodie de terra exaltata et de carne erecta cum triumpho et exaltatione suscepta est in cælo, et collocata in paradiso. » Sermone tertio totus est in eadem Virginis prærogativa condecoranda: expositis et B. Virgini symbolis aptatis quæ passim in Can-

(2) Serm. de Assumpt. circa medium.

tico Cantiorum occurrunt, ita loquitur: «Festivitas hodierna celebritas est omnium supernorum civium gratissima, quia ejus est assumptio de corpore; ex qua vita est, veritas et justitia, quæ de cælo prospexit, in qua omnes justificamur, et exultant sancti in gloria.» Sermone vero sexto consilii inopem esse videtur, ait enim: «Nec sane illud omittere debemus quod multi pietatis studio libentissime complectuntur, eam hodierna die a Filio suo D. N. J. C. ad cæli corporaliter sublevatam palatium. Quod licet pium sit credere, a nobis temere non debet affirmari, ne videatur dubia pro certo recipere. Verum enim hoc sit, nec non, nos tamen convenit credere cum Filio suo in cælestibus eam regnare; nosque post Deum in omni veritate confirmare, meritis et precibus præmunire.» Jure merito Papiæ, Cave, P. Honoratus, Santinius, idemque Natalis Alexander quempiam ne leviter quidem suspicari posse autumant, virum tanta doctrina ac tanta erga Virginem Mariam pietate cornuscantem ignorare potuisse quod ævo suo ex Gelasii et Gregorii sacramentariis inter omnes ubique constabat. Quanam proinde ratione toletanus antistes ad quandam cogitur palynodiam? non quia veritatem Assumptionis in dubium verteret, sed ut potius significaret, Marianum privilegium nullo dogmatico decreto sancitum esse, crediderim.

Autherti abb. Beneventi sermonem de Assumptione S. Mariæ ad ann. 778 illustres actuum Collectores sanctorum Benedictinæ familiæ revocant. Istius-

(1) Part. II, pag. 141, ed. Venet.

modi proinde testimonio pronas aures concedito: «Adest,» inquit, «dilectissimi fratres, venerabilis dies omnium sanctorum solemnitate præcellens: adest, inquam, dies præclara, dies inclyta, dies in qua e mundo migrasse creditur Virgo Maria.» Mox præripiens objectiones, illis occurrit, scribens: «Hinc sane pulsantur nonnulli, quia nec corpus ejus in terra invenitur, nec assumptio ejus cum carne, ut in apocryphis legitur, in catholica reperitur historia. Quibus dicendum est, quia si Moysis corpus ab homine non invenitur in terris, cum quo locutus est Deus facie ad faciem; illius quærere dementia est, per quam idem majestatis Deus incarnatus effulsit in terris. Neque enim dignum est de corpore ejus notitia sollicitum quempiam esse, quam nemo dubitat super angelos cum Christo regnare. Sufficere debet tantum notitiæ humanæ, hanc vere fateri Reginam angelorum, pro eo quod Regem peperit angelorum (1).»

Eadem ferme tempestate tum sententia et pietate, tum sapientia et omnigena penes Anglos septemtrionales eruditione præfulsit Beda, cognomento et usu dictus *Venerabilis*, ex Ordine S. Benedicti: nostræ sententiæ plane cohæret: «Hodie, fratres charissimi, celebramus festivitatem S. Mariæ Dei Genitricis, quæ hodie translata est in cælum de mundo, ut pro nobis oret Filium, quia mundus deletus esset, nisi per preces Mariæ sustineretur (2).» Omnes porro critici autumant vocem *translatio* in subjecta materia corporeo materialique

(2) Serm. de S. Maria.

prorsus sensu intelligi oportere. Genunum insuper martyrologium Bedæ habet: *S. Mariæ dormitio*. Sic apocryphum ejusdem Bedæ Palat. Vaticani 833: aliud ibidem 834 apocryphum habet: *Assumptio S. Mariæ Matris Domini*. Collectio quoque scriptorum veterumque monumentorum (1) complectitur Kalendarium seu librum annualem Bedæ, ubi signat: *Assumptio S. Mariæ Matris D. N. J. C.*

9. Hincmarus remensis episcopus qui cursum peregrinationis hujus vitæ absolvit ann. 882, de Christo redivivo ac de resurgente Deipara festiva poemata cecinit, quorum plura nostram ad rem ponuntur:

Qui dum surrexit, multorum corpora  
fecit  
Surgero, quos secum vexit ad astra  
poli.  
Sanctior his cunctis Verbum quæ gignere  
vitæ  
Facta es digna tuo corpore virgineo.  
Quæ caro sancta Dei non est corrupta  
sepulcro  
Nec tua, qua corpus sumpserat ipse  
Deus (2).

Hoc ipsosæculo præsententiæ optime congruit Walafridus Strabo Fuldensis, ordinariæ glossæ biblicæ auctor: «Facta fuit vero,» ait, «arca de lignis setim, quæ sunt imputribilia ad significandum puritatem beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit purissima mente et corpore, et etiam post mortem conservata a corruptionis putrefactione (3).» — Inclaruit sæc. 11<sup>o</sup> vercellensis epi-

(1) Tom. VI, pag. 645.

(2) Carm. dogmat. in Deip., vv. 84, 85 seqq., pag. 455 apud Maji classic. script., tom. V.

(3) In cap. XXV.

scopus Atto qui de Virgine loquens, ait: «De morte ipsius nullam fingamus dubietatem quam et in sui Filii cognovimus humanitate. Morti tamen succumbere diu non meruit, quam ex ea sumpta caro devicit, nempe ejus Filius cælos ascendit per majestatem, matrem illuc assumere poterit per pietatem. Nec dubium est ei suam impertiisse gloriam, eamque totius mundi constituisse dominam (4).» — Fulbertus carnotensis, gallicanus sacerorum antistes, qui vitæ curriculum complevit ann. 1028, pro Virginis Assumptione tributum solvit: «Hic, Joannes nempe evangelista, ministravit ei, Mariæ videlicet, post passionem et resurrectionem Domini; in finem fuit sepulta Sanctissima in valle Josaphat, ubi est ædificata ecclesia in honorem ejus, et S. Joannes sepultus est Ephesi. Post vero cum christiani reliquias matris ejus videlicet Domini recipere vellent, sepulcrum vacuum invenere. Sed in sepulcro beati Joannis respicientes non invenerunt nisi manna. Credidit itaque christiana pietas quod Christus Deus Dei Filius matrem suam gloriosam resuscitaverit et exaltaverit super cælos, et quod beatus Joannes virgo et evangelista gloriam ejus participari mereatur in cælo (5).» Notatu digna sunt illa verba *credidit christiana pietas*: publicam universalemque designant christianorum fidem.

Prætermitti silentio nequit S. Odilon in Alvernia natus, cluniacensis Abbas,

(4) Serm. XVII in Assumpt., pp. 38-40 apud Maji Script. vet., tom. VI.

(5) Serm. II de Nativ. Mariæ.

qui rebus gestis Mariæ Virginis post sui Filii Ascensionem soluta oratione narratis, scribit: « Quippe quia cum his semper fuit ab ipsorum conversionis initio, usque ad illum diem, in quo Unigenitus Dei filius et homo ex ea vera fide genitus, a laboribus hujus vitæ voluit eripere, et ad gloriam sibi a sæculis præparatam, ut creditur et prædicatur, super choros angelorum dignatus est elevare (1). » Illa verba ut creditur et prædicatur non solum animæ triumphum, de quo nulla poterat suboriri difficultas, verum et corporalem Deiparentis in cælum sublationem attingunt. Et infra Deiparam Virginem alloquitur: « Tu tot divinis muneribus cælestibus sancta, tu tam granditer gratia Dei es referta, ut per florem tui virginalis uteri omnipotens Pater superaret tenebrarum principem, mortis auctorem, et amoveret a paradisi aditu gladium flammeum atque versatilem; et per eum quem tua generavit virginitas, cælestes fidelibus aperiret portas; et ut credit fidelium fidei firmitas, assumpsit ad æternitatis suæ solium cum multitudine angelorum, occurrens tibi festiva ex te incarnata divinitas, sicut universo orbi hodie tuæ gloriosæ assumptionis repræsentat celebritas. » Præterea: tanto devotissimus Abbas venerationis sensu Virginis Mariæ coluit Assumptionem, ut eam jucundis etiam numeris celebraverit; unde speciminis gratia hos tantummodo laudamus:

Ut deceat omnes credere,  
Cælesti diademate  
Laude occurrit obvius  
Christus ex ea genitus.

(1) Serm. de B. Maria.

Ultra angelorum gloriam,  
Tuorum delicti nescium,  
Secum ad Patris solium  
Reportat pignus optimum.

Quale pignus? ut ex tota serie peccatos liquet, animam simulque Virginis Deiparæ corpus. — De SS. Petro Damiani et Anselmo quorum prior sæc. 11<sup>o</sup> in finem vergente ac posterior sæc. 12<sup>o</sup> ineunte præluxit, in seqq. capp., occasione nacta, perloquemur.

10. Sæc. 12<sup>o</sup> Virginis Assumptionem mire tradidit docuitque Sicardus, hujus ævi scriptor egregius, qui cremonensi ecclesiæ aliquamdiu præfuit. Ipse porro scribit: « Transitus B. Virginis antonomastice assumptio nominatur, quia primum est assumpta anima et postea, ut pie creditur, assumpta in corpore. Et attende quod quinque sunt festivitates authenticæ de B. Virgine: prima est nativitas, secunda est annuntiatio, tertia partus, quarta purificatio, quinta est assumptio. Verumtamen secunda et tertia potius Domini sunt. Inter illas quæ ad Virginem specialiter pertinent hæc major est (2). » Verum, non esset cur Assumptio cæteris præferretur solemnitatibus, si unius animi triumphum respiceret. — Almæ Dei Genitrici Mariæ sideribus receptæ hoc ævo præstantissimus scriptor Ugo de sancto Victore qui ann. 1140 appositus est ad fratres suos, canonicos regulares Ord. S. Augustini, coronam nexuit gemmis auroque micantem. Mariæ privilegia numerans, ait: « Septimum (privilegium) quod cum corpore quo quantum credimus in cælo vivit. Licet

(2) Medit. lib. ix de festis SS. rum et de Assumpt. Mariæ.

enim beatus Hieronymus hic opinionem ponit, non tamen factum abnuit, sed ratione astuta tota fidei nostræ colla submisit; in qua dicimus non impossibile Deo esse ut illud divinitatis tabernaculum singulare corruptioni non subjaceat, vel vermibus; qui enim trium puerorum vestimenta in camino ignis illæsa servavit, corpus matris propriæ incorruptum servare potuit et voluit (1). » Quibus inferitur Ugonem victorinum, quem plerique cognominant alterum Augustinum vel linguam Augustini, nedum corpoream Deiparentis Assumptionem propugnare atque tueri, verum et difficultatem a sermone petitam qui tunc temporis doctori maximo Hieronymo tribuebatur, discutiendam et exsufflandam solerti cura proposuisse.

Hugoni de S. Victore mire congruit Richardus a S. Victore, qui Lutetiæ ann. 1173 vivere desiit. « O jubulum, » ait, « quo jubilat mater nato unita. O! quam præclara rutilat duplicibus vestita, vere surrexit dulcis mater Christi (2). » Et alio in loco iterum: « Extrema hujus terræ diei possunt conceptio carnalis et mors corporis. A primo extremo excussit fomitem et motus pravos in sanctificatione; ab ultimo extremo excussit putrefactionem, vermem et pulverem in resurrectione (3). » — Amadeus, ex cisterciensi monacho episcopus lausannensis, in vii homilia de laudibus Virginis Mariæ veritatem nostræ theoseos devotissime celebravit: « Maria

(1) De erudit. Theolog., lib. iii.

(2) De exposit. Ezech. II. Reg. vi, part. 2.

(3) De Laud. Virg., lib. ii.

(4) Extant octo homilie de Laud. Virg. ex re-

prima post Deum super omnes cæli-  
genas in sede gloriæ collocatur, ibi  
resumpta carnis substantia; neque  
enim credere fas est corpus ejus vi-  
disse corruptionem, et duplici stola  
induta Deum et hominem in utraque  
natura quanto cæteris clarius, tanto  
ardentius universis mentis et carnis  
oculis contemplat (4). » — Hildebertus  
primum cenomanensis episcopus, tu-  
ronensi dein honestatus pallio, qui  
ann. 1140 candidam efflaviv animam,  
candide piam sententiam profletur:  
« Hodie autem B. Virgo et animæ  
beatitudinem et glorificationem cor-  
poris est adepta; quod ne cui veniat  
in dubium, auctoritatibus adstruamus.  
Hodierna clamat oratio, nec tamen  
mortis nexibus deprimi potuit. Eam-  
dem etiam ad imitationem angelorum  
in ascensione Domini dicentium, quis  
est iste qui ascendet de Edom (5)?  
Fuit etiam propheticæ prædicta de  
ascensu Virginis: Quæ est ista quæ  
ascendit veluti aurora coruscans, pul-  
cra ut luna, electa ut sol (6)? Non  
solet in Scriptura pulcritudo solis  
et lunæ nisi corporibus proprie ap-  
tari (7). »

Obiter heic admonemus, hujus au-  
spicatissimæ veritatis agnitionem, ut  
diei rutilans astrum, sensim progredi  
ad perfectam usque rei evidentiam;  
quum primis Ecclesiæ sæculis pallen-  
tes radii lucis eruperint, nunc autem  
paulatim pedetentimque grande flu-  
men splendoris in nostram quam in-  
timo corde alimus, piam sententiam

cognitione P. Gibbon Societatis Jesu, fol. 1202.

(5) Is. cap. LXIII, 1.

(6) Cant. cap. vi, 9.

(7) Serm. i in Deip. Assumpt.



scaturit. Prosequimur enim, et illustrium scriptorum veterumque PP. opima seges nostris sub manibus ultronea suppeditatur.

Petrus cellensis, primum monachus, deinde carnotensis episcopus qui anno 1187 ad meliorem vitam translatus est, Assumptionis veritati utroque pollice subscribit. Cum autem de singulari hoc privilegio sermonem ad populum habuisset, Assumptionis momenta cœlites exponere fingit, iisque Prophetæ verbis, *Virgo Israel revertere in civitates tuas* (1), de Virgine Deipara interpretatis, addit: «Primo revertere a captivitate mundi, quia captivitati non debet subijci, per quam captivi a captivitate sua sunt absoluti. Secundo revertere ab homine sine corruptione carnis: quia sicut immunis es a corruptione peccati, sic ad immortalitatem transire debes absorpta mortalitate per gratiam Dei. Tertio revertere ad libertatem gloriæ filiorum Dei; quia sicut peccatum nunquam regnavit in tuo mortali corpore, sic digna es perfrui etiam in carne virginali eadem spiritus libertate, qua fruuntur in sua spiritali substantia angeli ab ipsa sua creatione sive potius confirmatione. Quarto revertere ut intueamur te a dignitate angelorum ad superexcellentiā jam beatorum spirituum; quia sicut in facie Filii tui desideramus prospicere, sic in specie et in plenitudine tua vultus desigere volumus, et luce vultus tui illustrari omnimodis satagimus (2).» Et alibi hanc de virginalibus Deiparentis exuviis quæstionem movet;

(1) Is. cap. xxxi, 21.

(2) De Assumpt. Serm. II.

unde sic: «Quid autem caro Virginis? Nonne fuit præjacens materia, de qua opifex Trinitas naturam humanam fabricavit, quam inseparabiliter univit Verbo Dei una simul operatione non tamen eadem Trinitatis assumptione?» Ibidem rursus: «De hac sanctificata massa partem sibi Filius assumpsit, quam statim assumendo deificavit, et tam ille quam de illa in tota protoplasti massa tam redemptione, quam sanctificatione operatus est salutem totius ejusdem humani generis; ac deinde sprevit, dereliquit, oblitusque est lectuli sui, cubiculique sui, templi sui, ortus sui, paradisi sui, matris suæ? absit; *etsi mater, inquit, oblita fuerit filii sui, ego non obliviscar tui* (3). Nemo carnem suam odio habet, nec Jesus distulit in matre vincula carnis solvere, nec destitit mansionem juxta se etiā parere (4).»

Addendus pariter est hujusce sæculi scriptoribus præclarissimus Arnaldus carnotensis, Abbas Bonævallis: en sua hac de re candida mens: «Verum de Maria, quod cœpimus ut breviter prosequamur, hoc ex actionibus apostolorum traditum nobis accepimus, quod, post passionem Christi cum apostolis usque ad Pentecosten in orationibus et jejuniis, unanimiter conversata est. Postea vero, Joanne in ejus obsequio perseverante, non diu vocatione dilata migravit ad Filium, et angelis occurrentibus et deportantibus illa incluta anima assumpta est in cælum. Verum in corpore an sine corpore? Nullius canonicæ scripturæ definivit aucto-

(3) Is. cap. XLIX, 15.

(4) De Assumpt. Serm. VII sub init.

ritas; sed quocumque modo sit, eam cum Christo esse dubium non est (1).» Perinde ac si dicere velit: quamquam sacra Biblia nusquam corpoream Virginis Assumptionem profiteantur; nihilo tamen secius veterrimæ traditionis auctoritate fulti veritatem illam agnoscere debemus faterique: si namque *dubium non est*, Virg. Mariam esse cum Christo, in anima proin et corpore; quis enim Virginis animam post ejus transmigrationem a Christo disjunctam suspicatur?

Eidem sententiæ mordicus adhæret Petrus Blesensis anglus, qui sermones quatuor in Mariæ Virginis Assumptionem diserte solideque conscripsit. In eorum primo sic mentem suam hac super re diligenter aperit: «Gaudet Christus, et matri suæ hodie festinus occurrit; nec dedignatur suæ legi satisfacere, per quam parentes honorari præcipit. David, qui Christi figurativam gerebat imaginem, gaudebat et psallebat coram arca veteris testamenti, coram cella aromatum, coram Sacratio Spiritus sancti.» Verba ista non nisi ad corpus referri congrue possunt. Et tradita sub finem ratione propter quam in terris matrem suam reliquerit Christus, ait: «Videbatur Christo quod non totus ascendisset in cælum, donec illam traxisset ad se, de cujus carne et sanguine traxerat corpus suum. Desiderio ergo desiderabat Christus habere secum vas illud electum, corpus Virginis.» Nec minus luculenter patet ejus mens in altero sermone: «Elevata est post Filium tuum magnificentia tua super cælos, ut in terris tuam non deserat

(1) De Laud. Mar. Virg. circa fin.

carnem, qui terrenam de carne tua traxit originem. Credo siquidem, quod qui nascendo integrum custodivit in matre virginali signaculum, ipse corpus Virginis, in quo per ipsum plenitudo divinitatis habitare dignata est, servavit ab omni mortalitate et corruptione illæsum. Sane quæ tota vixerat casta, tota immaculata, tota impolluta et integræ, quomodo sentiret, aut sentire deberet quid esset humani corporis corruptela? Secure jam potest in cælum ascendere, quæ in terris vitam duxit angelicam.» Hinc sat superque constat, beatissimam Virg. Mariam cum anima simul et corpore almo cælestis gloriæ lumine beari.

Nec satis. Richardus a sancto Laurentio qui magna per id temporis sapientia et magna pietate colluxit, quodam, ut ita dicam, enthymemate nostram quam tenuiter evincendam proposuimus, veritatem roborat atque illustrat. «Extrema hujus terræ,» inquit, «dici possunt conceptio carnalis et mors corporis; in primo extremo excepit fomitem, et motus pravos in sanctificatione: ab ultimo extremo excussit putrefactionem, vermem et pulverem in resurrectione (2).»

Ponit huic capiti coronidem divus Bernardus, claravallensis Abbas, qui sæc. 12<sup>o</sup> decus singulare refulgens, Principum, Regum, Episcoporum, Romanorumque Pontificum magister et oraculum fuit; hæreticorum autem quasi flagellum. Hoc proinde caput cum illo claudentes qui non minus sanctitate quam omnigena doctrina illustris omnium Patrum agmen clau-

(2) De Laud. Virg., lib. II.

dit (1), magnam hanc lucem haurire lætamur: « Accepi sane, » inquit, « ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione recolendum, quo assumpta (Maria) de sæculo nequam, cælis quoque intulit celeberrimorum festa gaudiorum (2). » Quibus profecto verbis Assumptionem Virginis tum quoad animam, tum quoad corpus intellexit mellifluis Pater; quum de animæ glorificatione nulla potuerit suboriri difficultas, nulla contradictio. — Alio in loco illam psalmi Davidici pericopen ad trutinam vocans: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, postquam luculentius dicit: « Haud dubium quin de corpore dicat quod in sepulcro jacebat exanime, hoc enim sanctum est, et angelus qui nuntiavit Virgini, loquutus est dicens: *Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei*; » protinus subdit: « Quo ergo pacto sanctum videre poterit corruptionem, quando de incorrupti uteri perpetuo virore vernantibus pascuis ortum, etiam avidos in se angelorum figere possit obtentus insatiabiliter oblectandos (3)? » Exinde plane colligitur, quænam insederit divo Bernardo mens non tantum pro Virginis Assumptione, verum et pro immaculato ejus Conceptu, quamquam contrarium plerique dicent. Ulterius: inclytum Doctorem (4) in illa vere mellita ac diserta oratione præstat audire loquentem: « Si Joannis parvuli nondum nati anima liquefacta est, ut Maria locuta est, quid puta-

(1) Cf. Natalem Aragonen. *De optima legendorum Patrum methodo*, Augustæ Taurin. 1742, lib. 1, c. 1.

(2) Ep. 174 ad Canon. Lugdun., n. 3 Oper. t. I.

(3) Serm. xxxv in Cantic., num. 5.

mus, quænam cælestium exultatio cum et vocem audire et videre faciem, et beata ejus frui præsentia meruerunt (5)? » Et inferius num. 4 iterum: « Sed illud quis cogitare sufficiat quam gloriosa hodie mundi regina processerit, et quanto elevationis affectu tota in ejus occursum cælestium legionum processerit multitudo! quibus ad thronum gloriæ canticis sit deducta, quam placido vultu, quam serena facie, quam divinis amplexibus suscepta a Filio, et super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit filium? felicia prorsus oscula, labiis impressa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. » In hæc mellifluis Patris atque Doctoris verba pulcre Serry: « Quæ verba Bernardi etsi de prima facie haud ita diserta videantur, ut Virginem corpore simul et anima assumptam evincant, evincunt tamen si penitus perpendantur. Nisi enim ad violentam figuram totus mellifluis Patris sermo flectatur; qui fieri potuit, ut in ipso cælorum aditu Mariæ vocem audirent angeli, viderent faciem beataque illius præsentia fruerentur, ipseque Dei filius matris labiis oscula figeret, materque vicissim virgineo gremio applauderet, si anima tantum, non ita tamen corpore in cælos Virgo Maria assumpta est? cur etiam omni carni loquendi, lætandique tempus tum demum datum Bernardus diceret, nisi

(4) Pius VIII ex sacrorum Rituum congregationis consilio S. Bernardum universalis Ecclesie Doctorem declaravit et confirmavit.

(5) Serm. 1 de Assumpt., num. 1.

quod matris Domini carnem tunc demum in cælos assumptam existimare? aut quid solam tunc hominis naturam corpore simul constantem et animo supra immortales spiritus exaltatam in Virgine prædicaret, nisi quod in Christo Domino cælestem gloriam assecuto, non solum per sese hominis natura, sed ut Dei verbo unita supra omnes immortalium spirituum choras evecta fuerat (1)? » Pariter ille qui omne tulit punctum; nam miscuit utile dulci: « Tempus loquendi omni carni, cum assumitur incorrupti Verbi mater in cælum, ut cessare debeat a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exallatur in Virgine (2). » Alia divi Bernardi testimonia quæ innumera prope sunt, silentio premimus, fastidio lectorem prosequi verentes. Hoc tamen, quia pulchrius, laudare compellimur: « Denique sicut Salomon in omnibus thesauris suis, et in opibus tantis nihil habuit tam pretiosum, quod in opus illud magnificentum, thronum scilicet gloriæ suæ judicaret ebori præferendum; sic Maria singularem præ omnibus electis angelorum et hominum invenit gratiam apud Deum, ut videlicet Dei conciperet et pareret Filium, atque ex eboris corporis ejus thronum sibi virtus Altissimi sine manibus excideret gloriosum. Gloriosus prorsus ille thronus et mirabilis, de quo Scriptura perhibet: *Quia non est factum tale opus in universis regnis* (3): et quod facile testimoniis probaretur angelorum, qui semper et insatiabiliter in gloriam et

(1) Exercit. lxxvi.

(3) III. Reg. x, 20.

(2) Serm. iv, n. 1.

decorem dominici corporis prospicere concupiscunt. Quia enim in universis regnis non est factum tale opus, quicquid factum est, flectat ei genu in omnibus regnis cælestium, terrestrium et infernorum. Quam beatus igitur ille venter eburneus, unde caro eburnea sumpta est Redemptoris, pretium animarum, miraculum angelorum, solium summæ majestatis, thronusque potestatis, cibus vitæ immortalis, medicina peccati, restitutio sanitatis. *Quotquot*, inquit, *tangebant eum, sanabantur a languoribus suis; nam virtus de illo exibat et sanabat omnes* (4). » Quantumvis heic corporea Virginis Assumptio nequaquam disertis conceptisque verbis deprehendatur, ex orationis tamen serie nimis aperte colligitur; quum caro Virginis, divo Augustino referente, Christi caro quodammodo sit: unde si manserit ista corruptionis expers, incorrupta mansit et illa.

Mirabilem igitur in modum nostra liquet veritas ex locis parallelis memorati Doctoris ac Patris qui tanti faciendus est, ut prouti solertem apem per amœnissima florentis Ecclesie vireta volitantem ex quovis patristico flore mella veritatis cujuscumque sxisse videatur. Nullum proinde testimonium deduci ex antiquitate poterit, quod commode cum pia sententia componi nequeat: divino namque providente Numine factum est, ut nihil unquam Patribus aliisve sui temporis ecclesiasticis scriptoribus exciderit calamo quod Virginis Assumptioni refragaretur; et ideo nedum labentibus

(4) Serm. 1 in Annunc. Dominica in operib. supp. et alien. adscript. Guerric. Abb.

ævis piam omnes tradidere sententiam, verum et nullus unquam eorumdem aliquantisper ex ea deflectere visus est. Quocirca rivulus ille traditionis qui ab Apostolis et apostolicis Patribus primum emersit, in amplissimum denique ac nobilissimum excrevit flumen. Jure proinde merito divus Bernardus Virginis excellentiam contemplatus, eam pulcere compellat: *negotium omnium sæculorum* (1); ad ipsam namque tendunt omnia sæcula, nec non ipsam celebrandi ornandique causa certatim omnia sæcula negotiantur.

#### Caput V.

Ecclesia latino-græco-scholastica.

1. Deus post prophetas, apostolos et evangelistas juxta Paulinam sententiam (2) posuit in Ecclesia pastores et doctores, ne circumferamur omnivento doctrinæ: pastores et doctores non utique privatos, sed publicos et universales, dummodo sanctitatis ac sapientiæ radiis, nuperi licet, in firmamento Ecclesiæ prout astra divinitus accensa coruscaverint. Huc erit sermo de scholasticis DD. qui sunt muri ænei in domo Jacob, de quorum principe novatorum coryphæus ajebat: *Tolle Thomam, et dissipabo Ecclesiam Dei.* Hi quoque sacra volumina diurna nocturna manu versantes, patrum legitimi hæredes fiunt, qui auream continentemque veteris ecclesiasticæ traditionis catenam ad temporis usque consummationem nectunt atque producant. Heic sub *scholasticorum* nomine veniunt omnes ad præsens usque

(1) Serm. II de Pentecoste.

(2) Ad Ephes. iv, 11 seqq.

tempus theologi, qualibet sive scholastica, sive positiva methodo sacram docuerint Theologiam. Eos inter theologos ceu pastores et doctores plerique coruscant. De PP. quorum nonnulli pastores et doctores itidem vocitantur, loquuti paulo ante fuimus; modo de pastoribus et doctoribus, nec non de aliis quibuscumque theologis scholasticam præsertim Theologiam ubertim callentibus perpauca delibare conmittimur.

2. Divus Joannes Damascenus, ecclesiæ græcæ doctor, mira *Dialectica* in qua haud pauca habet ad philosophorum ethnicorum, hæreticorumque fallacias detegendas, atque ad intelligentiam veterum græcorum scriptorum aptissima, ex Aristotele germen accipiens, sæc. VIII scholasticam Theologiam plantavit. Voluit Deus, ut toto pene mundo converso, potentia sæcularis ad conservationem Religionis inserviret; voluit Deus ut sapientia sæcularis eundem in finem ancillaretur. Retulimus alibi Jo. Damascenum, ita tamen, ut hanc modo relationem complere debeamus. « O quomodo vitæ fons, » inquit religiosissimus Doctor, « ad vitam media morte trahitur! O quomodo quæ pariendo naturæ leges excesserat, nunc ejus legibus cedit, et corpus immaculatum morti subicitur! Oportet enim hoc mortali posito induere incorruptionem, quemadmodum naturæ Dominus mortis periculum facere non recusavit (3). » Et paulo infra: « Quemadmodum sol iste splendidissima perennique luce præditus, tametsi cum a lunari tan-

(3) Orat. I in Dormit. B. Mariæ Virg.

tispercorpore obtegatur, modo quodam deficere, et caligine obrui, et fulgorem cum tenebris mutare videatur, non tamen luce sua destituitur, verum sui luminis fontem perpetuo scaturientem habet, quin imo ipse luminis fons est indeficiens, velut ab ejus Conditoro Deo constitutum fuit; sic tu quoque fons veri luminis et inexhaustus ipsiusmet vitæ thesaurus, uberrima benedictionis scaturigo, quæ cuncta nobis bona conciliasti et attulisti, etsi ad tempus aliquod corporeo modo morte obtegeris; attamen immensi luminis immortalisque vitæ et veræ felicitatis puros et inexhaustos latices, gratiæ flumina, sanationum fontes, perennemque benedictionem fundis... Quamobrem sacrum transitum tuum minime mortem appellabimus, sed somnum et migrationem, vel ut aptiori voce utar, præsentiam ad Deum: excedens enim de corpore, præsens existi ad potiora... Quocirca non te mors beatam fecit, sed ipsa mortem hilarem reddidisti; ut quæ moestitiam ejus sustuleris, ipsamque gaudium esse præstiteris. Quamobrem sacrum et incontaminatum corpus tuum piæ sepulturæ tradebatur, angelis partim præcurrentibus, partim circumdantibus, partim sequentibus, nullum denique obsequii genus prætermittentibus, quod Domini ipsorum parenti adhiberi par esset... Te Apostolorum agmen veram Domini Dei arcem, uti quondam sacerdotes typicam illam humeris tollentes et in sepulcro condentes, per ipsum, veluti per Jordanem alterum, ad veram promissionis terram, hoc est ad supernam Jerusalem, omnium fidelium matrem,

cujus artifex et Conditor Deus, transmiserunt. » Ac deinde rursus: « Sicuti sanctum incorruptumque illud corpus, quod Deus ex ea Personæ Suæ copulaverat, tertia die e monumento surrexit; sic etiam HANC E TUMULO ABINI matremque ad filium migrare par erat. » Insuper: die XV augusti Cryptoferratense Typicum innuit legendam homiliam divi Jo. Damasceni in Obdormitionem Deiparæ cujus initium est: *Nemo quidem inter homines* (1). In hac homilia egregius ille doctor Marianus qui uti scholasticorum princeps ubilibet celebratur, non modo historiam et traditionem corporeæ Assumptionis declarat, sed et argumenta profert, multas pulcherrimas e sacris Litteris figuras allegoricas complectitur, et locupletissima in medium adducit testimonia; unde quæ fuerit non modo sua, et jerosolymitanæ ecclesiæ, ubi verba faciebat, sed et universæ ecclesiæ græcæ cujus præcipuum erat ornamentum et decus, firma persuasio de psychosomatica Deiparentis Assumptione, diserte proclamat. Quæ quum ita sint, juxta principem et ducem scholasticæ tantopere proficue scholæ beatissima Virgo gloriosa surrexit, et adeo gloriosa, ut id solummodo Deus agnovit: *ὁς μόνος ἐπίσταται Θεός.* Jure proinde merito religiosissimus Tullius Dandolo de orationibus Damasceni loquens, ait et monet, flagrantem erga Ss. Dei Parentem Virg. Mariam Damasceni charitatem summopere patet fieri, et vulgatissimam ea tempestate de corporea Virginis Assumptione

(1) Opp. S. Jo. Damasc., edit. Lequien. Patrolog. Græc., ed. Migne, tom. xcvi, col. 721.

ævis piam omnes tradidere sententiam, verum et nullus unquam eorumdem aliquantisper ex ea deflectere visus est. Quocirca rivulus ille traditionis qui ab Apostolis et apostolicis Patribus primum emersit, in amplissimum denique ac nobilissimum excrevit flumen. Jure proinde merito divus Bernardus Virginis excellentiam contemplatus, eam pulcere compellat: *negotium omnium sæculorum* (1); ad ipsam namque tendunt omnia sæcula, nec non ipsam celebrandi ornandique causa certatim omnia sæcula negotiantur.

#### Caput V.

Ecclesia latino-græco-scholastica.

1. Deus post prophetas, apostolos et evangelistas juxta Paulinam sententiam (2) posuit in Ecclesia pastores et doctores, ne circumferamur omnivento doctrinæ: pastores et doctores non utique privatos, sed publicos et universales, dummodo sanctitatis ac sapientiæ radiis, nuperi licet, in firmamento Ecclesiæ prout astra divinitus accensa coruscaverint. Huc erit sermo de scholasticis DD. qui sunt muri ænei in domo Jacob, de quorum principe novatorum coryphæus ajebat: *Tolle Thomam, et dissipabo Ecclesiam Dei.* Hi quoque sacra volumina diurna nocturna manu versantes, patrum legitimi hæredes fiunt, qui auream continentemque veteris ecclesiasticæ traditionis catenam ad temporis usque consummationem nectunt atque producant. Heic sub *scholasticorum* nomine veniunt omnes ad præsens usque

(1) Serm. II de Pentecoste.

(2) Ad Ephes. iv, 11 seqq.

tempus theologi, qualibet sive scholastica, sive positiva methodo sacram docuerint Theologiam. Eos inter theologos ceu pastores et doctores plerique coruscant. De PP. quorum nonnulli pastores et doctores itidem vocitantur, loquuti paulo ante fuimus; modo de pastoribus et doctoribus, nec non de aliis quibuscumque theologis scholasticam præsertim Theologiam ubertim callentibus perpauca delibare conmittimur.

2. Divus Joannes Damascenus, ecclesiæ græcæ doctor, mira *Dialectica* in qua haud pauca habet ad philosophorum ethnicorum, hæreticorumque fallacias detegendas, atque ad intelligentiam veterum græcorum scriptorum aptissima, ex Aristotele germen accipiens, sæc. VIII scholasticam Theologiam plantavit. Voluit Deus, ut toto pene mundo converso, potentia sæcularis ad conservationem Religionis inserviret; voluit Deus ut sapientia sæcularis eundem in finem ancillaretur. Retulimus alibi Jo. Damascenum, ita tamen, ut hanc modo relationem complere debeamus. « O quomodo vitæ fons, » inquit religiosissimus Doctor, « ad vitam media morte trahitur! O quomodo quæ pariendo naturæ leges excesserat, nunc ejus legibus cedit, et corpus immaculatum morti subicitur! Oportet enim hoc mortali posito induere incorruptionem, quemadmodum naturæ Dominus mortis periculum facere non recusavit (3). » Et paulo infra: « Quemadmodum sol iste splendidissima perennique luce præditus, tametsi cum a lunari tan-

(3) Orat. I in Dormit. B. Mariæ Virg.

tispercorpore obtegatur, modo quodam deficere, et caligine obrui, et fulgorem cum tenebris mutare videatur, non tamen luce sua destituitur, verum sui luminis fontem perpetuo scaturientem habet, quin imo ipse luminis fons est indeficiens, velut ab ejus Conditoro Deo constitutum fuit; sic tu quoque fons veri luminis et inexhaustus ipsiusmet vitæ thesaurus, uberrima benedictionis scaturigo, quæ cuncta nobis bona conciliasti et attulisti, etsi ad tempus aliquod corporeo modo morte obtegeris; attamen immensi luminis immortalisque vitæ et veræ felicitatis puros et inexhaustos latices, gratiæ flumina, sanationum fontes, perennemque benedictionem fundis... Quamobrem sacrum transitum tuum minime mortem appellabimus, sed somnum et migrationem, vel ut aptiori voce utar, præsentiam ad Deum: excedens enim de corpore, præsens existi ad potiora... Quocirca non te mors beatam fecit, sed ipsa mortem hilarem reddidisti; ut quæ moestitiam ejus sustuleris, ipsamque gaudium esse præstiteris. Quamobrem sacrum et incontaminatum corpus tuum piæ sepulturæ tradebatur, angelis partim præcurrentibus, partim circumdantibus, partim sequentibus, nullum denique obsequii genus prætermittentibus, quod Domini ipsorum parenti adhiberi par esset... Te Apostolorum agmen veram Domini Dei arcem, uti quondam sacerdotes typicam illam humeris tollentes et in sepulcro condentes, per ipsum, veluti per Jordanem alterum, ad veram promissionis terram, hoc est ad supernam Jerusalem, omnium fidelium matrem,

cujus artifex et Conditor Deus, transmiserunt. » Ac deinde rursus: « Sicuti sanctum incorruptumque illud corpus, quod Deus ex ea Personæ Suæ copulaverat, tertia die e monumento surrexit; sic etiam HANC E TUMULO ABINI matremque ad filium migrare par erat. » Insuper: die XV augusti Cryptoferratense Typicum innuit legendam homiliam divi Jo. Damasceni in Obdormitionem Deiparæ cujus initium est: *Nemo quidem inter homines* (1). In hac homilia egregius ille doctor Marianus qui uti scholasticorum princeps ubilibet celebratur, non modo historiam et traditionem corporeæ Assumptionis declarat, sed et argumenta profert, multas pulcherrimas e sacris Litteris figuras allegoricas complectitur, et locupletissima in medium adducit testimonia; unde quæ fuerit non modo sua, et jerosolymitanæ ecclesiæ, ubi verba faciebat, sed et universæ ecclesiæ græcæ cujus præcipuum erat ornamentum et decus, firma persuasio de psychosomatica Deiparentis Assumptione, diserte proclamat. Quæ quum ita sint, juxta principem et ducem scholasticæ tantopere proficue scholæ beatissima Virgo gloriosa surrexit, et adeo gloriosa, ut id solummodo Deus agnovit: *ὅς μόνος ἐπίσταται Θεός.* Jure proinde merito religiosissimus Tullius Dandolo de orationibus Damasceni loquens, ait et monet, flagrantem erga Ss. Dei Parentem Virg. Mariam Damasceni charitatem summopere patet fieri, et vulgatissimam ea tempestate de corporea Virginis Assumptione

(1) Opp. S. Jo. Damasc., edit. Lequien. Patrolog. Græc., ed. Migne, tom. xcvi, col. 721.

sententiam præ cæteris coluisse (1). Tanta fuit pro Deipara in cælum assumpta illius studium et pietas, ut V. Maria de cælo apparens suo doctori manum ob defensionem sacrarum imaginum abscissam restituerit. Sic refert Joannes jerosolymitanus in ejus vita.

3. In Synodo jerosolymitana contra calvinistas ann. 1672 coacta Virginis Assumptionem græca testatur ecclesia: in capite siquidem *de Cultu Sanctorum* R<sup>mi</sup> et Ex<sup>mi</sup> Patres Sacrorum Antistites ita de B. Virgine disserunt: « Ipsa proculdubio est Virgo Ss. quæ magnum in terra signum cum extiterit, eo quod Deum in carne genuit, et post partum integerrima Virgo permansit, recte etiam signum esse dicitur in cælo, eo quod ipsa cum corpore assumpta est in cælum. Et quamvis conclusum sepulcro fuerit immaculatum Corporis ejus Tabernaculum, in cælum tamen, uti Christus fuerat assumptus, tertio et ipsa die in cælum migravit. » Hæc quæ modo retulimus verba locupletissimum testimonium suppetunt orientalis ecclesie, ejus concilium organon est, seu ecclesia repræsentativa.

Præterea: indicta per novies Pium (recolendæ memoriæ) œcumenica vaticana Synodo, Archiepiscopus Smyrnæ cl. Spaccapietra Rom. Præsuli votum ardentem aperuit: « Nos etiam supplices litteras misimus (scilicet ad S. Patrem), ut gemmiferæ coruscantique coronæ quam ipse posuit in capite Virginis immaculatæ, illum adjungeret pulcherrimum florem qui

(1) *Il Cristianesimo nascente*, part. II, pag. 67.

nunc ei deest, dogmaticum nempe decretum suæ ad cælum Assumptionis, objectum veterrimi festi ecclesiarum græcæ ac latinæ. » Hæc etiam ætate nostra thessalonicensis archipræsul, clerique neapolitani decus et ornamentum Angelus Antonius Scotti piam sententiam pro virili tuetur atque propugnat: « Tres mirificas veritates in B. Virginis Assumptione meditatur: 1<sup>a</sup> Caro Virginis non corrumpitur; 2<sup>a</sup> Ante tempus novam habuit vitam; 3<sup>a</sup> Fuit in cælum protinus assumpta (2). » Hactenus de prima parte capitis.

Inter ecclesiam græco-patristicam et græco-scholasticam quale discrimen! en quomodo penes græcos, Fidei sole caligante, nostra mox elanguit opinio!! In Conciliis lateranensi IV sub Innocentio III ann. MCCXV, lugdunensi II sub Gregorio X ann. MCCXXIV, et florentino sub Eugenio IV a. MCCCXXXIX græci ter cum latinis inierunt pacem, symbolum cum additione particulæ *FILIOQUE* solemniter decantantes; ad suas tamen ecclesias reversi, in pristinum errorem et schisma ter sunt relapsi. In Concilio præsertim florentino, cunctis græcis episcopis subscribentibus, unus obstitit Marcus ephesinus qui redux in patriam græcos quamplures pervertit, et a pace tot laboribus inita revocavit; in cujus sceleris, ut creditur, poenam paulo post in ipso Pentecostes die, Constantinopoli a Turcis capta, græcorum imperium extinctum est, eosque Deus in errore et schismate quod adhuc perdurat, dereliquit!!! Ubi sunt tot

(2) *Meditationes ad usum Cleri*. In sabbato Dominicæ V post Pentecosten.

perspicuæ sedes? silentio et oblivione traditæ sunt; quamquam in eis Athanasius et Cyrillus, Chrysostomus et Basilius, uterque Gregorius et Epiphanius totum per orbem sanctitatis et sapientiæ radios porrexerint. Ubinam Romana Sedes et illæ quæ ab ista dependent? plusquam sol meridiana luce nitescunt. Ad istas proinde sedes et sedentes, ut lucem veritatis imbibant, lumina nostra vertamus.

4. Divus Anselmus Augustæ-Prætorix in subalpinis ortus docti Lanfranci discipulus et in sede cantuariensi successor ad æternam gloriæ coronam ann. 1109 transivit. Ipse summus theologus æque ac philosophus extitit, qui fidem ad intellectum seu scientiam evehere nisus est; merito proinde veluti parens habitus illius methodi quam scholastici sunt alacriter deinceps sectati. Hæc autem Benedictinæ familiæ decus peracutus Anselmus de corporea Virginis Assumptione disserit: « Felix dies, in qua Virgo Virginum, Sancta Sanctorum, mater misericordiæ assumitur: paradisi deliciarum, angelorum gloria, ad regalis solii celsitudinem sublimatur... *cum corpore suo* (quantum credimus) in cælo vivit (1). » Et alibi ea premens divi Pauli verba, *Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ*, iterum scribit: « Unde quia Joannes deerat, credimus matrem Domini in cælum esse assumptam, cujus sepulcrum ostenditur in valle Josaphat (2). » Si vacuum sepulcrum, ubi ergo sacratissimum ejus corpus reperitur? nusquam; dumtaxat in cælo. Et alio in loco beatis-

(1) De erudit. Theol., lib. III, tit. 125.

(2) De Assumpt., cap. VIII; ad Galat., c. I, 21.

simam Virginem affatur: « Virgo serenissima, Dei genitrix Maria, per merita tuæ gloriosæ Assumptionis et per amorem tui dulcissimi Filii a quo assumpta es in cælum, da mihi virtutem contra hostes tuos, et in regnum æternum ingredi. Felix namque es et omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol justitiæ Christus Deus noster. Sicut cedrus exaltata in Libano, et sicut cypressus in monte Sion, quasi myrrha electa dans suavitatis odorem. Exaltata super choros angelorum, gaudens et gloriosa in perpetuum regina cælorum, ubi adjuvas omnes qui te dominam glorificant, et sanctum nomen tuum humili prece frequentant (3). » Paucisque dein interjectis, rursus: « O Virgo gloriosa, quæ mortem subiisti, sed mortis nexibus deprimi non potuisti, quia tu sola Virgo genuisti eum qui erat mors mortis et morsus inferni. Adjuva me per mortem tuam, et per gaudia tuæ Assumptionis in cælum. » Et alibi quoque veritatem hanc modeste tuetur: « Prudentiori consilio, » ait, « illam præcedere volebas (o Jesu), quatenus in regno tuo ei locum præparares et sic comitatus, tota curia tua, festivus ei occurrens sublimius, sicut decebat, tuam matrem ad te exaltares (4). » Quamquam heic corpoream Virginis Assumptionem conceptis verbis nequaquam fateatur Anselmus, jure tamen optimo ex tota orationis serie juxta Ecclesie mentem omniumque fere doctorum sententiam loquutum fuisse conjicimus.

Cæteri quoque scholastici DD., quos

(3) Ad S. Virg. Mariam in Assumpt., art. 59.

(4) De Excell. Virg.

inter eminet Aquinas, veritatem assertæ theseos pulcherrimis congruentiæ momenti concorditer tradunt. Memoratus Aquinas sæc. 13<sup>o</sup> florens præ omnibus excelluit, jure meritoque nuncupatus *Angelicus Doctor*, sive miram ingenii felicitatem spectes, sive scriptorum editorum copiam et perspicuitatem, sive denique scholasticam Theologiam: si namque Damascenus eam plantaverit, et Anselmus cum Petro Lombardo rigaverit; incrementum autem dedit Aquinas (1). Iste loquens de teterrimis *væ* propter culpam in hominem prolatis, hæc subjungit: « Tertia fuit communis viris et mulieribus, ut scilicet in pulverem reverterentur, et ab hac immunis fuit beata Virgo, quia cum corpore est assumpta in cælum. Credimus enim, quod post mortem resuscitata fuerit, et portata in cælum: Psalm. 131: *Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ* (2). » Non est silentio prætermittendum, omnes cum S. Antonino illud opusculum in quo recitata verba referuntur, div. Thomæ adjudicare; licet Nicolaus Trivetus neutiquam opusculum illud in cathalogo librorum Aquinatis recenseat. — Idem angelicus magister in expositione Symboli ad art. *Resurrexit a mortuis* ait: « Resurrectio aliorum differtur usque ad finem mundi, nisi aliquibus ex privilegio ante concedatur, ut B. Virgini, et ut pie creditur, etiam Joanni Evangelistæ (3). » Huc animadvertas

(1) SS. Thomas et Bonaventura Doctores sæpius quam *Patres* appellantur; eo quod alia methodo Theologiam tractarint, quam a Patribus eo usque tradita fuit. Sylvius tamen eos etiam *Patrum* nomine donandos contendit. Op. v. l. vi. q. 1. a. 1.

velim, quale discrimen intercedat juxta Doctorem angelicum inter Assumptionem Virginis et assumptionem Joannis: de illa ut de privilegio B. Mariæ Virgini concessio perloquitur, de ista vero scribit tantummodo piam esse sententiam. — Ipsemet Aquinas cupiens adstruere, B. Virg. Mariam in utero matris fuisse sanctificatam, exemplo corporalis Assumptionis ejusdem ad cælum luculentissime probat: « Dicendum, quod de sanctificatione beatæ Mariæ, quod scilicet fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura Canonica ponitur; quæ etiam nec de ejus Nativitate mentionem facit. Sicut tamen Augustinus in sermone de Assumptione ipsius Virginis (prouti tunc temporis obtinebat opinio) rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in cælum, quod tamen Scriptura non tradit; ita etiam rationabiliter argumentari possumus quod fuerit sanctificata in utero (4). » Penes igitur Aquinatem tam defixas radices egerat Assumptionis opinio, ut ea veluti *medio termino* ad veritatem adstruendam immaculatæ Conceptionis uteretur. Quandam deinde rationem congruentiæ ponit: « Rationabiliter enim creditur, utpote illa quæ genuit Unigenitum a Patre plenum gratia et veritate. » Unde Serry: « Quibus verbis corpoream Virginis Assumptionem probabili ac verosimili argumentatione deductam agnoscit (5). » Et Card. Gotti de B. Virg. Deipara in cælum assumpta scribit: « In pari

(2) Opusc. 8 in expositione *Salutationis Angelicæ*.

(3) Opusc. 5.

(4) 3 Part., quæst. 27, art. 1.

(5) Exerc.

certitudinis gradu ponit (div. Thomas) assumptionem B. M. V. cum corpore in cælum, ac ejus sanctificationem in utero, licet enim expressum neutrum habeatur in Scriptura, utrumque tamen rationabiliter ex Scriptura deducitur (1). » Eandem veritatem proficitur aliis in locis inter doctos sanctissimus et inter sanctos doctissimus, ut a Card. Bessarione vocatur Aquinas: « Ad Octavum dicendum quod triforme est corpus Domini. Pars oblata in calicem missa, corpus Christi quod jam resurrexit, monstrat, scilicet ipsum Christum et B. Virginem, vel si qui alii sancti una cum corporibus jam sunt in gloria (2). » In quarto autem sententiarum solide probans, nihil reperiri certius et luculentius dogmate futuræ corporum resurrectionis, quod Christus et Apostoli veluti fundamentum totius religionis ac spei christianæ proposuerunt, inter difficultates argumentum in contrarium petit, et ad finem usque mundi resurrectionem beatæ Mariæ Virginis nequaquam Deum protraxisse fatetur: et secundo loco respondet, id ex speciali factum esse privilegio, non ex debito conformitatis ad Christum, atque ita parem non esse cæterorum fidelium sortem (3). Et alibi (4) de anticipata Virginis resurrectione loquitur: id ipsum tradit, energice probans, cum genuinum et non apocryphum esse testatur illum, cujus cap. 2 meminimus, Areopagitæ librum, Virginis Assumptionem almo lumine profitentem (5). Hucusque angelicus Doctor

(1) De Rel., tract. v. cxli, §§ ii, xx.

(2) 3 Part., quæst. 78, art. 1.

(3) Dist. 43, quæst. 1, art. 3.

angelice loquens, scholasticorum ille phoenix, qui peracute quæstiones omnes præsensit, quique præteritarum et sibi succedentium ætatum se nobis velut aureum conjunctionis anulum offert.

5. Angelico seraphicus Doctor, fidelis illius sive in scientia, sive in sanctitate consocius div. Bonaventura plane cohæret. De futura quippe resurrectione disserens, ait: « Et quia distinctus debet esse status retributionis a statu vitæ, et resurrectio spectat ad statum retributionis, ut non confundatur ordo universi, et ut fides habeat meritum quæ credit quod non videt, et ut certius et clarius appareat æquitas divinæ justitiæ; et ut simul fiat consummatio et retributio finalis in angelis et hominibus, requirit hoc divina justitia ut omnes resurgant simul quantum est de lege communi. Quod dico propter Christum et ejus beatissimam matrem gloriosam Virginem Mariam (6). » Hanc ipsam doctrinam pariter docet, ubi purissimam Deiparam tergemini *Væ* prorsus expertem fuisse declarat: « Maria, » inquit, « immunis fuit non solum a triplici *Væ* culpæ actualis, sed etiam a triplici *Væ* originalis miseræ: videlicet a *Væ* miseræ nascentium, a *Væ* miseræ parientium, a *Væ* miseræ morientium. *Væ* miseræ nascentium est *Væ* fomitis nascentes infirmantis, *Væ* miseræ parientium est *Væ* doloris parientes cruciantis, *Væ* miseræ morientium est *Væ* resolutionis morientes incinerantis (7). » Et in Opusc. in-

(4) In Supplem., quæst. 78, art. 1.

(5) In Commentario Dionysii.

(6) In Breviloq., sept. part., a. 5. (7) In Lect. ii.

scripto: *Speculum B. M. V.*, ait: «Decuit enim ad instar Filii sui ante omnem putrefactionem suscitari.» Et postmodum: «Caro Mariæ nequaquam, ut credimus, putrefacta est.» Hanc doctrinam alibi passim tradit, ac præsertim in III Sententiarum (1). Ad corpoream proinde Virginis Assumptionem evincendam sedulam navarunt operam, et laboribus suis theologiam hanc rem valde javarunt duo scholarum omnium oracula, duò sacræ Theologiæ lumina, duo sat celebres universæ Ecclesiæ doctores.

Post tantos discipulos quid sui magistri B. Albertus magnus et Alexander Alensis hac de re senserint, videamus. Et primum Albertum, ratisbonensem antistitem, magna ingenii vi ac peracuta mentis acie præditum auscultare collibet Virginis Assumptionem eximia pietate fatentem: «Ave, quasi sine *væ* corporis et animæ. Per peccatum incurrit homo triplex *væ* in corpore. Primum est corporis distemperatio, et naturalium appetituum inordinatio. Secundum est ipsius corporis et animæ ad invicem repugnatio: quia caro concupiscit adversus spiritum, ad Galat. 5. Tertium est ipsius corporis post mortem incineratio. Sine isto triplici *væ* fuit beata Virgo in corpore, quæ corpus habet virginitate integrum, cum spiritu pacificatum, et nunquam post mortem incineratum (2).» Et ibidem magnus plane vir: «Sancta Theotocos,» inquit, «Virgo et Mater Dei honoratur a Deo in gloriosa assumptione sua

(1) Dist. 3, quæst. 1.

(2) Recole Biblia Mariana, Evangelium secundum Lucæ, n. 12.

in hoc quod propter honorem ejus Dominus peccata reis dimittit, gratiam arduis infundit, et justis gloriam promittit. 2 Reg. 6: *Abiit David* (id est Christus), *et adduxit arcam Dei* (id est Mariam) *de domo Obededom* (scilicet in assumptione) *in civitatem David* (hoc est in cælum empyreum) (3).» Idem Albertus ad achileum provocans argumentum, ex eo quod V. Mariam ab omni labe peccati prorsus immunis extiterit, ait: «In peccato enim duo sunt, scilicet aversio a bono incommutabili, et conversio ad bonum commutabile. Istis respondent duo in pœna, quia anima avertit se a sua vita, et incidit in necessitatem aversionis a corpore, cujus ipsa est vita. Lex conversionis autem ad nihilum incidit in necessitatem reducendi in quasi nihilum, id est in pulverem. Sed sanctissima Virgo nunquam conversa fuit actualiter ad nihilum, ergo non debuit incinerari (4).» Et alio in loco ad ea verba Geneseos: *Pulvis es, et in pulverem reverteris*, scribit: «Maria Virgo caruit mortis nexibus in resolutione, hoc est putredine, verme et pulveratione, quæ dictum fuerat Adæ: *Pulvis es, et in pulverem reverteris*, et propter hoc comparatur cedro, quæ non putrescit, neque vermescit, neque ardescit; per ignem enim fiunt cineres, qui sunt pulveres de putrefactione (5).» Idemque rursus: «Credimus quod nunquam caro computruerit in terris, cujus caro glorificata est in cælis. (De verme M. Adam). Si ipsi pars est

(3) Bibl. Mar. in libro Reg. II, n. 2.

(4) Mariall, cap. 172.

(5) De Laud. Mariæ, lib. III.

quædam cum verme, jam non credam quod sit plena gratia (1).» Et postea: «Integritatem virginei corporis merito sequuta est incorruptibilitas et nulla resolutio putrefactionis.» Ipse demum Albertus duplicem animæ et corporis stolam non tantum Virgini, verum et iis quoque singulis qui cum Christo Domino surrexerunt, largitur (2). Ecce quam clare, quam luculenter, quam splendide theologi scholastici Deiparentis Assumptionem tradiderint.

Ex pluribus operibus quæ scripsit Alexander Alensis, superest sola *Summa Theologica*: hic passim scholastica forma de Virginis prærogativa ratiocinatur, et eo præsertim capite, in quo de futura illa quæ semper aluit spem christianam, corporum resurrectione disserens, veritatem hanc Christi et Virginis exceptione confirmat, et quodammodo illustrat.

6. Sæc. 12<sup>o</sup> labente ac 13<sup>o</sup> ineunte, scilicet ann. 1231 quo mortem appetiit, Engelbertus admontensis Abbas floruit, qui nostræ sententiæ apprime cohæsit: ipse namque petens, quare scriptores hagiographi nihil de Virginis Assumptione tradiderint, hæc postmodum insequentia capita discutienda et propugnanda suscepit:

I. *Quod sobrietati Ecclesiæ consonet credere, beatam Virginem in anima et corpore assumptam;*

II. *Quod assumptio beatæ Virginis in anima et corpore fuit Deo condecens, condigna et condebita;*

(1) Augustinus Serm. II de Assumptione B. M., tom. IX.

(2) In 4 Sent., dist. XII, quæst. II.

III. *Quod pietati fidei consonet beatam Virginem in corpore et anima assumptam esse;*

IV. *Quod in se debitum fuit, et congruum beatam Virginem assumi ad cælum in anima et corpore;*

V. *Quod ejus assumptio in corpore et anima non fuit differenda (3).*

Non abludit ab Engelberto Durandus, episcopus ille mimatensis, scholasticorum disertissimus, qui Clemente V Pont. Max. ann. 1314 viennensi Synodo interfuit. En sua vel nostra potius opinio: «Incineratio seu reversio corporis humani in pulverem est pœna peccati originalis secundum legem communem, per quam natura derelicta sibi, et ideo sicut de terra formatum est corpus, sic in terram revertitur. Sed beata Virgo privilegiata fuit in hoc articulo, et rationaliter: ut sicut corpus Christi sumptum de corpore Virginis fuit immune a tali corruptione, secundum illud Psalmi: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; sic corpus Virginis, de quo fuit sumptum corpus Christi, immune fuit ab eadem corruptione (4).» Nil clarius, nil congruentius.

Rem utique nostram pro virili tuetur atque propugnat Bartholomæus quidam tridentinus qui sæc. 14<sup>o</sup> auspicante qua sapientiæ qua sanctitatis luce claruit: «Ecclesiam romanam omnium ecclesiarum procul dubio præstantissimam et cautissimam favere docet, dum solemnem assumptio-

(3) Tract. de Grat. et Virtut. B. M. Virg., p. IV, cc. XVIII-XXX.

(4) De div. Offic., lib. VII, cap. XXIV.

nis memoriam celebrat (1). » Hos subinde versiculos ponit:

Transit ad æthera  
Virgo puerpera,  
Virgula Jesse  
Non sine corpore,  
Sed sine tempore  
Cœpit adesse.

Hoc pariter ævo thesin de Virginis Assumptione scholastica methodo propugnandam aggreditur Nicolaus Liranius qui ex judæo christianus et regulæ Minorum professor evasit: « Utrum Virgo Maria assumpta in anima et corpore. Arguitur quod non. Resurrectionis tempus omnium differtur ad finem mundi, ut simul sit omnium resurrectio, divina ordinatione patet Job 14: *Homo cum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum.* Ergo Maria nondum surrexit, et per consequens non est assumpta cum corpore — Respondetur — In opposito est fides universalis Ecclesiæ. Ad argumentum dicitur, quod procedit ubi non est datum privilegium, sicut datum fuit Mariæ (2). » Rationum deinde munimine singularem Deiparentis resurrectionem evincit, et concludit: fuit igitur assumpta cum anima et corpore. « Ad quæstionem respondetur, est secundum Thomam quod pie creditur de beata Virgine et Joanne Evangelista quod eorum resurrectio non est dilata usque ad finem mundi, sequitur quod beata Virgo Maria fuit assumpta cum corpore et anima quod probatur tribus

(1) Vita et acta SS. per an. circ., cap. xxviii.

(2) Postillæ majores, seu Enar. in Epist. et Evang. totius an.

rationibus. Primo ex carne Christi et Virginis unitate: inquit Augustinus: putredo et vermes humanæ conditionis sunt opprobrium, a quo opprobrium cum Jesus alienus sit, maxime Maria excipitur, quoniam Jesus de ea carnem assumpsisse probatur. Secunda ratio desumitur ex corporis non inventione. Virgo Maria sepulta fuit in uno sepulcro in valle Josaphat, in quo corpus ejus non invenitur. Igitur assumptum est cum anima. Tertia ratio sumitur ex reliquiarum veneratione: reliquiæ aliorum sanctorum venerantur in terris, sed non reliquiæ corporis beatæ Mariæ, quod esset, si essent. Igitur fuit assumpta cum anima et corpore. »

7. Magnum, sæculo xv volvente, pietatis nomen et doctrinæ laudem sibi comparavit S. Antoninus florentinorum archiepiscopus, e dominicana familia. Suam hac de re mentem aperuit: « De Virgine gloriosa, pie creditur ab omni ecclesia et doctoribus in corpore et anima glorificata in cælis (3). » Quam vero doctrinam sanctissimus antistes iterum iterumque (4) confirmat: quo plane colligitur quid ipse quid sacrata sibi consentiens Ecclesiæ, SS. Patrum atque DD. tenuerit antiquitas.

Per id ferme temporis inclaruit S. Bernardinus senensis ex Ordine S. Francisci, Deiparentis cultor eximius. In duabus homiliis rem nostram solide conficit et adstruit septem argumentis, e quibus ita proponitur sextum. « Sexto propter æquitatem,

(3) 4 Part. Serm., tit. 15.

(4) Op. Octav., et in 1 p. Chron., tit. vi, c. iii, §§ 1-3, et Chron. tit. xiii, cc. ii, iv, et xlv, § 5.

ut enim Ambrosius ait: Christus Dominus noster utrumque sexum sanare advenit. Proinde virum suscepit, natum tamen ex muliere. Perfecta autem curatio atque perfecta liberatio in resurrectione manifestatur. Ergo resurrectio in utroque sexu manifestari debuit in testimonium perfectæ curationis. Sicut igitur quantum ad virilem sexum manifestata est, et in Christo apparuit, ita et in fœmina debuit apparere. In nulla autem fœmina manifestari congruentius potuit vel debuit atque decuit quam in dulcissima matre Christi, quæ in vita libera extitit ab omni corruptione. Et hoc est quod propheta in persona Domini, ait: *Thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cælo fidelis* (1). Thronus siquidem filii mater illius est, quæ in conspectu ejus sicut sol fulgens est quantum ad gloriam animæ, et sicut luna perfecta in æternum quantum ad gloriam corporis sine defectu, proinde gloriæ resurrectionis fidelis est testis (2). — Nomen atque sententiam cum laudato Senensi Bernardinus de Bustis communicat: « In ipsa Virgine, » ait, « est omnis perfectio et beatitudo perfecta, ut de ipsa canit Ecclesia; cum igitur omnis pars est imperfecta, ut ait philosophus (3), si anima beatæ Virginis nedum habet suam perfectionem et essendi modum, cum autem angeli in essendo perfectionem habeant, minus esset perfecta beata Virgo quam angeli, quod est inconveniens (4). »

(1) Psalm. lxxxviii, 38.

(2) Serm. xii, art. iii, cap. i.

(3) V. Metaphys. et tom. iii Phys.

Tam clara res est, ut nulla prorsus indigeat explanatione.

8. Nunc gradum facimus ad sæculum xvi, in quo visa est miseranda illa dogmatum catholicorum, rerumque omnium theologiarum sus deque conversio, quæ Luthero, Calvino, Zwinglio cæterorumque novatorum debacchante caterva sæc. xvi facta est, atque innumera prope sectarum soboles inde prognata. Inter orthodoxos hujus ævi scriptores primum laudandus nobis est divus Thomas a Villanova, ex augustinianensi familia ad valentinam ecclesiam regendam assumptus. Rem nostram sic ipse declarat et propemodum illustrat: « Non enim decet ut putrescat in sepulcro corpus, quod non maculatum est vitio, aut redigatur in pulverem caro quæ nescivit peccati labem (5). » Et alibi: « Triplicem itaque hodie festivitatem colimus, transitum scilicet Virginis, quo migravit a vita, resurrectionem ejus, qua immortalis gloria vestita est, et gloriosam ejus assumptionem, qua corpore et anima felix convolvit (6). » Consideratione digna res est, quod dum Valentiniæ Thomas a Villanova parthenicas celebrabat laudes, eodem ferme tempore Mediolani div. Carolus Borromæus adæquatam B. V. Mariæ triumphum triplici festivitate uno eodemque ore proclamaverit.

Huc referendus pariter est eruditus et elegans Melchior Canus episcopus canariensis, qui tridentinæ Synodi facundus orator interfuit, quique novum in inclytam Gusmani sobolem

(4) Serm. de Assumpt., pag. 6.

(5) Serm. ii de Assumpt.

(6) Serm. iv.



opere suo *de locis theologicis* decus ingressit. In eadem iste sententiam concessit: « Beatam Virginem, » ait, « non esse in cælum cum corpore assumptam, licet fidei minime adversum sit, sed quia communi Ecclesiæ consensio repugnet, petulanti temeritate diceretur (1). » — Cui plane concinit Ambrosius Catharinus, sodalis insignis dominicanus, qui corpoream Virginis Assumptionem usque adeo tuitus est, ut, veritatis lineam aliquantulum transgressus, oppositam sententiam censuerit hæreticam (2).

Nec prætereundus est Petrus Canisius Soc. Jesu, cui nuperrimo Sanctissimi Patris Pii IX decreto cælestium honores constituti sunt. Hic veterum PP. auctoritates, in quibus tamen genuinæ ab apocryphis apprimè secernendæ sunt, prouti sub præcedentis capituli initio commonere non omisimus, longa serie pro Virginis Assumptione collegit. Hisce porro verbis Ecclesiæ mentem aperit: « Ecclesia pie persuasa inter alia multa et mirifica privilegia Deiparæ concessa, hoc quoque non minimum esse ducit, quod illa post mortem in carne resuscitata et beata immortalitate vestita, corporis quoque felicitatem perceperit, ut jam una cum anima simul cælesti regno triumphet (3). » Et ibidem rursus: « Secus qui sentiunt et loquuntur, licet in errorem sacris litteris adversantem non impingunt, tamen non sapiunt ad sobrietatem, optimis et clarissimis Patribus contradicunt, a communi bonorum cre-

(1) De Loc. Theolog., lib. xii, tom. 10.

(2) Lib. 4 contra De Vio Thomam Cajetanum; et in op. de Concept. (3) Lib. v de Deip. Virg.

dulitate atque confessione, quæ jam vim legis obtinet, non sine periculo sese subducunt; neque solum eximio dignissimæ Virginis honori derogant, sed etiam vere divinum illud miraculum quod in corporali matris Domini resurrectione et assumptione refulget, ac mirifice angelos ac pios recreat, majorem in modum enervant, extenuantque. » Et ita porro.

Qui medium vero locum obtinet inter sæc. 16 et sæc. 17, est utique S. Franciscus Salesius, vere dulciloquus doctor, qui ann. 1622 ab hac luce ad inextinguibilem lucem migravit. Nostram ipse veritatem ita fuse prosequitur: « Ut primum sanctissima illa anima purissimum suum reliquit corpus, hoc fuit ad sepulcrum terramque delatum, non secus ac illud Filii sui; quum plane congrueret, Matrem suo Filio majorem non habere prærogativam. Ast, quemadmodum Ipse resurrexit a mortuis tertia die; sic Illa resurrexit tribus post suam mortem diebus: hoc tamen discrimine, ut noster Dominus propria sua potentia et auctoritate, et nostra Domina sui sacri Filii omnipotenti virtute resurrexerit, qui animam benedictam suæ sanctæ Matris ad ejus corpus redire præcepit; quum nullatenus rationabile sit, subjacere corruptioni sanctissimum corpus illud, ex quo suam carnem suscepit noster Dominus, et in quo novem mensibus requievit. Et si arca fœderis in qua tabulæ legis servabatur, non erat obnoxia corruptioni, utpote lignis impuitribilibus compacta; quam magis erat conveniens, arcam hanc novam in qua requieverat Dominus et Auctor

legis, cujus illa vetus typum gerebat, quavis corruptione carere! Probe David sanctissimæ Deiparentis Assumptionem evincit in illis suorum psalorum verbis: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ.* Ps. 131. Hæc priora verba citra omnem errandi formidinem intelliguntur de resurrectione N. D., qui prouti Deus ex sese propria virtute resurrexit; at illa quæ sequuntur: *Tu et arca sanctificationis tuæ,* debent intelligi de suæ sanctissimæ Matris resurrectione, quæ illa est Dei viventis arca in qua novem mensibus requievit, etc. (1). » Hucusque novus ille doctor, mirifico cælestive dulcore perfusus.

9. Inchoante sæculo 17<sup>o</sup> præfulsit P. F. Justinus Miechoviensis, polonus, ex Ordine Prædicatorum. Ipse totus est, ut singularem hanc almæ Dei parenti prærogativam adjudicet: « Stella polaris, » inquit, « immobilitatem habet in situ, cum cæteræ stellæ moveantur. B. Virgo Maria consummatam habet gloriam, proinde quietem in corpore et anima: cum cæteri sancti corporum suorum resurrectionem expectantes, nondum plene quieti sint (2). » Et alibi passim, gravioribus undequaque rationum momentis collectis, eandem ille veritatem docet (3), qui in cit. op. ob singulare Virginis influxum *doctorem* vocari posse testatur.

Hæc eadem veritas magna cæterorum theologorum phalange munitur, qui eo se se totos converterunt, ut

(1) Serm. xxx qui est pro Virg. Assumptione secundus, 2 part.

(2) In libro super Litanias Lauretanis, discursu xci, n. 11.

qua voce qua scripto Marianum privilegium magnis laudibus efferrent. Ac primum urgemus Estium ex Hollandia maximopere a sapientissimo Ecclesiæ principe Benedicto XIV colaudatum. Ipse, futura corporum resurrectione diserte comprobata, hæc dicere faterique non dubitat: « Porro sciendum est huic generali doctrinæ nihil obstare, quominus aliqui speciali Dei privilegio ad beatam immortalitatem jam resurrexerint, qui proinde ut non amplius morituri, ita nec cum cæteris mortuis in fine sæculi resurrecturi sint, sed corporibus suis gloriosi dudum recepti in judicio comparituri (4). » Mox de Virginis resurrectione loquutus, ait: « Deinde de beata Deipara Virgine pie creditur quod quamvis mortua fuisse non dubitatur, postea tamen resuscitata ad vitam sempiternam corpore fuerit assumpta in cælum. » Et alibi animi sui sensum aperiens, hæc habet: « Sententiam agentium beatissimam Virginem redivivo corpore in cælum assumptam fuisse, communi totius Ecclesiæ consensu, et fidelium praxi acceptam, ad eam certitudinem erectam esse existimant insignes doctrinæ et pietate theologi, ut contrarium sentientes temeritate condemnare non dubitent (5). »

Nec satis: sub meis namque manibus virorum illustrium auctoritates pleno quasi alveo fluunt. Hinc nostram sententiam roborat Franciscus Suarezius, magnus ille Jesuitarum

(3) Discursu ccxxx, discursu cccxlvi, discursu cccxlix.

(4) In 4 Sent. Comment., lib. iv, § 8.

(5) In nota A.

theologus, ac rutilans Ecclesiae catholicae splendor: « Sententiam assumptionis Virginis in corpore et anima in caelum non esse de fide (dicimus); quia neque est ab Ecclesia definita, non est testimonium Scripturae aut sufficiens traditio, quae infallibilem faciat fidem, tamen summæ temeritatis reus crederetur qui tam piam religiosamque sententiam hodie impugnet (1). » Et alibi rursus: « Addendum est ultimo beatam Virginem paulo post mortem ad gloriosam et immortalem vitam corporis et animae resurrexisse, atque in caelum gloriosam ascendisse. Ita sentit universa Ecclesia, et hic ejus consensus ex antiquorum Patrum traditione manavit (2). » Et paulo infra, exposita Catharini sententia autumantis, corpoream Virginis Assumptionem esse fide tenendam, ait: « Sed revera non est, quia neque est ab Ecclesia definita, nec testimonium Scripturae, aut sufficiens traditio, quae infallibilem faciat fidem. Est igitur jam tam recepta hæc sententia, ut a nullo pio et catholico possit in dubium revocari, aut sine temeritate negari, atque adeo videtur habere eum gradum certitudinis, quem habet alia veritas supra tractata de sanctificatione Virginis in utero matris (3). » Exinde patet, ex mente Suarezii Conceptionem et Assumptionem Deiparae pari certitudinis gradu parique rutilo fulgore procedere. Unde merito alibi fatetur: « De corpore ejus, Virginis nempe, constat

(1) Pars III, quæst. 37, artic. 4, disputat. XXI, sect. 2.

(2) Tertia pars div. Thom., Dist. XXI, sect. II, art. XIV, p. 212, B.

ex historiis omnibus statim post mortem fuisse in sepulcro repositum (4). » Et inferius: « In illo ergo sepulcro integrum atque prorsus incorruptum usque ad gloriosam ejus resurrectionem perduravit, ut omnes citati Patres docent, et per se manifestum est, considerata dignitate, puritate et innocentia Virginis beatissimæ. »

Accedit Suarezio sodalis Theophilus Raynaudus ex ipsa clara Soc. Jesu, qui Baronii verba premens, nimirum, *propensioem esse Ecclesiam ad eam sententiam, quæ statuit B. Mariam in caelum corpore et anima assumptam*, fatetur: « Tanta autem sit propensio, ut non censeam a morigero Ecclesiae filio aliud dici posse. » Rem vero dein urget et inquit: « Illatas caelo Deiparae reliquias terra relictas frustra quisque quæret, si de corporis partibus sit sermo, cum surrexerit perfectum et integrum. » Id pariter ex universali fidelium persuasione colligit, inquit: « Idem habet certa fidelium persuasio, cui obsistere ingenti non vacat temeritate (5). »

Contra Joannem Launojum et Claudium Jolyum corpoream Virginis Assumptionem temere despicientes Joannes Gaudinus hoc ævo strenue dimicavit. Ut inimicorum audaciam frangeret, opus exaravit inscriptum: *Assumptio Marice Virginis vindicata*. Hic inter cætera hæc habet: « An enim fidelis quispiam negare audeat, quia Virgo Deipara exaltata sit supra choros angelorum ad caelestia regna?

(3) Contr. Cajet. lib. IV, et in opusc. de Cone.

(4) Tertia pars div. Thom., q. XXXVII, art. IV, disp. XXI, sect. 2.

(5) Diptych. Marianis art. 11, Pun. 11, n. 1.

quia sanctificata fuerit in utero materno? quia per totum vitæ tempus immunis extiterit ab omni etiam peccato veniali? Nemo certe hæc in dubium revocaverit, quia quamvis in Scriptura, nec tradito Dei verbo contineantur, universali tamen Ecclesiae consensu sic fulciuntur, ut temerarium sit et erroneum illis reluctari, si non hæreticum. » Huc juverit admonere, laudatum scriptorem de traditionis instrumentis minus accurate fuisse loquentum: etenim *in verbo Dei tradito*, non secus ac *in universali Ecclesiae consensu*, veritas nostræ theseos alte reperitur insculpta.

Hoc ipso sæculo e nostratibus ob doctrinam biblicam inclaruit Augustinus Calmet, qui nostra super rementem suam aperit: « Assumptio vox, quam Ecclesia adhibuit, ut Virginis decessum denotaret, et juxta plurimorum recentiorum, et quorundam antiquorum sententiam, ejus post tres dies resurrectionem ac in caelum elevationem significat (1). »

Hoc labente sæculo nostram veritatem adstruit Franciscus Maria Florentinus: « Igitur ne actum hoc agamus, et inutiles labores apocryphos a sinceris discernamus, quod Baronius aliique præstiterunt, hanc ex eodem Baronio Tom. I Annalium ad ann. 48 catholicam veritatem suscipimus et devoto animo veneramus, Deiparam diem aliquando supremum obiisse, et ad caelum cum glorioso etiam corpore assumptam transmigrasse; vere proinde Ecclesiam sancteque ejusdem gloriose assumptionis festum instituisse.

(1) Dict. hist. ad voc. *Assumptio*.

(2) De Ass. seu Dorm. Deip. solem., Exercit. V.

Etque libentius utramque catholicam veritatem suscipimus, quod Martyrologium nostrum non tam xv kalend. februarii diem depositæ mortalitatis sub nomine depositionis commemorat, quam et gloriosam ejus in empyreum assumptionem exhibeat eadem pariter die xv augusti, qua Ecclesia universa in sanctissimæ Matris triumphum omnium linguis et omnium fidelium plausu conspirat (2). » Posthac in ipso Martyrologii corpore ad xviii kalend. sept. citatis primum Baronii verbis inquit: « Ex romanæ Ecclesiae usu recepto constanter asserimus et profiteremur ipsam sapientissimam Dei Matrem, una cum sacratissimo illo corpore, quo impartita est Dei caro, in caelum esse assumptam. » Mox adjicit: « Idque libentius addo, quod videmus a VII sætlem sæculo in vetustiore Martyrologio depositionem tamquam naturæ debitum reddi, et assumptionem hac die sine ulla hæsitacione notare. »

Huic quam sequimur doctrinæ plane cohæret Ludovicus Thomassinus qui optime de re catholica meritis est. « Non dubitamus quin Virgo Dei parens corpore quoque in caelo degat, tametsi fides divina hoc minime doceat... Quot enim sunt, quæ, cum minime rata sint et fide divina nixa, ad examen tamen revocare non liceat? Tollenda prorsus esset omnis generis assensionem, quoties non suppetit evidens ratio vel auctoritas, quæ errori non sit obnoxia (3). »

10. Sæc. 17<sup>o</sup> in finem vergente et sæc. 18<sup>o</sup> auspicante non minus elo-

(3) De *Dierum festorum celebratione* l. II, c. 20, num. 20.

quentia quam doctrina et eruditione floruit Jacobus Benignus Bossuetius, qui protestantes exagitavit protrivitque tot aureis scriptis, quibus eos aggressus est, præsertim vero nunquam satis commendata *Variationum historia*. Sic meldensis episcopus piam nostram veritatem eo quo pollet intellectus acumine tradit: « Inter christianæ Religionis mysteria grande reperitur mirumque ligamen, et illud Assumptionis habet cum incarnatione Verbi æterni particulare ligamen. Si namque divina Maria quondam Salvatorem Jesum exceperit, est utique justum, Salvatorem B. Virg. Mariam excipere; et quoniam haud graviter tulit in eam descendere, postmodum debebat eam ad se sublimiter evehere, ut suam gloriam ingrederetur. Nullus proinde stupor, si beata Maria tanto cum splendore resurgat, et tanta cum pompa triumphet. Jesus cui hæc Virgo dedit vitam, hanc illi hodie donat ad suam erga ipsum dilectionem rependendam, et quum semper ad Deum pertineat magnificentiorem se promere; ita, quantumvis ipse vitam solummodo mortalem receperit, est plane suæ magnificentiæ gloriosam vitam almæ suæ Parenti pro remuneratione largiri (1). » Nostra quod refert, animadvertimus: cum sæpe meldensis aquila coram regibus et Galliæ principibus sermonem haberet, universalem vetustissimamque totius nationis fidem in hoc augusto Deiparentis privilegio diserte conclamat.

Hinc adamussim congruit suus in episcopatu et eloquentia comes, peregregius Massillonius. En sua mens:

(1) Serm. de Assumpt.

« Purum ejus sacratumque corpus, non aliter ac illud sui Filii, corruptionem non videt, virtus Patris liberat eam ex mortuis, patent cæli ut eam recipiant, ad eum prope modum quo aperti sunt pro Christo Jesu triumphante et glorioso; de sepulcro circumamicta splendore resurgit, ut suæ gloriæ thronum capesseret, ad dexteram Filii in ea ipsa carne, quam Ipsi ministraverat, ut omnibus hominibus cælum aperiret, super omnes Principatus et Potestates collocatur. Ipsa est illa arca Israel, inquit sanctus Episcopus Genevæ, quæ, quum paulisper sub tentoriis in deserto morata fuerit, in obscuro videlicet statu, pompa et splendore a vero David in cælestem Jerusalem intronisa denique fuit (2). »

Laudatis adscribendus pariter est Billot gallicanus orator, qui sic in nostram sententiam descendit: « Equis hujusce gloriæ poterit excogitare magnificentiam? ipsum sepulcrum, ubi cæterorum evanescit mortalium gloria, fit pro Maria gloriosum: *Erit sepulcrum ejus gloriosum*. Quemadmodum ipsa præservata fuerit ex corruptione peccati, et seipsam Divinitati præstiterat ceu sanctuarium; ita corruptioni sepulcri suum corpus obnoxium non fuisse decebat. Et ideo ut simul morte lumina claudit, suum illico corpus nova perfruitur vita, et suæ animæ consociatum evehitur ad gloriæ thronum qui ei præparatur in cælis. Non amplius igitur Mariam in hac humili mortis regione quæramus; sed spiritaliter eam comitemur in cælis quos ipsa scandit innumeris stipata

(2) Serm. pro Assumpt. Ss. Virginis.

cælicolis (1). » Quocirca Deiparentis Assumptio tam clara veritas est, ut eam denegare cum neologis valde temerarium sit.

Hoc pariter ævo Laurentius Berti augustinianus enituit, qui Natalis sententiam omnino rejiciens, Melchioris Cani opinionem Mariam redivivam asserentis ultro suscipit atque propugnat (2). Cui Billuartius concinit: « Temerarium foret, » inquit, « negare beatam Virginem cum corpore et anima assumptam in cælum (3). » Unde Gusmani Dominici sodalis omnes contrarium sentientes nota temeritatis inurit. Ex eodem inclyto S. Dominici sodalio cl. Serry veritatem Assumptionis patefacit: « Virginem Dei facti hominis genitricem placida morte terris ereptam in cælos statim assumptam, quis neget aut in dubium vertat, quam ipso transitu suo super angelorum choros ad cælestia regna vocatam catholica profitetur et colit Ecclesia (4)? » Et rursus dein: « Quærere juvat, cujus conditionis et gloriæ fuerit Deiparæ Virginis in cælos assumptio; plena ne, integra, cumulata, corpore simul et animo perfecta; an forte sui altera, quod in divis reliquis accidit, diminuta? Cum enim ea sit justorum omnium sors atque conditio, ut relicto terris corpore, animus tantum, cui nihil luendum superest, addatur cælo; nec plena cumulataque corporis simul et animæ gloria perfruatur, do-

(1) Serm. de Assumpt. Virginis.

(2) Dissert. hist. 1 sæc. — Disp. v., pp. 67-68, num. 8.

(3) Summ. S. Thom., tit. viii, art. 11.

(4) De corp. Deip. in cæl. assumpt., Exerc. LXVI.

(5) Ad Hebr. xii, 23.

nec generali resurrectione facta, tota, ut loquitur Apostolus, *primitivorum ecclesiarum* (5) jungatur, illud nec insipienter nec otiose quæri potest: num Virgo Deipara, speciali donata privilegio, e mortuis statim excitata, corpore simul et anima in cælum assumpta sit, consummata jam tum felicitate potitura? Qua in re ne tempus vanis proloquiis ludam, ita fidenter pronuncio: Virginem non animo tantum, verum etiam corpore in cælos fuisse assumptam pie ac religiose tenendum est, nec nisi ingenti temeritate negari hodie potest. »

Et Soc. Jesu theologis nihil antiquius cariusve fuit. Unde sic Trombellius qui sæc. 18<sup>o</sup> volvente claruit: « Quia Ecclesia in eandem opinionem inclinat, facile etiam persuaderi poterit nobis, ultra temeritatem rejici non posse opinionem eorum, qui Virginis corpus post mortem in cælos fuisse translatum ajunt, pro eadem enim apertissime stare videtur Ecclesia. Atque hæc quidem ipsissima est sententia, quam nostra hac ætate proposuit Benedictus XIV (6). » — Id ipsum asseruit Strotius ex eadem celebri Societate presbyter (7). — Hoc ipso ferme tempore Ludovicus Muratorius qui magnum in Italia nomen sibi peperit, collatis undique liturgicis monumentis corpoream Deiparentis Assumptionem apprime demonstrare nisus est (8). — Omni argumentorum genere ac magno eruditionis apparatu

(6) Vit. Deip. in Dist. 36, q. 111.

(7) *L'Assunzione al cielo della Madre di Dio*, ecc., del Sac. Pier-Filippo Strozzi, e ridotto da Francesco Strozzi d. C. d. G.

(8) Dissert. de reb. liturg. cap. ii. — Et Liturg. Rom. tom. i.

nostram quam sequimur veritatem adstruendam suscipit Edmundus Martenus benedictinus alumnus (1), nec non Joannes Mabillonius, qui ad rem: « His omnibus accedit, quod in missali gothico statim post Epiphaniam habetur Missa in Assumptione sanctæ Mariæ matris Domini nostri, qua in Missa beatæ Virginis corpus de sepulcro translatum fuisse, nec resolutionem pertulisse memoratur (2). » — Magno rationum munimine præsertimque græcorum ecclesiæ auctoritate prærogativam hanc tuetur atque propugnat Antonius Morcellius (3).

Non potest in hoc sæc. 18<sup>o</sup> silentio premi cl. Bergerius qui scite probat idipsum: « Caro Mariæ, » inquit, « corruptioni non subjacet: ipsa gloriosa et triumphans egreditur de sepulcro, non secus ac J. Christus. Divinus iste Salvator in caelo cum anima et corpore recipit eam quæ ipsum gestaverat in sinu, et celebrare cupit Ecclesia gloriosam resurrectionem et triumphantem assumptionem Matris tanta ferme solemnitate qua resurrectionem et ascensionem Filii celebrare consuecit (4). » Ac dein: « Statim Ecclesia congregata dignoscet veritatem hanc uti doctrinam ab Apostolis traditam, uti catholicum dogma nostræ fidei. » Et in sacra encyclopædia rursus: « Assumptio antonomastice vocatur illa beatæ Vir-

(1) De antiq. monachor. rit. lib. iv, cc. 1-vi; et de antiq. eccl. disc. in divin. celebr. Offic., tom. iii, cap. xxviii.

(2) Liturg. gallic. xxii Legend. in festiv. S. M.

(3) Kalend. Eccl. Constantinop.

(4) Serm. inediti, p. 6.

(5) Dictionar. theol. in voce *Assumptio*.

(6) Cant. Cantio. iv, 8.

(7) *Opere Ascet. di S. Alf.*, vol. I, p. II, disc. VIII

ginis, solemne festum romanæ Ecclesiæ, atque nimis solemne in Gallia post ann. 1638, die in quo Aloysius XIII sub protectione beatæ Virginis posuit suum regnum, votum ab Aloysio XV ann. 1738 solemniter renovatum. Festum hoc solemne pariter in Oriente celebratur (5). »

Hocce denique sæc. 18 claudere nobis collibet cum divo Alphonso de Ligorio, qui fuit præclarissimus nostræ dioceseos S. Agathæ Gothorum antistes, quique pietate, zelo, omniumque sacrarum scientiarum nitore coruscans ordine temporis omnium DD. agmina clausit. Iste proin, micantissimum nostrorum temporum pastoralis auctoritatis exemplar, graphice depingens, quanta solemnitatis lucē micuerit Ss. Deiparentis ad cælica regna triumphus, liquido subinde fatetur, eam anima simul et corpore sublimia cæli penetrasse. Quandoquidem Cantici Canticorum illa verba premens: *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, coronaberis* (6), illico subdit ea qua pollet mirifica simplicitate suavique dulcore: « Vieni « e coll'anima e col corpo a godere « il premio della tua santa vita. Se « hai molto patito in terra, assai maggiore sarà la gloria che io ti ho « preparata in cielo. Vieni a sedere, ecc. (7). » Hæc Angelus ille S. Agathensis ecclesiæ qui tam mire

nelle glorie di Maria, ediz. Marietti, Torino 1845. — Antifallibilista Prof. Doëllinger hujus inlyti Doctoris mirabilem doctrinam pessumdare nitentur: « E l'altro egualmente italiano e luminoso della Chiesa Alfonso Liguori (sic!) peggio ancora di Tommaso (sic!) ha avuto che fare con « citazioni falsificate particolarmente nel trattato « de Papa. » Döllinger e la sua Dichiarazione rispetto al Concilio Ecumenico Vaticano. — Lettera di

cordis ac mentis splendore colluxit, ut maximis atque veterimis Ecclesiæ PP. æquiparari conferrique posse videatur.

11. Ad illud tamen sæculum in quo, Dei gratia opitulante, vivimus, modo devenire lætamur. Ipsamet Anglia, olim angelorum insula, et quam nunc in antiquum viventis Petri navigium remeaturam, Stella maris colustrante, confidimus, Marianam prærogativam clariore in lumine collocare non destitit. Theses namque dogmaticas de Ecclesia ejusque capite, et de homine, nec non theses selectas de historia ecclesiastica in collegio sancti Beunonis prov. Angl. Societatis Jesu propugnandas assumpsit F. Sylvester Joseph Hunter ejusdem Societatis, tertio kalendas augusti MDCCCLXIX; has inter theses eminent illa Virginis assumptæ: « De hac Immaculatæ Virginis Resurrectione et in cælos Assumptione, antiqua est utriusque Ecclesiæ recepta traditio; in quam servandam, rei manifesta cohærentia cum aliis beatæ Virginis prærogativis, carentia reliquiarum, et sepulcrum Corpore Virgineo vacuum conspirabant. Quod si in Ecclesia occidentali aliquando hæsitatio quædam extiterit, occasione, ut videtur, Decreti Gelasiani de Libris Apocryphis, ea tamen non obstante, antiqua sententia talem nacla est a pluribus sæculis consensum, ut a Theologis communiter habeatur pro certa, pro definibili; de qua dubitare Catholico nefas sit: immò non desunt

M. gr. Bartolomeo D'Avanzo, cap. III, n. 5. — Nitentur, diximus; ast perperam: vel in sordido quippe cæno nullimode potest lucis jubar infuscari.

graves auctores qui eam ut jam de Fide habeant. Exinde constat hoc privilegium, quod in systemate Mariano conspicua pars est, et quod tantopere cum aliis doctrinis revelatis cohæret, Apostolos, ipsumque Joannem, latere non potuisse, ac proinde ex apostolica traditione Ecclesiæ innotuisse. Sententia igitur de Corporali Assumptione beatæ Virginis certa est, et proxime definibilis. Quæ ejusdem Deiparæ Virginis gloria ut per solemnem Definitionem in proximo Concilio novo splendore augeatur toto corde expectimus (1). »

Illustris Augustinus Sac. Carlo, neapolitanus, confecit clarum de beata Virgine opus, in quo hæc notatu digniora sunt:

« Quæres VI utrum incorruptionem et gloriam sui corporis promeruerit beata Virgo?

« Resp. Non deesse inter theologos, qui hanc tuentur sententiam, uti Canisius (2), De Vega (3), alique. Attamen quia corporis incorruptibilitas connumerari potest inter privilegia, vel saltem judicari uti effectus immunitatis a labe originali, proinde anticipata gloria resurrectionis ejusdem corporis non tribui potius merito debet quam incorruptio. Incorruptum tamen permansisse Virginis corpus patet ex constanti traditione.

« Quæres VII de fide ne sit Virginis corpus a mortuis excitatum ad cælum fuisse assumptum?

« Resp. Quoniam hac de re nulla ex-

(1) Pag. 24, *De gloriosa beatæ Mariæ Virginis in cælos Assumptione*: xciii, xciv, xcv, xcvi.

(2) De Deip. lib. v, cap. v.

(3) Palest. xxviii, art. xii.

tat Ecclesiae definitio, proinde ad fidem non pertinet; negari tamen non potest nisi ex petulanti temeritate, ut inquit Melchior Canus, nam constans et perpetua traditio, quae incorruptibilitatem corporis Virginis tuetur in tota Ecclesia, tuetur etiam gloriosam incorrupti corporis assumptionem. Idem docent Catharinus, Suaresius, Baronius, alique permulti ex theologis (1). »

Conradus Boppert gallus et Benedictus Uria hispanus, Benedictinae pervetustae Congregationis sodales, Theologiam asceticam illustrantes, piam de qua loquimur sententiam venustare nituntur. Sic prior in nostrum descendit argumentum: « Apostoli, qui morti B. M. Virginis adfuerunt, exanime quidem ejusdem corpus in horto Gethsemani sepelierunt (prout est memoriae proditum a scriptoribus antiquis), sed post triduum aperientes illius sepulcrum, nihil invenerunt ibi praeter lintamina, quibus involutum erat ejus corpus. Exinde rectissime concludebant illud caelo jam esse receptum. Omnino decebat, ut illibata Deiparae caro resuscitaretur, et in caelum assumeretur, ne a vermibus ederetur,

(1) Theotologia, lib. v. prop. v.

(2) Ad diem xv Aug.

(3) Medit. i ad diem xviii Sept.

(4) Operis titulus est: *La Vergine Maria vivente in corpo e in anima in cielo, ossia Dissertazione Teologico-Critica sulla Definitività dogmatica della corporea Assunzione della Madre di Dio*. Pp. 258-259 haec habet: « Dalle dottrine esposte in questo libro due cose principalmente rilevar si vogliono, l'abbondanza cioè e la forza delle ragioni e degli argomenti favorevoli al mistero di Maria Assunta a ragione del consenso universale delle scritture, della Chiesa e de' fedeli, e l'armonia di questo privilegio con tutto ciò che

aut in pulverem reverteretur (2). » Posterior autem: « Contemplare solemmissimam, » inquit, « et praecalam victoriam, cui dignitatem et splendorem conciliavit supremus gloriae rex Jesus Christus Dominus Noster, descendens sua Deifica sacrosancta humanitate, juxta S. Theresiam, ut educeret virginale suae matris corpus ex sepulcro, ubi requievit per tres dies, ut in omnibus suum dilectissimum Filium imitaretur, qui Mariam a mortuis surrectam comitatus est, et per consequens sociati sunt eis multi spiritus caelestes et beati, donec eam collocaret in throno excelso et singularis gloriae, assignato reginae omnium creaturarum (3). »

Hoc itidem saeculo in quo vitam ducimus, omni argumentorum genere ac magno eruditionis apparatu nostrae sententiae favet Remigius Buselli ex amplissima Seraphica familia (4), nec non Geminianus Mislei Soc. Jesu (5), qui Virginis Assumptionem tam solide, luculenter, ubertimque demonstrat, ut nullum lectoribus ambigendi locum relinquat. — Theologicas Dominici Schram O. S. B. institutiones Fr. Benedictus a Canniccatane M. O. S. P. F. copiosissimis adnotationibus

« crede e professa la Chiesa cattolica. E sebbene le sacre carte non parlino esplicitamente, quasi però ad ogni pagina l'adombrano, lo significano, lo illustrano, lo dichiarano. La loro armonia con questo mistero è universale, e nulla può da essa rilevarsi per fargli con stabilità qualche valore opposizione. Dell'universalità poi degli altri argomenti nulla è necessario ridire, perchè si in generale, come in particolare in tutti i tempi e in tutti i popoli con plauso e giubilo ne è stata solennizzata la festa, creduta la realtà. »

(5) *La Madre di Dio descritta da' SS. Padri e Dott. della Chiesa.*

exornavit. Gravibus iste verbis nostram sententiam adstruit: « De fide ergo solum habemus Christum in animam et corpus simul post resurrectionem gloriosum in caelum ascendisse. De beata Virgine Maria, quamvis Epiphanius haer. 78 rationes afferat, quibus ex una parte probare velit ipsam non fuisse mortuam, sed in similitudinem Enoch et Eliae translata fuisse in caelum, atque ex alia parte ipsam fuisse mortuam, tamen certum est Mariam reapse mortuam fuisse, quemadmodum et ejus Filius Jesus mortuus est, atque paulo post resuscitatus, in caelum assumptam fuisse. Haec sententia pie ac religiose

(1) Cap. vii.

(2) « Dal secolo XIII finora, » inquit memoratus auctor, « non vi è stato teologo, il quale avesse dubitato almeno dell'assunzione di Maria in anima e corpo, come prima di questa epoca dubitava alcuno, se piuttosto fosse morta anzichè risorta. Alcuno potrebbe riferire un'osservazione del Baronio contro Usuardo che aveva usato la parola *assumptio* invece di *dormitio*, ma ben può cessare la sua meraviglia non solo nel leggere le opere del Baronio, nelle quali si rileva l'opinione certissima di questo scrittore circa l'Assunzione, e si conosce meglio il motivo della riprensione che fa all'Usuardo e all'Adone, cioè che usavano tali parole da escludere la morte di Maria, quasi senza morire fosse stata Maria assunta in cielo. » *L'Assunzione di Maria Madre di Dio trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo*, pag. 158, ediz. di Torino. — Opus denique claudit ardenti voto, ut veritatem Assumptionis definiri dogmatico decreto contingat.

(3) Haec ille: « Non vi sia però chi tema che il dente voracissimo del tempo possa mai recare oltraggio al corpo intemerato di colei a cui fu data, come dice Isaia, la gloria del Libano da' suoi cedri incorruttibili. Poichè il Profeta dei Salmi aveva già detto che il Signore non mai permetterebbe che vedesse corruzione il Santo suo: *non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, Psalm. xv, 10; e Iddio medesimo, ripigliava S. Bernardino da Siena, non permise che vedesse corruzione la Madre del Santo. E come mai potea essere a corruzione soggetto un corpo

ab Ecclesia colitur, dum celebrat quotannis a pristinis saeculis talem corpoream B. M. Virg. in caelum assumptionem. Unde veritas haec habetur ab apostolica et ecclesiastica traditione (1). »

Nec possumus inglorio praeterire silentio P. Gasparem De Luise ex Piorum Operariorum familia, strenuum catholicae Religionis apologeticum scriptorem (2), nec non R<sup>mum</sup> et Ex<sup>mum</sup> Franciscum Pedicini Baris ecclesiam vigili sapientique cura gubernantem (3). Uterque corpoream Deiparentis Assumptionem mirifice probat atque collustrat. Quibus plane cohaeret Vincentius Anivitti (4), multis nu-

« che era stato l'abitacolo della stessa santità? Imperocchè la santità dona all'anima, e dall'anima si trasfonde nel corpo, una specie d'inalterazione, di stabilità, d'incorruttibilità; e se il peccato ha la rea natura di dissolvere, di rompere in noi ogni cosa; la santità per contrario ha una forza unitiva, identificante l'uomo con Dio, presso di cui non vi è trasmutazione, nè ombra od avvicendamento di sorta: *apud quem non est transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio*, Jacob. 1, 7. Or se Maria fu piena di tanta grazia, fu riccolta di tanta santità, che la maggiore o l'eguale non si ebber gli Angeli; se fu Maria in ogni tempo, e tutta da Dio posseduta, chi potrà mai senza temerità indursi a credere che l'immacolato suo corpo fosse stato soggetto alla corruzione, che è della colpa il più funesto effetto? » Disc. xviii sull'Assunzione di Maria.

(4) Hoc inter cetera: « Ma per dire alcun che più acconcio alla ragione del luogo, qual gloria non potrebbe un giorno riflettere il mistero dell'immacolato Concepimento su quello dell'Assunzione totale della maggiore solennità a questa patriareale Basilica? E in verità troppe sono le relazioni che questi due misteri collegano. Il Pontefice santo che dalla vicina sua tomba parmi esultò al gran fatto che Dio concesse di compiere al IX e non al V de' Pii, condannava egli la LXXV proposizione di Baio, nella quale asseriva che gli stenti della vita, ed egualmente la morte, come negli altri uomini, così pure in Maria tener si dovessero

meris de alma Roma benemeritus, clerique romani decus atque jubar. Cum iste in Liberiana Basilica de immaculato Deiparæ Conceptu panegyricam haberet orationem, nostram sententiam diserte proclamat.

Et alia nobis velut innumera præsto sunt monumenta scriptorum, quæ indubiam faciunt de Assumptione Deiparæ fidem, quæque consulto præterimus, ne fastidio benevolam lectorem prosequamur, ne nostrum exiguum venditemus ingenium, nostramque prædicemus humilem eruditionem. Tanta quippe veritatis luce perfunditur Assumptio Virginis, ut in eam ecclesiæ omnes omniumque singuli doctores atque pastores ecclesiarum velut unius solis radii, ejusdem fontis rivuli, ipsius arboris rami cum Ecclesia Romana, in qua non potest fides sentire defectum, cumque ter beatissimo Petro, qui est petra et crepido catholice Ecclesiæ, cunctis labentibus temporibus unanimi consensione conspicerent.

consequenza della colpa di origine, o di attuali peccati. Orsù: fuor di ogni dubbio, anzi fede essendo oggimai l'uno pel Tridentino Concilio, l'altro per la recente definizione, che Maria nè di colpa attuale si fu mai rea, nè dall'originale reato mai lesa; e come non vagheggiare un bel giorno, in cui, quando che sia, e nuovo onore si aggiunga alla ferale storia de' suoi patimenti nel corso del vivere, e nuovo onore soprattutto alla cara credenza, che morta la narra per puro slancio di carità, incorrotta nella sua tomba di fiori, anticipatole il più giocondo risorgimento, e fra le angeliche melodie levata carne ed anima in paradiso? Certo è che come Davide contemplando in ispirito la sua detta nipote, incontro le metteva l'augurio che Iddio la custodirebbe nell'ingresso e nell'uscita: *Domine custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in seculum*; così di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la

## Caput VI.

Ecclesia latino-græco-historiographa,  
nec non cardinalitia et academica.

1. Theologia et Historia ecclesiastica easdem propemodum veritates docent et tradunt, eo tamen discrimine, ut per Theologiam ordine scientifico, et per Historiam ordine chronologico dogmatum canonumque codex evolvatur. Theologia ab Ecclesiæ auctoritate quæ omnem nobis suppeditat veritatem, *potum vitæ*, et Historia ex Deo Creante qui cunctis profecto veritatibus eminet, auspicatur. Exinde fit, ut hæc theologica lucubratio majorem firmitatem majoremque lucem ab Historiographia mutuetur et imbibat. Ecclesiastici siquidem sacræ Historiæ tractatores rimas ac latebras, ut ita loquar, catholice antiquitatis diligenter investigarunt: id caput ea propter adjungimus, ut, re diligentius excussa et veteribus sæculorum labentium monumentis penitus explorata, cuilibet clarius constare queat

pietà verso l'immacolato Concepimento e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne veggiamo indotta fra i Greci la Festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero, nell'autorità l'esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Launoi non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente e ben per altro spirito che le antiche emulazioni di scuole) osteggiare l'immacolato Concepimento. Il tipo stesso di quella donna che apparve ne' cieli, e di sel si veste, e monta la luna, e cinge le stelle, e dal venefico serpe non resta contaminata, ma palpitante al piè sel vede, lo calpesta e passa; questo tipo non esprime ad un tempo il mistero della sua origine, e quello della sua immortale glorificazione? *Il è annoversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento, sermone detto nella Patriarcale Basilica Liberiana.*

Assumptio. Hæc tamen prælibantes, nullatenus assentimur Doëllingerio qui germanica jactantia plenus et magnus velut Historiæ cultor obganniebat: *Totum erit historia, et theologia futurorum temporum erit theologia historica* (1). Recte! bene!! pulcre!!! Aliter proinde sentientes breviter volumus et auscultemus *magistram vitæ*, Historiam.

2. Eusebius, Cæsareæ in Palæstina episcopus, ob singularem cum Pamphylo dulcissimam amicitiam cognomine Pamphylus appellatus, omnium historiographorum nobile ducit agmen. Sæc. 3<sup>o</sup> passim a scriptoribus recensetur, licet ann. 338 naturæ concesserit. Ad argumentum itaque nostrum is opportune testatur: « Maria Virgo Jesu Christi mater ad Filium in cælo assumitur, ut quidam sibi fuisse revelatum scribunt (2). » Nequaquam hæc recitata verba respiciunt animæ dumtaxat Assumptionem; ut id enim potuisset agnosci, nulla penitus requirebatur revelatio, tum propter meritum cumulum tum propter altissimam Dei parentis dignitatem: hinc, ut scite monet Baronius, illa memorata verba perpendens, Assumptionem Virginis in anima et corpore significare maluit Eusebius. Et in additamentis quibus Hieronymus illustravit ac perfecit Eusebii Chronicon, eadem nuper recitata verba referuntur; quare Mabillonius: « Certum est hoc loco significari ipsius depositionem seu assumptionem (3). » Hæc tamen animadvertas velim, Eu-

(1) Cf. Barth. D'Avanzo in aureo libello cui titulus: *Döllinger e la sua Dichiarazione*, c. 1, n. 1.  
(2) Chron. lib. II ad ann. 48.

sebius præcedentium sæculorum fidem magna et solerti cura retulisse; quum innumera suo sæculo vetustiora scripta congesserit. Quo fit, ut veritas Assumptionis ad ipsa rei christianæ primordia micanti sua luce pertingat.

Post Eusebium primum sibi locum vindicat Nicephorus Callixtus, græcorum historicus, CP. patriarcha, doctrina et sanctimonia præditus, qui ad perennem beatorum vitam an. 828 migravit. Ad nostram ipse rem præclarissimum edidit testimonium: « Ubi ad Gethsemani perventum est sepulturam, » historiographus noster ait, « illa quidem Filium imitata traditur; per illum autem ad divina tabernacula, ad ipsum scilicet paradisum, ubi et vitæ arbor consita est, ratione ea quam qui hanc fecit Deus novit, transfertur (4). » Notandum verba *Deus novit* ad illa dumtaxat adminicula quæ singularem triumphum comitata sunt referri, nequaquam vero ad rei vel facti existentiam, ita ut illud minuant aut in dubium vertant. Eo vel magis quod Nicephorus eodem in loco satis aperte deprompserit, « Dei Genitricem incorruptibili corpore surrexisse. » Et alibi, solerter iis traditis quæ de Virginis Assumptione memorabantur ævo suo, constantique traditione posterum fidei mandabantur, addit: « Quod vero divinum hoc Dei Genitricis corpus resurrecturum fuerat, propheta David dixerat: Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ (5). »

Michael Glycas, gravis ecclesiæ græ-

(3) Liturg. Gallie. lib. II, pag. 118.

(4) Eccles. Hist. lib. I, cap. XIII.

(5) Eccles. Hist. lib. II, cc. XII et XIII. — Ibidem

meris de alma Roma benemeritus, clerique romani decus atque jubar. Cum iste in Liberiana Basilica de immaculato Deiparæ Conceptu panegyricam haberet orationem, nostram sententiam diserte proclamat.

Et alia nobis velut innumera præsto sunt monumenta scriptorum, quæ indubiam faciunt de Assumptione Deiparæ fidem, quæque consulto præterimus, ne fastidio benevolam lectorem prosequamur, ne nostrum exiguum venditemus ingenium, nostramque prædicemus humilem eruditionem. Tanta quippe veritatis luce perfunditur Assumptio Virginis, ut in eam ecclesiæ omnes omniumque singuli doctores atque pastores ecclesiarum velut unius solis radii, ejusdem fontis rivuli, ipsius arboris rami cum Ecclesia Romana, in qua non potest fides sentire defectum, cumque ter beatissimo Petro, qui est petra et crepido catholice Ecclesiæ, cunctis labentibus temporibus unanimi consensione conspicerent.

« conseguenza della colpa di origine, o di attuali peccati. Orsù: fuor di ogni dubbio, anzi fede essendo oggimai l'uno pel Tridentino Concilio, l'altro per la recente definizione, che Maria nè di colpa attuale si fu mai rea, nè dall'originale reato mai lesa; e come non vagheggiare un bel giorno, in cui, quando che sia, e nuovo onore si aggiunga alla ferale storia de' suoi patimenti nel corso del vivere, e nuovo onore soprattutto alla cara credenza, che morta la narra per puro slancio di carità, incorrotta nella sua tomba di fiori, anticipatole il più giocondo risorgimento, e fra le angeliche melodie levata carne ed anima in paradiso? Certo è che come Davide contemplando in ispirito la sua detta nipote, incontro le metteva l'augurio che Iddio la custodirebbe nell'ingresso e nell'uscita: *Domine custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in seculum*; così di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la

## Caput VI.

Ecclesia latino-græco-historiographa, nec non cardinalitia et academica.

1. Theologia et Historia ecclesiastica easdem propemodum veritates docent et tradunt, eo tamen discrimine, ut per Theologiam ordine scientifico, et per Historiam ordine chronologico dogmatum canonumque codex evolvatur. Theologia ab Ecclesiæ auctoritate quæ omnem nobis suppeditat veritatem, *potum vitæ*, et Historia ex Deo Creante qui cunctis profecto veritatibus eminet, auspicatur. Exinde fit, ut hæc theologica lucubratio majorem firmitatem majoremque lucem ab Historiographia mutuetur et imbibat. Ecclesiastici siquidem sacræ Historiæ tractatores rimas ac latebras, ut ita loquar, catholice antiquitatis diligenter investigarunt: id caput ea propter adjungimus, ut, re diligentius excussa et veteribus sæculorum labentium monumentis penitus explorata, cuilibet clarius constare queat

« pietà verso l'immacolato Concepimento e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne veggiamo indotta fra i Greci la Festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero, nell'autorità l'esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Launoi non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente e ben per altro spirito che le antiche emulazioni di scuole) osteggiare l'immacolato Concepimento. Il tipo stesso di quella donna che apparve ne' cieli, e di sel si veste, e monta la luna, e cinge le stelle, e dal venefico serpe non resta contaminata, ma palpitante al piè sel vede, lo calpesta e passa; questo tipo non esprime ad un tempo il mistero della sua origine, e quello della sua immortale glorificazione? *Il di amversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento, sermone detto nella Patriarcale Basilica Liberiana.*

Assumptio. Hæc tamen prælibantes, nullatenus assentimur Doëllingerio qui germanica jactantia plenus et magnus velut Historiæ cultor obganniebat: *Totum erit historia, et theologia futurorum temporum erit theologia historica* (1). Recte! bene!! pulcre!!! Aliter proinde sentientes breviter volumus et auscultemus *magistram vitæ*, Historiam.

2. Eusebius, Cæsareæ in Palæstina episcopus, ob singularem cum Pamphylo dulcissimam amicitiam cognomine Pamphylus appellatus, omnium historiographorum nobile ducit agmen. Sæc. 3<sup>o</sup> passim a scriptoribus recensetur, licet ann. 338 naturæ concesserit. Ad argumentum itaque nostrum is opportune testatur: « Maria Virgo Jesu Christi mater ad Filium in cælo assumitur, ut quidam sibi fuisse revelatum scribunt (2). » Nequaquam hæc recitata verba respiciunt animæ dumtaxat Assumptionem; ut id enim potuisset agnosci, nulla penitus requirebatur revelatio, tum propter meritum cumulum tum propter altissimam Dei parentis dignitatem: hinc, ut scite monet Baronius, illa memorata verba perpendens, Assumptionem Virginis in anima et corpore significare maluit Eusebius. Et in additamentis quibus Hieronymus illustravit ac perfecit Eusebii Chronicon, eadem nuper recitata verba referuntur; quare Mabillonius: « Certum est hoc loco significari ipsius depositionem seu assumptionem (3). » Hæc tamen animadvertas velim, Eu-

(1) Cf. Barth. D'Avanzo in aureo libello cui titulus: *Döllinger e la sua Dichiarazione*, c. 1, n. 1.  
(2) Chron. lib. II ad ann. 48.

sebius præcedentium sæculorum fidem magna et solerti cura retulisse; quum innumera suo sæculo vetustiora scripta congesserit. Quo fit, ut veritas Assumptionis ad ipsa rei christianæ primordia micanti sua luce pertingat.

Post Eusebium primum sibi locum vindicat Nicephorus Callixtus, græcorum historicus, CP. patriarcha, doctrina et sanctimonia præditus, qui ad perennem beatorum vitam an. 828 migravit. Ad nostram ipse rem præclarissimum edidit testimonium: « Ubi ad Gethsemani perventum est sepulturam, » historiographus noster ait, « illa quidem Filium imitata traditur; per illum autem ad divina tabernacula, ad ipsum scilicet paradisum, ubi et vitæ arbor consita est, ratione ea quam qui hanc fecit Deus novit, transfertur (4). » Notandum verba *Deus novit* ad illa dumtaxat adminicula quæ singularem triumphum comitata sunt referri, nequaquam vero ad rei vel facti existentiam, ita ut illud minuant aut in dubium vertant. Eo vel magis quod Nicephorus eodem in loco satis aperte deprompserit, « Dei Genitricem incorruptibili corpore surrexisse. » Et alibi, solerter iis traditis quæ de Virginis Assumptione memorabantur ævo suo, constantique traditione posterum fidei mandabantur, addit: « Quod vero divinum hoc Dei Genitricis corpus resurrecturum fuerat, propheta David dixerat: Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ (5). »

Michael Glycas, gravis ecclesiæ græ-

(3) Liturg. Gallie. lib. II, pag. 118.

(4) Eccles. Hist. lib. I, cap. XIII.

(5) Eccles. Hist. lib. II, cc. XII et XIII. — Ibidem

cæ historicus, sacrarumque rerum peritissimus, quem nonnulli siculum, nonnulli vero melius constantinopolitanum e gente Gliceto dicunt, juxta alios XII vel XIII sæculo floruit, juxta alios autem XIV vel etiam XV ævo inclaruit, nostram sententiam historice tradit. Non est nostrum tantas componere lites, sed ejus potius hæc super re mentem assequi. Hæc speciminis gratia: « Tametsi Virgo Mater naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi mortem degustavit, tametsi ut homo in sepulcro est deposita; naturæ tamen fines atque terminos superavit et excessit; neque sepulcrum, neque mortalitas eam in potestate sua retinere potuit. Nam et ipsa de sepulcro resurrexit, prorsus uti Filius ejus, idemque Deus etiam fecerat, solis sepulcralibus exuviis in monumento relictis (1). » In epistola ejusdem græci historici ad Alypium monachum, in qua et Andreae cretensis et Cosmæ hymnographi auctoritatem depromit, psychosomatica Deiparentis Assumptio magis magisque declaratur.

3. Neque silentio præterire fas est illam quam vulgo dictitant *Historiam Euthymianam*. Hæc nil aliud est quam biographia cujusdam Euthymii ex Palæstina archimandritæ, qui vixit circa tempus Concilii chalcedonensis, et Juvenalis jerosolymorum patriarchæ. In illa porro historia hæc præcipue memorantur: « Superius commemoratum est quemadmodum S. Pulcheria Christo in urbe Constantinopolitana plures construxit ecclesias. Harum autem una est ea, quæ in Blachernis

cc. XIV et XV reperitur Orat. Juvenalis episc. Jerosol. habita in Conc. Chalced. 451 coram Mar-

ædificata est primis annis imperii Marciani divæ memoriæ. Cum igitur celeberrimæ ac sanctissimæ Dei genitrici, perpetuæque Virgini Mariæ venerandam ædem illic extruxissent, atque omnibus ornamentis illustrassent, sanctissimum, quodque Deum suscepisset, corpus conquirebant, accitoque Juvenali jerosolymorum Archiepiscopo ac Palæstinæ Episcopis qui tum ob concilium Chalcedone coactum in imperiali urbe versabantur, his eos verbis alloquuntur: Jerosolymis principem et eximiam Dei genitricis ac perpetuæ Virginis Mariæ ecclesiam esse audimus in eo loco, qui Gethsemane vocatur, ubi corpus ipsius, quod vitam tulit, in loculo conditum est. Placet itaque has reliquias huc afferri, ut imperatrici huic urbi præsidio sint. Excipiens autem hunc sermonem Juvenalis, in hæc verba respondit: Etsi quæ in sanctæ Dei genitricis Mariæ morte contigerunt, sacræ divinitus inspiratæ scripturæ monumentis minime prodita sint, tamen ex prisca ac verissima traditione hoc accepimus, quod gloriosi ipsius obitus tempore sancti omnes apostoli, qui gentilium salutis causa terrarum orbem peragrabant, temporis momento per altum abrepti in Jerusalem convenerunt, ibique cum essent, angelica ipsis visio contigit, divinusque præstantiorum virtutum cantus auditus est; sicque cum divina ac cælesti gloria in manus Dei animam sanctam commendavit: ejus autem corpus, quod Deum suscepit, cum angelico et apostolico cantu fu-

cian. et Pulcher. imp., in qua Virg. Assumptio sat superque declaratur. (1) Annal. Pars III.

nere elatum apud Gethsemanem in loculo conditum est. Quo quidem in loco Angeli totos tres dies choros agere atque canere non destiterunt. Cum autem ipsi exactis tribus diebus canendi finem fecissent; Apostoli qui aderant, propterea quod unus ex ipsis, Thomas nimirum qui funeri non interfuerat, post tertium diem veniens, corpus illud, quod Deum suscepit, adorare cupiebat, tumulum aperuerunt, ac sacratissimum quidem illud corpus haudquaquam invenire potuerunt: cum autem jacentia tantum ipsius lintea reperissent, atque ex iis inenarrabili quadam suavitate perfusi fuissent, loculum clausurunt, atque mysterii illius admiratione percussi hoc solum secum reputare poterant, quod Deus Verbum ac gloriæ Dominus, qui in persona propria carnem ex ea induere ac fieri homo voluerat, idem etiam post discessum e vita immaculatum ac spurcitiei expertus ejus corpus incorruptibilitate ac translatione ante communem et generalem resurrectionem honestare voluisset. Aderant porro tum una cum Apostolis sanctissimus apostolus ac primus Ephesiorum Episcopus Timotheus, et Dionysius Areopagita, quemadmodum ipsemet magnus Dionysius ad beatum Hierotheum, qui ipse tunc aderat, in libris, quos ad prædictum apostolum Timotheum elaboravit, testatur... Quæ cum imperatores audissent ab Archiepiscopo Juvenali, convenerunt ut sanctus ille locus una cum gloriosissimæ ac sanctissimæ Dei genitricis vestimentis, quæ in eo posita erant, ad se tuto mitterentur. Quod cum con-

(1) Hist. Euthym. lib. III, cap. 40.

ligisset, eum in veneranda æde sanctæ Dei matris, quæ in Blachernis extracta erat, condiderunt, atque hæc ad hunc modum se habuerunt (1). » Sunt qui a Cyrillo quodam monacho e Saba, demortuo an. 531 historiam hanc exaratam putant, aliis vero illam Euthymio Zigabene mediæ ævi scriptori tribuere placuit. Imo subdit P. Le Quien: *Marcianum et Pulcheriam certiores factos esse a Juvenali Patriarcha jerosolymitano de Deiparæ Virginis assumptione nequitiam ausim inficiari, uti nec affirmare* (2). Quicquid tamen de hac critica concertatione quisque sentire valeat, est citra omnem dubitationis aleam, memoratam historiam euthymianam magno fuisse apud veteres in pretio, saltem uti vetustissimum ecclesiæ græcæ historicum monumentum.

Obvolvimus silentio alios graves historiographos græcanicos eodem ferme modo pro Virginis Assumptione loquentes, uti Socratem et Sozomenum qui sæc. 5<sup>o</sup> Ecclesiæ historiam scripserunt, nec non Simeonem Metaphrasten qui sæc. 10<sup>o</sup> *Hagiologiam* seu vitam sanctorum confecit, et alios innumeros quolibet eruditionum genere pollentes.

4. A græcis nequaquam abludunt historici latini. Æterni sane nominis scriptor Cæsar Baronius S. R. E. Cardinalis, cum res ecclesiasticas accuratissime descripserit, et ex infinitis propemodum historiographis qui per duodecim sæcula res gestas in Ecclesia diligenter notarunt, regula sanæ critices omnia christianæ pietatis vetusta documenta tradiderit, rem nostram

(2) Pag. 879 tom. sec. Damas. op.



pluribus in locis testatur: « In quam sententiam, » inquit, « cum Patres omnes, qui ea de re egerunt, æque conspirent, et scholasticorum classis pariter consentiat, nullus remanet dubitandi de ea locus, adeo ut perfricata frontis et procacis sit animi indicium Ecclesiæ universalis usui et tot Patrum sententiis non acquiescere, maximeque his omnibus contradicere (1). » Atque mox infallibili Ecclesiæ consensione sententiam nostram sequutus, inquit: « Sicut tamen ex græcorum quam latinorum (perpaucis exceptis qui epistola Hieronymi decepti sunt) assertione, ita etiam ex romanæ Ecclesiæ usu recepto, firmiter constanterque asserimus ac profitemur, ipsam Ss. Dei Genitricem Mariam una cum sacratissimo illo corpore quo impartita est Deo carnem, in cælum esse receptam. » Et reddita posthac tanti privilegii ratione, rursus: « Quod quidem haud adeo mirum vel novum videri debet; nam si cætera in illam collata pensentur beneficia, hoc levius censendum videatur, quod et aliis plurimis constat fuisse divina liberalitate concessum. Quod si, Christo resurgente ex mortuis, *multa subinde, ut ait Evangelista, Sanctorum corpora surrexerunt et introierunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis, quos penetrans ille cælum duxit secum in altum, captivam, ut est apud Paulum, ducens captivitatem; quid, inquam, tam mirum, tam novum, ut matri concessum sit, quod compluribus servis constat fuisse tributum? Sunt et aliæ innumeræ rationes, imo et sanctorum oracula propheta-*

(1) *Annal. ad ann. Chr. 48, n. 24.*

rum, quæ non solum id suadent, sed et affirmare compellunt, quæ cum aliis pluribus sint recensita, in illis diutius non immorabimur. » Et ut alia pene innumera documenta quæ ex ipsis *Annalibus* eruuntur, omittam, ipsemet clariss. Baronius expendens quo ætatis anno inclyta Jesu Mater placido transitu ex hac luce migraverit, scribit: « Hactenus de assumptione Dei Genitricis Mariæ, quam quidem non sic recensuimus hoc anno, quasi affirmare velimus hoc ipso anno esse defunctam, et in cælum assumptam, sed quod hoc anno ponatur ab Eusebio, nobisque quonam anno certe decesserit, sit inexploratum (2). » Et ibidem in Adonem et Usuardum excanduit, quum in suis Martyrologiis non recte senserint de Virginis Assumptione, nec non mente divi Epiphani qui ejus mortem in dubium quasi vertebat, blanda ratione (more suo) interpretata, et recensitis, per pensis libratisque momentis circa locum, ubi contumulata B. Virgo fuit, magna veterimarum traditionum cæterva suffultus Marianam Assumptionem in anima et corpore disertis conceptisque verbis fatetur et tradit. Et alio in loco apertius mentem suam pandens, inquit: « Dei Ecclesia propensior in eam partem videtur, ut una cum corpore (B. M. V.) assumpta sit in cælum. Nam in hujus diei celebritate illas sanctorum Patrum homilias legendas tradit, quibus ea de assumptione affirmantur (3). » Hæc *Annalium ecclesiasticorum* parens, Congreg. Oratorii presbyter.

(2) *Ad ann. 48.*

(3) *In not. ad Martyrol., die xv Aug.*

Natalem Alexandrum de universa sacra et ecclesiastica historia quam optime meritum, utul sententiæ nostræ non omnino subscribentem, et hac in re Launojo quasi faventem, commemoramus post Baronium, qui tamen veritatis nitore percussus, relatis scriptoribus accedit, ita ut hæc dicere faterique cogatur: « Non cogit itaque ejus, Nicephori scilicet, testimonium, ut opinionem de assumptione corporea beatæ Virginis, ecclesiastici dogmatis loco habeamus: quamvis eam ut piam ac congruis rationibus longe probabiliorem amplectemur, quia ut talem amplectitur Ecclesia, imo nunc temeritatis notam non effugeret, qui de illa dubitaret (1). » At dein scholio 1<sup>o</sup> antea dictorum fortassis immemor, tradiderat enim, *Billiodum piam sententiam gravissimis momentis adstruere*, addit: « Operum meorum religiosi censores hanc in indiculo suo propositionem notarunt. Non est certum de fide apud veteres Patres beatam Virginem corpore assumptam esse in cælum. Respondeo: Id a me non leviter assertum, sed luculentis ac disertis testimoniis confirmatum est, quo de corporea B. Virginis in cælos assumptione dubitarunt. » Quibusdam deinde Launoi argumentis recitatis, iterum palinodiam canit et concludit: « Cæterum pietatis officio non defui, nec dubitavi, aut in dubium revocare posse censui, num Deipara redivivo corpore in cælum assumpta sit, quin imo eam sententiam omnino amplectendam esse dixi *ut piam et congruis rationibus longe probabiliorem, quam*

(1) *Hist. Eccl. lib. II, cc. XXI, XXII, XXIII.*

(2) *De id. Disp. XC, num. 110.*

et talem amplectitur Ecclesia; adeo ut temeritatis notam non effugeret, qui de illa dubitaret. Nam *et ecclesiasticam* de corporea Deiparæ in cælos assumptione sententiam asserui. » Mox argumentis ex veteri gallico seu gothico missali desumptis, inquit: « Quod autem dixi, in dubium revocari non debere corpoream Deiparæ Virginis in cælum assumptionem, quamvis dogma fidei non sit. » Hæc tamen scite monendum cum Lugo putamus: « *pro probabilior* non accipiendum juxta grammaticam, si enim propositio assumptionis corporeæ esset probabilior, quomodo opposita mulctanda esset temeritatis nota (2)? »

Nec facere possum, quin commemorem abb. Rohrbacher qui nuper in Germania floruit. Universam iste catholicæ Ecclesiæ historiam scribens, tum Occidentis cum Orientis ac præcipue jerosolymorum ecclesiarum traditionibus accuratissime collectis, corpoream Deiparentis in cælum elationem firmiter constanterque saniolem potiolemque partem fateri concludit. Hæc tantummodo perpauca sed aurea verba promamus: « Major pars omnium auctoritatum in Ecclesia profecto reperitur, quacum Jesus Christus usque ad consummationem sæculi futurum esse spondit, et quacum Spiritus sanctus manet in æternum, ita ut spiritus Ecclesiæ sit spiritus Dei. Porro sancta Dei Ecclesia, et illa præsertim quæ magis pia vocatur, gloriosam atque corpoream sanctissimæ Matris Dei assumptionem universim credit universimque profitetur (3). »

(3) *Stor. Univ. della Chiesa Catt. lib. XXVI, vol. II, pag. 788, Torino 1809.*

Javerit quoque nuperrimum historicum in medium proferre, Mich. Salzanum scilicet archiepiscopum in partibus infidelium, qui vestigiis Augustini nostrorum temporum, immortalis nimirum Bossueti, fideliter insistens, sacram et politicam mire conjunxit historiam. Et optima sane ratione; cum una esse debeat historia, sacra videlicet: casus namque politici tot illius dumtaxat digressiones autumantur. Prælaudatus igitur auctor concordem omnium veterum historiographorum auctoritatem quasi referens, ingenue tradit: « Sub Neronis imperio, Virgo sanctissima Mater Dei in ephesina civitate supremum clausit diem, vel juxta alios Jerusalem; et paucos post dies, anima iterum candido suo corpori conjuncta ad ætherea regna migravit (1). »

5. Huc magni quoque facit cujusdam anonymi homilia quæ prout historia Virginis assumptæ in cathedrali parisiensi ecclesia quotannis legebatur, cum adhuc in breviario lectiones pseudo-Hieronymi essent insertæ. Inter alia hæc verba leguntur: « Quare audite, fratres mei, Augustinum dicentem, contra rationem nemo sobrius, contra Scripturam nemo christianus, contra Ecclesiam nemo pacificus senserit. Scriptura dicit: Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ. Surrexit Dominus non quoad divinitatem nec quoad animam, quæ nunquam cecidit, et postea surrexit. Similiter arca sancta, idest plena rebus sanctis, Maria etiam

(1) Corso di Stor. Eccl. dalla Creazione del mondo sino a' giorni nostri, comparata con la storia politica de' tempi, vol. II, cap. 15 sulle cose dell'impero.

ut Filius in eo resurrexit corpore et anima (2). »

Uterius eadem veritas optime probatur ex vacuo sepulcro B. Virginis, de quo penes historicos tum græcos tum latinis plura memorantur. Sepulcrum Deiparæ duravit in villa Gethsemani, in valle Josaphat usque ad tempora Titi et Vespasiani, sub quorum imperio Jerusalem eversa, omnis Judæa vastata, omnisque hujus sancti monumenti memoria apud christianos oblita fuit, adeo ut quo loco situm fuerit B. Mariæ sepulcrum, diu fuit ignoratum. Hinc D. Hieronymus cum recenseat (ep. 27) ss. patriarcharum et prophetarum monumenta quæ suo tempore cognoscebantur, quæque magno pietatis affectu S. Paula visitabat, Mariani sepulcri non meminit, tanquam rei penitus oblita. Postea divino plane nutu id sepulcrum revelatum fuit. Brocardus dominicanus in descriptione terræ sanctæ hoc sepulcrum memorat, quod etiam oculis suis usurpavit, narratque suo tempore sic aliorum ædificiorum ruinis fuisse opertum, ut ad illud per sexaginta gradus descendere fuerit necessum. Et ven. Beda de locis sanctis scribit, id suo tempore vacuum fuisse monstratum, hodieque ad loca sancta in Palæstinam peregrinantibus excisum in petra ostenditur, quemadmodum ii qui pietatis ergo Jerosolymam proficiscuntur, ingenue narrant. Unde quod olim angelus de resurrectione Domini ad mulieres dixit apud Hieronymum: *Venite et videte locum ubi*

(2) Confer Jacob. Gaudin in op. cui titulus: *Assumptio Mariæ Virginis vindicata.*

*positus erat. Ut si meis verbis non creditis, vacuo credatis sepulcro, id ego hæreticis quoque dicam: venite, increduli, et videte locum ubi posita erat Virgo Deipara; ut si meis verbis non creditis, vacuo credatis sepulcro. Id adeo sine cuiuspiam dubitatione certissimum est, ut si fideles ubi hodie almæ Dei Genitricis exuvias venerentur, sciscitamur, ea nos responsione, ut olim angeli corpus Jesu mulieres ad monumentum requirentes, dimittent: Surrexit, non est hic (1).*

Præterea: multas quidem laudes, encomia multa legimus in sepulcrum B. Virg. Mariæ. Locus ille veluti sanctus prædicatur, et urbs jerosolymitana tanto ditata monumento summis extollitur plausibus; nulla vero de

(1) Matth. xxviii, 6.

(2) Fascicolo 20 luglio 1869. Ibi auctor G. de Luca, p. 8, in calce ait: « Chiediamo a' nostri lettori di riflettere sulla forza del nostro argomento. In vero la testimonianza del fatto dell'Assunzione di M. Ss. in corpo ed anima può essere considerata o come una storia propriamente detta, o come una pia tradizione, o come una dottrina insegnata dalla Chiesa. Or dato ancora che come verità storica non potesse dimostrarsi apoditticamente; come una pia tradizione gode tale grado di morale certezza, da non potersi rinvocare in dubbio da qualunque sano critico. Pia tradizione in fatti dicesi quella dottrina, quella storia o fatto singolare, quella consuetudine, che riposa sugli animi degli uomini, e che da uno all'altro si è trasmessa; in qualunque modo ciò sia avvenuto, sia per mezzo delle pitture, o per mezzo di qualunque altro monumento, sempre però non scritto da principio. Coteste pie tradizioni stanno in mezzo tra quelle che da' teologi diconsi divine, apostoliche ed anche ecclesiastiche, e le tradizioni così dette volgari le quali spesso contengono cose non gradevoli alla pietà e contro la stessa legge di Dio. Ormai è canone ricevuto da tutti i sani critici che è autentica quella pia tradizione la quale si versa intorno ad un celebre avvenimento, e che potuta esser conosciuta da contemporanei, e da coloro che all'avvenimento

corpore in eodem sepulcro deposito laus est. Quinimo luculenter in quibusdam locis liturgicis ecclesiæ græcæ sepulcrum illud tanta veneratione recolendum esse dicitur, eo quod olim Virgineum corpus triduo meruerit excipere.

Pro coronide libet inserere catholicas ephemerides quæ nostrorum temporum historiæ vocari quodammodo possunt. Tres præcipuas laudare sufficiat, illam nempe cui titulus: *La Scienza e la Fede* (2), philosophica et theologica doctrina sat superque pollentem; illam inscriptam: *Unità Cattolica* (3), quæ tam strenue prælia Domini dimicat; illam denique nuncupatam: *Civiltà Cattolica* (4), quæ omnium ephemeridum princeps sacram exhibet

\* stesso successero, subitamente si propagò. E \* stimasi tanto più autentica qualora niuno bene \* temporale sia alla società provenuto, e quando \* i vicini a cui spettava contraddire, l'accettarono di buon viso. Ora l'Assunzione corporea \* di Maria deve essere assolutamente annoverata \* tra il numero delle pie tradizioni, come apparirà dal progresso del nostro lavoro; e per \* questo lato è certissima. Sebbene, quanto a noi \* stimiamo che non pure una pia tradizione, ma \* una dottrina della Chiesa debba ritenersi. Et inferius pag. 13 addit: \* Supporre ciò (quod Assumptionis corporeæ cultus ab Ecclesia propositus sit falsus) sarebbe empietà, l'asserirlo \* bestemmia. Ed in tale scoglio inciamperebbe \* colui che temerario ardisse, non diciam negare, \* ma solo muovere dubbio intorno alla realtà \* dell'Assunzione corporea di Maria. Noi l'affermiamo dietro la unanime sentenza de' teologi, \* che si accordano nel chiamar temerario e sospetto d'eresia, stoltamente gonfio della sua \* scienza, petulante, blasfemo, colui che impugnasse odesta verità. »

(3) Confer additamenta (vulgo supplementi), in eis namque scripta sunt eorum nomina, qui Petri Cathedræ obolum jugiter mittunt, et simul pietissimam dogmaticam B. V. Assumptionis corporeæ definitionem medullitus efflagitant.

(4) Serie VII, vol. VII, n. 484. \* Pare che in Roma \* e altrove questo argomento vada destando mag-

encyclopaediam, ex qua potest quisquis lucem veritatis haurire. Si lumina proinde vertamus contra occidentales regiones, si contra orientales terras defigantur oculi, universa terra quoad Virginis Assumptionem *labii unius*, prouti quondam, agnoscitur; omnium cor et mens simillima reperiuntur.

6. Nonnihil etiam de S. R. E. Cardinalibus dicendum venit. Quanto scientiae atque charitatis nitore praefulgeant, neminem latet. Hinc Cardinales coccino et purpura vestiuntur, ut coccineos se prodant, hoc est tanta charitate flagrantes, ut pro Christo et Ecclesia, proque sua fide et gloria, si res postulet, sanguinem fundere parati sint. Et in hac praesertim temporum asperitate vivi prope sunt Ecclesiae martyres. Caeteris insuper uti Papae collaterales ob scientiae candorem antecellunt; ratio liquet: *Purior ex ipso fonte petuntur aquae*. Illa quae incipit: *Apostolicae Sedis*, plana Constitutio eos in procemio sic vocat: *Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales in negotiis Fidei Generales Inquisitores per universam Christianam Rempublicam deputatos*. Quantum proinde formosior in Cardinalium scientiae puritate nitescat Assumptio, videamus.

Hos inter principem locum obtinet divus Petrus Damiani Cardinalis Episcopus ostiensis, saec. 11 aureus scriptor, qui tanta doctrina et elo-

<sup>14</sup> gioro interesse, e appunto in questi giorni abbiamo ricevuto certe tesi teologiche, stampate e difese pubblicamente nel Collegio di S. Beuno in Inghilterra, tra le quali ne vediamo quattro sulla verità e definibilità dell'Assunzione. Checchè sia per fare il Concilio, certo piace questo movimento di studio e di devozione. Et an. xx.

quentia fulsit, ut eum Leo XII Pont. Max. inclytum Ecclesiae doctorem declaraverit. Ad nostram ipse rem loquitur: « Attollite jam oculos ad Assumptionem Virginis, et salva Filii maiestate, invenies occursum hujus pompae non mediocriter digniorem. Soli quippe angeli Redemptori occurrere potuerunt; Matri vero caelorum palatia penetranti Filius ipse cum tota curia tam angelorum, quam justorum solemniter accurrens evexit ad beatam consistorium sessionis (1). » Ac dein: « Ascendit Salvator in caelum potestativae virtutis imperio, sicut Dominus et creator, angelorum comitatus obsequio, non auxilio fultus: assumpta est Maria in caelum, sed gratiae sublevantis indicio, comitantibus et auxiliantibus angelis, quam sublevabat gratia non natura. Ideo dies haec assumptio, illa ascensio vocatur; cum aliud sit potentia, aliud misericordia, solumque sit soli privilegium creatori, naturam rerum propria potestate supergredi. » Ex hac comparatione quam Ravennas doctor instituit, arguimus: si corpore Christus propria virtute caelica regna conscenderit; haud spiritu dumtaxat, sed et corpore quoque ministerio angelorum omniumque caelicolarum assumpta Virgo Deipara fuit. Qua sane ratione sanctus episcopus illam praecipue objectionem, qua plerique corpoream Virginis Assumptionem impetebant, veriti ne

Serie VII, quad. 468, primo Sab. di Feb. 1899, pag. 354 haec promittit: « Un gran numero di Cattolici emettono il voto che il futuro Concilio chiuda il ciclo degli omaggi resi dalla Chiesa alla Vergine immacolata, promulgando il dogma della gloriosa Assunzione di lei. »

(1) Serm. XI de Assumpt.

Christi caelum penetrantis maiestatem tanta Virginis Mariae gloria quae pura creatura est, fortasse minueret. — Eminentissimus denique Doctor Luculentius concludit: « Tota conglomeratur angelorum frequentia, ut videat Reginam sedentem a dextris Domini virtutum in vestitu deaurato in corpore semper immaculato circumdata varietate, virtutum multiplicitate distinctam. »

Jure deinde merito laudandus nobis est card. Bellarminus, praeclearissimum inclytae Soc. Jes. ornamentum. Equis enim vel a limine theologicas disciplinas salutaverit, cui plane comperit non sit Bellarmini nomen? Ipse cum objecta dilueret, quae contra immaculatam Mariae Virginis Conceptionem opponebantur, respondet: « Objic. IV. beatam Virginem multas aeternas, atque ipsam etiam mortem, quae sunt peccati poenae, esse perpessam. Sed jam diximus beatam Virginis animam a peccati macula praeservatam, non autem fuisse redemptam, nisi cum post mortem singulari Dei gratia gloriosa surrexit (1). » Haec eadem mens insedit Joanni de Lugo ex ipsa Jesuitarum familia, genere hispano, S. Rom. E. Cardinali, qui nota temeritatis inuri comprobatur, qui Virg. Deiparam animam simulque corpore non fuisse super angelorum choros exaltatam asserere praesumeret (2).

In hac doctrina Gusmani filius card. Gotti sententia disserentis consentit: « VII. beatam Virginem Dei matrem

(1) De Controv. lib. IV, cap. XVII, tom. IV.

(2) Tract. de Fide, dist. XX, sect. III, n. 36.

(3) Verit. Relig. Christ. tom. I, tract. V, c. XLII de B. Virg. Assumpt. S. De Assumpt. B. Virg. etiam quoad corpus.

JANNUCCI

tertio a morte die resurrexisse, et in caelum corpore et anima assumptam fuisse, quamvis Scriptura taceat, adeo tamen constans est Ecclesiae catholicae traditio, ut soli haeretici, qui Ecclesiam audire nolunt, adhuc negent, vel in dubium vertant (3). » Thesi deinde nostra invictis propugnata rationum momentis, iterum ipse: « Quare licet hactenus Ecclesia nihil de hoc definit, adeo tamen constans est ejus in hanc partem consensus, ut qui docendo oppositum, resilire aut saltem dubitare auderet, non sine nota ac censura admitteretur (4). » Et inferius: « XX. hinc quo certitudinis gradu tenenda sit assumptio in corpore et anima B. Virginis colligi potest. Non enim ut pia tantum et probabilis opinio, cui liberum sit assentire est, ut sentiunt Abulensis (5) et Cajetanus (6). Quum enim omnium catholicorum, nemine contradicente, sententia sit, ut communi Ecclesiae iudicio, quae in simili materia errare non potest, corporea B. Virginis assumptio proponatur, vel dissentire, aut etiam in dubium revocare temerariae praesumptionis nota ad minus incurrenda esset. » Ulterius denique progressus, eum in fide adeoque et de haeresi suspectum habet, qui oppositam sententiam suscipit, « non eo quia christianae fidei refragaretur, sed quia praesumi potest, falso eum iudicare B. Virginis venerationem per errorem ab universali Ecclesia proponi (7). »

Christus insuper in caelum jam jam

(4) Ibid. num. 12 circ. fin.

(5) In cap. XXII Matth. pag. 230.

(6) Op. de Concept., cap. I.

(7) Loc. nuper cit.

ascensusur Mariam Virginem alloquitur apud Marcum Uvignerium cardinalem in chorda nona sui decachordi: « Neque diu, Mater, durabit nostra secundum carnem separatio. Instrues, confortabis, diriges discipulos meos. Et sicut in mea morte tu fuisti lumen indeficiens, spei inconcussa columna, charitatis amplissimum domicilium extitisti: ita post ascensionem meam pro gratiæ plenitudine, et beneficentiæ exuberanti virtute eris in omnes mihi fide subjectos fluuius gratiosus, quo in principio nascentis Ecclesiæ quasi plantulæ nutrietur animæ justorum. Cum hæc impleveris, cum plantationes nostræ fuerint confirmatæ, cum quæ ego plantavi, tu irrigaveris, veniam ad te; et quomodo me nunc vides ascendere, sic te conducam. Gaude, Mater optima, et frui felicitate quam vides in me, quam paulo post senties in te. » Quæ cum ita sint, consona Cardinalium DD. vox est, Deiparam Virginem quoad animam et corpus Assumptione donari.

7. Sæc. 48<sup>o</sup> in finem vergente claruit Eminentissimus Prosperus Lambertini, postea Benedictus XIV, eruditionis copia præclarus, in Patrum græcorum latinorumque lectione abunde versatus, peracutus ingenio rebusque sacris alte scrutandis maxime accommodato, in arte critica nulli secundus, inter nuperos theologos jure merito princeps. Multos ipse libros ingenti sapientia et eruditione refertos confecit, quos inter duos eminent, prior nempe *de festis Christi et Deiparæ*, posterior *de canonizatione Sanctorum*: in utroque solidissimis Theo-

(1) De Fest. B. M. Virg. lib. II, c. VIII, art. 14.

logiæ momentis adstruitur Virg. Deiparentis Assumptio. En qualiter in nostram sententiam concedit: « Si Ecclesia non modo assumptam in cælum celebrat (Mariam) die xv augusti, et aliis sequentibus, sed etiam homilias SS. Joannis Damasceni et Bernardi legendas fidelibus tradit, quæ cum corpore simul et anima assumptam disertissimis verbis affirmant, de ejus auctoritate et suffragio nequitiam dubitandum esse videtur (1). » Deinde per diligentiam hæud parum exquisitam ad eandem doctrinam magis atque magis roborandam innumera documenta congressit. Et alio in loco ipsemet auctor proponens quæstionem, an scilicet alicujus festi celebratio dogmaticum sit argumentum et fidei, sic loquitur: « Affert insuper Pater Theophilus loco allegato exemplum festi Assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ. De Assumptione quatenus spectat præcocem Virginis anastasim, et corporis jam redivivi sublationem in cælum, idem dicere, nec est enim fide certum, quod beata Virgo sit eo modo assumpta in cælum, ut ex multis doctoribus ostenditur in diptychis. Et tamen ea assumptio est religiosissimum anniversariæ solemnitatis objectum. De eodem scilicet festo loquitur sanctus Bernardus: *Accepi sane ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione recolendum, cælis quoque intulit celeberrima festa gaudiorum* (2). Gregorii præterea Turonensis, Andrea Jerosolymitani, Gregorii magni pontificis, Ildephonsi Toletani Episcopi, Joannis Damasceni, Bernardi Abb. assertiones præclare ostendunt beatis-

(2) Epist. 174 ad Can. Lugd., num. 3, t. II Op.

simam Virginem placida morte terris ereptam in cælos statim assumptam fuisse. Piæ ac religiosæ sententiæ de assumpto in cælos Virginis corpore, rationes etiam theologicæ suffragantur petitæ ex dignitate matris Dei, ab excellenti virginitate, ab insigni super omnes homines et angelos sanctitate, ex intima cum Christo filio conjunctione et consensione, ex filii in matrem dignissimam affectu (1). » Iterum hac de re sapientissimus Lambertinus: « De beatæ Virginis Assumptione alibi disseruimus, ubi animadvertimus dignitatem, qua et Dei mater antecellit, excellentem virginitatem, insignem sanctitatem, qua omnibus præstat et angelis et hominibus, intimam cum Jesu Christo filio suo conjunctionem, summumque filii in sanctissimam matrem suam amorem, hæc omnia totidem esse theologicæ rationes, quibus satis ostenditur, singulari resurrectionis privilegio beatam Virginem esse auctam, atque in cælum

(1) De Servor. Dei Beatific. et Beator. Canoniz. lib. I, cap. IV, num. 5.

(2) De Canoniz. Sanctor. lib. I, c. XLII, n. 15.

(3) Sequentibus verbis exorditur: « Sapienza menzognera e carnale si adopera ad avvilire la umana dignità non solo a riguardo del corpo, ma eziandio dello spirito, e vorrebbe far credere che tutto cessi con un ultimo fiato. La Religione invece tutto sublima nell'uomo, lo spirito e il corpo, e consegnando questo alla terra, e quello al Creatore, crede non meno l'immortalità delle anime, che l'ultima risurrezione di tutta quanta la figliuolanza di Adamo. Il primo argomento di questo dogma riparativo della nostra corporale mortalità è Gesù Cristo medesimo, il quale risorto glorioso e impassibile all'eternità della gloria dovutagli pur come uomo, oltrechè come Dio, ci porge in se stesso la caparra e il tipo del nostro finale risorgimento. Ma pegno ed esempio secondo di sì nobile e consolante dottrina ella è, per grazia e privilegio di anticipazione, la stessa beata e ve-

anima et corpore esse assumptam (2). » Quæ sane tanti viri luculentissima testimonia cum ob doctrinam et dignitatem scribentis, tum ob gravissima quibus innituntur momenta, censi palmaria queunt.

Nec satis: in bibliotheca Manuscriptorum quæ P. Labbæus in lucem edidit, clare legitur, archiepiscopum card. Soliacum, LXVII pastorem Bituricensis ecclesiæ, suo cathedrali Capitulo annum dedisse proventum, ut Assumptionis festività magna cum pompa celebraretur. Papæ Pii IX Eminentissimus Cardinalis Vicarius Generalis Constantinus Patrizi, tot numeris Urbi et Orbi acceptissimus, in mandato de novendialibus Assumptionis B. M. V. celebrandis quam splendide Catholicæ Ecclesiæ sensum aperire conatur (3)! Huic plane cohæret Eminentissimus Bartholomæus D'Avanzo, præclarissimum sane tum doctrinæ, tum pietatis, tum zeli, tum episcopalis dignitatis exemplar (4).

neranda sua Genitrice. La Chiesa infatti non potè supporre che la terra chiudesse, al pari delle umane spoglie, quelle ancora della Ss. VERGINE, state abitacolo del Verbo di Dio, cui die' carne nel suo purissimo seno; ma la ritiene, la onora, ed applaude già sollevata col corpo eziandio su ne' cieli, a compimento, per così dire, degli stessi trionfi dell'adorata umanità del suo Figlio.

(4) Sic loquitur clarissimus auctor: « Nè l'occasione è meno propizia; giacchè il privilegio dell'Assunzione di Maria al cielo anche col corpo glorioso prima del di della generale risurrezione è compimento dell'altro privilegio dell'Immacolato Concepimento: conveniva infatti che Colei, la quale aveva avuto il privilegio della Redenzione dell'anima pria del contagio, avesse anche l'altro privilegio della Redenzione del corpo pria della corruzione (Ved. Bellarmino De Amis. Gratia, lib. IV, cap. XVI, resp. ad 2m et 4m). E quale altra festività con maggiore esultanza celebra la Chiesa cattolica, che l'im-

Quapropter Eminentissimi DD. corpoream Deiparentis Assumptionem viriliter tuiti sunt, disertisque lucubrationibus illustrarunt.

8. Denique superest, ut de religiosis academiis brevem instituamus sermonem. Has inter eminent academia sorbonica parisiensis, cæterarum omnium *alma Parens* jure merito nuncupata. Porro Joannes, a vico Remensis agri, ubi editus in lucem fuit, Gersonii cognomentum sortitus, magnusque Cancellarius parisiensis academice creatus ann. 1395, sat superque nostræ sententiæ favit. Clarissimus hic Petri de Alliaco S. R. E. Card. auditor, cum de Conceptione loqueretur, hæc inter cætera dixit: « Est quod Spiritus sanctus interdum revelet Ecclesiæ, vel doctoribus posterioribus aliquas virtutes vel expositiones sanctæ scripturæ, quas non revelavit eorum prædecessoribus. Sed dicit Gregorius: *Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia Domini* (1). Ideo Moyses scivit plusquam Abraham, prophetæ quam Moyses, apostoli quam prophetæ. Et doctores addiderunt multas veritates ultra apostolos. Quapropter dicere possumus hanc veritatem, beatam Mariam non fuisse in peccato originali, de illis esse veritatibus, quæ noviter sunt revelatæ vel declaratæ, tam per miracula quæ leguntur, quam per majorem partem Ecclesiæ, quæ hoc modo tenet. Fuit tempus aliquod in quo non tenebatur generaliter Mariam Virginem non esse in paradiso in corpore et anima sicut modo tenet (2). »

\* macolato Concepimento, e l'Assunzione di Maria? — Sacra Notificazione XIV di un solenne triduo in preparazione alla festività di Maria Ss. As-

Quare juxta mentem pii Gersonii tanto firmitatis robore pollet Assumptionis veritas, ut Immaculatus Deiparæ Conceptus qui nunc temporis catholicum dogma est, totum exinde robur totumque splendorem mutuatur.

Deinceps parisiensis theologorum Facultas in hanc quoque sententiam devenit: ex auctoritate quippe novem illustrium DD., qui fuerunt ad id selecti, binas, tertiam scilicet et quartam ex quatuor Joannis Morcelli propositionibus kal. sept. ann. 1487 censura notavit. Harum vero proscriptarum propositionum hic tenor: « Christum occurrisse Virgini Mariæ in sua assumptione apocryphum est. » Damna propterea hujusmodi thesis, quippe quæ falsa, doctorum scriptis repugnans, impietati favens, piorum auribus adversa, populum a cultu, quo erga Virginem Dei Matrem afficitur, retrahens; merito igitur proscripta. Altera vero, nempe quæ loco 4<sup>o</sup> ponebatur, agebat: « Nos non tenemur credere sub pœna peccati mortalis quod Virgo fuit assumpta in cælo corpore et anima, quia non est articulus fidei. » Quæ quidem, prout concipitur, temeraria, scandalosa, impia, devotionis populi erga Virginem diminutiva, falsa atque hæretica declarata fuit, adeo publica censura plectenda. Ex hac igitur parisiensis Facultatis sententia liquet, B. Virginis Assumptionem in anima et corpore sub pœna peccati gravis esse tenendam. Non me præterit, ipercriticum Launojum hujus doctrinæ domesti-

sunta in cielo, atti episcopali e nuovi opuscoli, vol. II.

(1) Dan. XII, 4.

(2) Serm. de Concept. ad S. Germanum parisi.

cæque traditionis immemorem, disertam hanc explicitamque sententiam, quam suis præconceptis opinionibus adversantem noverat, deterere atque enervare conatum fuisse; sed frustra, ut immerito.

Nicolaus Billiadus, vulgo Ladvocatus dictus, ex ipsa parisiensi facultate theologus contra Joannem Launojum et Claudium Jolyum Deiparentis Assumptionem impune detrectantes eruditissimam peregrinamque lucubrationem concinnavit. Unde Natalis Alexander: « Legatur et dissertatio clarissimi, doctissimi piissimique viri Nicolai Ladvocati sacre parisiensis facultatis theologi, deinde Bononiensis episcopi, qui piam et ecclesiasticam de corporea Deiparæ in cælum assumptione sententiam gravissimis momentis adstruit (1). » Rem denique totam sæc. XVII labente sorbonicæ facultatis decretum conficit, quo an. 1691 Mariæ Agredo opellam imprecationibus persequens, suam hisce verbis ardentem fidem solemniter exposuit, « Se absolute credere beatam Virginem esse in cælo ANIMA ET CORPORE. » Exinde factum est, ut, quo magis hæc Universitas primum Deiparæ privilegium, suum nempe Conceptum, totantisque veræ sapientiæ modis tuita jugiter est, ita, ut nullus ad academicos gradus evehi posset, nisi profiteretur unice sine macula *pulcræ* Virginem ac juramento firmaret; eo magis postremam B. Virg. assumptæ prærogativam pari cum veneratione semper coluit, semper tenuit, semperque contra neologos propugnavit.

(1) § unic. de libro Melitonis afficta circa fin.

(2) In 4 Sent., dist. XLIII, quest. II, art. I.

Dominicus Soto, ex nobili Prædicatorum Ordine, in salmaticensi academia præclarum sibi nomen peperit. Isthic de B. Virgine loquens, scribit: « De Ss. Virgine non est dubium, quin in vitam sempiternam resurrexerit, quæ in cælis cum Filio fruitur. Hoc autem Hieronymus eodem sermone, supposito nempe et apocrypho, dubie reliquit. Jam vero temporum curriculo, opinio hæc aut credulitas quod in corpore et anima fuerit in cælum assumpta, plurimum inolevit. Nondum tamen inter fidei articulos creditu necessarios relata est, quamvis sit pientissime credendum, nam et in collecta illius festi ait Ecclesia, quod nexibus mortis deprimi non potuit (2). »

— Omnes hispalenses academice hanc veritatem profitentur: id tantum referre sufficiat, quod omnes sui Suarezii doctrinæ mordicus adhæreant; quam rem solide conficiebat splendido gravique sermone doctus urgelitanus antistes in Congregatione generali nuperimæ Synodi vaticanæ (3). Suarezius autem Marianam Assumptionem pro virili tuetur, quemadmodum præfati sumus. Id ipsum fateare necessum est de singulis tum Germaniæ tum Italiæ præclarissimis Universitatibus. Illæ siquidem, ut in eadem Congregatione vaticani Concilii adstruere nitebatur eloquens ratisbonensis episcopus, sui vere magni Alberti doctrinas, quas inter Assumptio Virginis, ut nuper exposuimus, inoffenso pede sectantur. Istæ vero, ut unumquemque non præterit, in illa sui Aquinatis, cujus solummodo no-

(3) Card. Bart. D'Avanzo in opere: *Döllinger e la sua Dichiarazione*.

men elogium est, auctoritas est, in illa sui Aquinatis, inquam, ab ipso Christo, ab ipsa Ecclesia toties comprobata doctrina gloriatae sunt, semperque gloriantur suos informare discipulos. Assumptionem porro Virginis quae passim in Aquinatis doctrina, uti vidimus, copiose refertur, silentio fortasse premerent, oblivione fortasse sepelirent? Dominicus Arnaldi doctor in almo et Apostolico genuensium theologorum Collegio sancti Thomae Aquinatis, qui an. Domini MDCCLXXIX Genuae opus edidit inscriptum: *Super Transitu beatæ Mariæ Virginis Deiparæ*, piam sententiam tuetur ac venustat granditate verborum et sensuum, hanc tantummodo, secus atque suusedoceat Aquinas, novitatem primo intuitu contemptibilem viriliter agens, h. e. beatam Deiparam ad caelica regna non mediante morte fuisse sublimate. Insuper alium neapolitanum theologorum Collegium (ad quod minimum locum me habere gratia Virginis opitulante delector), ubi sancti Thomae Aquinatis doctrina florere mirabilem in modum conspicitur, Assumptionis veritatem pro aris focusque propugnat et novis ferme radiis colustrat: in parte superiore capitis sententiam retulimus Excellentissimi et Illustrissimi Michaelis Salzani O. P. in almo theologorum Collegio Decani, qui pientissimae nostrae sententiae mordicus adhæret.

Ab hac, quam propugnamus, thesi

(1) Apologeticum tentamen pro communi Ecclesie persuasione, qua pie creditur B. M. Virg. corpus in caelis existere. Gand 1788.

(2) Reflexiones in librum, cui titulus: P. S. Marant, *Discussio historica*.

animo fuit alieno Marantius in Iovaniensi studiorum universitate, hist. Eccl. regius antecessor, qui ann. 1786 commentarium edidit, cui titulum fecit: *Discussio historica an sit de fide, aut saltem ita certum et de mente Ecclesie B. Virg. Mariam corpore in caelum Assumptam esse*, etc. Ast Marantii difficultates retulerunt Salmon in ipsa Universitate sac. Theol. baccalaureus et pastor in Mooreghem (1), G. S. vanden Baviere, sac. Theol. licentiatus et pastor in Terdoghem (2), Ig, von den Driesch, quondam in Seminario gandavensi professor. Confer Henricum Gulielmum Monters in compendio historiae ecclesiasticae (3). Pro coronide demum concludam cum cl. Gaspere De Luise, Acad. *Religionis et Immac. Concept. Deiparæ* Romanarum socio. Licet eum superiori cap. retulerim, heic non pigeat iterum eum audire loquentem: « Nullus ex Patribus corporis Mariæ resurrectionem denegavit, nullus ex Patribus tenuit unquam opinionem corruptionis corporis Mariæ. Hi Patres qui de ipsa loquuti sunt, non tantum agnoverunt incorruptionem corporis Virginis, sed etiam ipsiusmet gloriosissimam resurrectionem. Tam certa proinde veritas esse videtur, ut qui eam inficiatur, singularissima valeat nota temeritatis inuri (4). »

Nulla proin exstitit academia quae doctissimis referta theologis eximios Virginis assumptæ cultores nacta non

(3) *Discussio discussionis historica*, P. S. Marant. Gand in-4.

(4) *L'Assunzione di Maria Madre di Dio trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo*, cap. sulla tradizione de' Padri, verso fine.

fuert. Omnium est igitur theologorum sententia concors, virginem Deiparam in anima simulque corpore caelesti beatitudine frui, adeo ut nec putrefactio illud dissolverit unquam, nec vermes sepulcrales arrosierint. Si Patres omnes, si cunctos ingenti numero doctores, theologos, sapientes, historiographos, ipsos apostolos et patres apostolicos, cum hic viverent, congregare possemus, et interrogare, utrum in corpoream Deiparentis Assumptionem credituri sint, quidnam fuisse responsuros putamus? nonne una voce, una lingua, uno prorsus eloquio clamarent: Assumpta est Maria in caelum? Labentibus proinde temporibus per ECCLESIAM DOCENTEM minime nostra veritas refriguit aliquantisper, sed tamquam gigas per saeculorum viam ardenti flamma celerique gradu cucurrit.

## ARTICULUS II.

### Caput I.

Ecclesia latino-graeco-domestica seu discens.

1. Præter illa quæ adhuc recensuimus, alia quoque suppetunt instrumenta quibus Ecclesia catholica traditionem circa quandam veritatem possit habere compertam. Illud autem quod ad hanc 1<sup>am</sup> partem solide conficiendam primum eligimus, est mirifica omnium fidelium in unum veluti conspiratio, Ecclesia videlicet addiscens. Quo tamen id caput majorem vim majoremque possit acquirere firmitatem, heic juverit paucis exponere quanti pendendus ille sit populi consensus ad Ecclesie doctrinam agno-

scendam. Veteres sane Patres maximam probandi vim huic communi sensui inesse uno ore fatentur. Divus Epiphanius (1) ad communem hunc fidelium sensum anticomarianitas provocat, ad hunc divus Hieronymus Vigilantium, ad hunc divus Augustinus Pelagium atque Julianum. Neque ab iis præstantissimi theologi ablutunt. Hinc Vincentius Lirinensis in præclaro suo *Commonitorio*, ut evincat recipienda non esse dogmata quæ universali Ecclesie doctrinae contraria sint, hoc modo ratiocinatur: « Quæ si recipiantur, necesse est ut omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes clerici, levitæ et sacerdotes, tanta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas, et multitudo, tot insulae, provinciae, reges, gentes, regna, nationes, totus postremo jam pene terrarum orbis per catholicam fidem Christo capiti incorporatus tanto saeculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuntietur. » Loquitur eadem voce Petavius. Isthic, prolata divi Paulini sententia, qua monet antistes ille, *ut de omnium fidelium ore pendeamus, quia in omnem fidem Spiritus Dei spirat*, ita pergit: « Scitum illud est Augustini, singulorum mentibus revelari quaedam a Deo, non solum cum extraordinariis modis, velut visis et ostentis, et hujusmodi significationibus occultum aliquid innotescit, verum etiam usitatis rationibus: quando quod ignotum erat vel orantibus ac pulsantibus, vel aliud agentibus aperi-

(1) Her. 78, n. 25.

men elogium est, auctoritas est, in illa sui Aquinatis, inquam, ab ipso Christo, ab ipsa Ecclesia toties comprobata doctrina gloriatae sunt, semperque gloriantur suos informare discipulos. Assumptionem porro Virginis quae passim in Aquinatis doctrina, uti vidimus, copiose refertur, silentio fortasse premerent, oblivione fortasse sepelirent? Dominicus Arnaldi doctor in almo et Apostolico genuensium theologorum Collegio sancti Thomae Aquinatis, qui an. Domini MDCCLXXIX Genuae opus edidit inscriptum: *Super Transitu beatæ Mariæ Virginis Deiparæ*, piam sententiam tuetur ac venustat granditate verborum et sensuum, hanc tantummodo, secus atque suusedoceat Aquinas, novitatem primo intuitu contemptibilem viriliter agens, h. e. beatam Deiparam ad caelica regna non mediante morte fuisse sublimate. Insuper alium neapolitanum theologorum Collegium (ad quod minimum locum me habere gratia Virginis opitulante delector), ubi sancti Thomae Aquinatis doctrina florere mirabilem in modum conspicitur, Assumptionis veritatem pro aris focusque propugnat et novis ferme radiis colustrat: in parte superiore capitis sententiam retulimus Excellentissimi et Illustrissimi Michaelis Salzani O. P. in almo theologorum Collegio Decani, qui pientissimae nostrae sententiae mordicus adhæret.

Ab hac, quam propugnamus, thesi

(1) Apologeticum tentamen pro communi Ecclesie persuasione, qua pie creditur B. M. Virg. corpus in caelis existere. Gand 1788.

(2) Reflexiones in librum, cui titulus: P. S. Marant, *Discussio historica*.

animo fuit alieno Marantius in Iovaniensi studiorum universitate, hist. Eccl. regius antecessor, qui ann. 1786 commentarium edidit, cui titulum fecit: *Discussio historica an sit de fide, aut saltem ita certum et de mente Ecclesie B. Virg. Mariam corpore in caelum Assumptam esse*, etc. Ast Marantii difficultates retulerunt Salmon in ipsa Universitate sac. Theol. baccalaureus et pastor in Mooreghem (1), G. S. vanden Baviere, sac. Theol. licentiatus et pastor in Terdoghem (2), Ig, von den Driesch, quondam in Seminario gandavensi professor. Confer Henricum Gulielmum Monters in compendio historiae ecclesiasticae (3). Pro coronide demum concludam cum cl. Gaspere De Luise, Acad. *Religionis et Immac. Concept. Deiparæ* Romanarum socio. Licet eum superiori cap. retulerim, heic non pigeat iterum eum audire loquentem: « Nullus ex Patribus corporis Mariæ resurrectionem denegavit, nullus ex Patribus tenuit unquam opinionem corruptionis corporis Mariæ. Hi Patres qui de ipsa loquuti sunt, non tantum agnoverunt incorruptionem corporis Virginis, sed etiam ipsiusmet gloriosissimam resurrectionem. Tam certa proinde veritas esse videtur, ut qui eam inficiatur, singularissima valeat nota temeritatis inuri (4). »

Nulla proin exstitit academia quae doctissimis referta theologis eximios Virginis assumptæ cultores nacta non

(3) *Discussio discussionis historicae*, P. S. Marant. Gand in-4.

(4) *L'Assunzione di Maria Madre di Dio trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo*, cap. sulla tradizione de' Padri, verso fine.

fuerit. Omnium est igitur theologorum sententia concors, virginem Deiparam in anima simulque corpore caelesti beatitudine frui, adeo ut nec putrefactio illud dissolverit unquam, nec vermes sepulcrales arrosierint. Si Patres omnes, si cunctos ingenti numero doctores, theologos, sapientes, historiographos, ipsos apostolos et patres apostolicos, cum hic viverent, congregare possemus, et interrogare, utrum in corpoream Deiparentis Assumptionem credituri sint, quidnam fuisse responsuros putamus? nonne una voce, una lingua, uno prorsus eloquio clamarent: Assumpta est Maria in caelum? Labentibus proinde temporibus per ECCLESIAM DOCENTEM minime nostra veritas refriguit aliquantisper, sed tamquam gigas per saeculorum viam ardenti flamma celerique gradu cucurrit.

## ARTICULUS II.

### Caput I.

Ecclesia latino-graeco-domestica seu discens.

1. Præter illa quæ adhuc recensuimus, alia quoque suppetunt instrumenta quibus Ecclesia catholica traditionem circa quandam veritatem possit habere compertam. Illud autem quod ad hanc 1<sup>am</sup> partem solide conficiendam primum eligimus, est mirifica omnium fidelium in unum veluti conspiratio, Ecclesia videlicet addiscens. Quo tamen id caput majorem vim majoremque possit acquirere firmitatem, heic juverit paucis exponere quanti pendendus ille sit populi consensus ad Ecclesie doctrinam agno-

scendam. Veteres sane Patres maximam probandi vim huic communi sensui inesse uno ore fatentur. Divus Epiphanius (1) ad communem hunc fidelium sensum anticomarianitas provocat, ad hunc divus Hieronymus Vigilantium, ad hunc divus Augustinus Pelagium atque Julianum. Neque ab iis præstantissimi theologi ablutunt. Hinc Vincentius Lirinensis in præclaro suo *Commonitorio*, ut evincat recipienda non esse dogmata quæ universali Ecclesie doctrinae contraria sint, hoc modo ratiocinatur: « Quæ si recipiantur, necesse est ut omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes clerici, levitæ et sacerdotes, tanta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas, et multitudo, tot insulae, provinciae, reges, gentes, regna, nationes, totus postremo jam pene terrarum orbis per catholicam fidem Christo capiti incorporatus tanto saeculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuntietur. » Loquitur eadem voce Petavius. Isthic, prolata divi Paulini sententia, qua monet antistes ille, *ut de omnium fidelium ore pendeamus, quia in omnem fidem Spiritus Dei spirat*, ita pergit: « Scitum illud est Augustini, singulorum mentibus revelari quaedam a Deo, non solum cum extraordinariis modis, velut visis et ostentis, et hujusmodi significationibus occultum aliquid innotescit, verum etiam usitatis rationibus: quando quod ignotum erat vel orantibus ac pulsantibus, vel aliud agentibus aperi-

(1) Her. 78, n. 25.

tur (1). » Hisce prælibatis, eo unde digressi sumus, revertamur.

2. Et ut ad prisca aurea illa Ecclesiæ sæcula quæ magni facere profitemur, assurgamus, haud obscura hujus fidelium sensus circa Virginis Assumptionem vestigia in antiquitate remotissima occurrunt. Enim vero, nisi alte persuasio hæc fidelium mentibus insculpta fuisset, Marcianus et Pulcheria imp. Virgineum corpus adinvenire et Constantinopolim in magna ecclesia S. Mariæ in Blachernis transferre cupientes, Juvenali archiepiscopo jerosolymitano illud enixe nequaquam poposcissent: eo tamen consilio illud postularunt, ut, corpore B. Virginis in cælum assumpto, tumulum saltem cum vestibus sigillo munitum in constantinopolitanam ecclesiam transferretur. Et orientales Imp. una cum vetusta traditione a jerosolymitano patriarcha quod in votis habebant, obtinuerunt.

Hic etiam locus est, ut quæ in menologio basiliano, Basilii imperatoris jussu edito leguntur, afferantur. Etsi multa ibi mendosa et apocrypha irrepserint, aliqua tamen in nostra causa memorata digna sunt. Hæc itaque legentibus occurrunt: « Dormitio gloriosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ. Cum placuisset Deo suam genitricem ad se assumere, ipsi per angelum translationem suam annunciavit, quæ ubi audivit lætata est, et ad montem Olivarum ascendens, cum orasset, domum suam revertitur, præparatisque omnibus quæ ad sepulturam erant necessaria, suum accepit Filium, ac ingenti tonitru facta, apostoli omnes

(1) De Incarnat. lib. 14, cap. 2, n. 11.

ex terræ finibus per nubes ad immaculatum ejus corpus curandum accesserunt, et supra lectum ipsa se componens sanctam suam animam in manu Filii Dei que sui tradidit. Ipsius vero purissimum corpus a SS. Apostolis sepultum post tertiam diem non est repertum. Sepulcrum enim adaperiens Thomas, qui sero venerat, ut lipsanum adoraret, illud haudquaquam invenit, id siquidem transtulit Deus in locum, quem ipse fecit, sed lintea dumtaxat fuere reperta. » Quidquid hac de historia critici dictitent, certum tamen est, illam retineri posse tamquam veterrimum monumentum, quo principes orientales Marianam Assumptionem jugiter coluisse deprehenditur.

Id pariter evincit sæc. ix labente sapiens et philosophus Leo VII, Basilii Macedonis græcorum imperantis et Eudociæ filius, Bizantii vero rerum potitus usque ad an. 941. Ejus habentur orationes elegantissimæ, in quibus hoc est penitus ad animi nostri sententiam: « Quoniam enim, » inquit, « te mortalitatis messe succisam, consequenter una cum germine in divina horrea ferri oportebat; mortalium legi obsequeris, ac cum tristi ac atra morte, tu sole illustrior, congrederis, quamquam ineffabilis claritatis præsentia nihil mortis illam severitudinem molestam esse sinit: cum illæ quidem manus, quibus omnia continentur, intemperatissimam susciperent animam, mundum autem ac immaculatum corpus in purissima loca transfertur (2). »

(2) De Dormit. B. M. V. tom. III, lib. 14, hom. 13, § 2. Consule pariter Orat. vi in Deip.

Jam vero, si reges et imperantes tanta cum pietate de hoc senserint argumento, quid de suis subditis iudicium ferendum sit, plane colligitur. Namque

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Quare traditionum quas a majoribus suis acceperunt, Æthiopes et Copti retinentissimi, duas supra triginta in honorem B. M. V. festivitates peragunt, atque vel a remotissimo tempore virginei transitus et Assumptionis solemnitates distinctis plane diebus concelebrant, prout ex suis Calendariis a Job Ludolf editis aperte desumitur (1). Hoc ipsum dicere fas est de Syris, hoc ipsum de Abyssinis qui licet scædo schismate sæc. iv ab Ecclesiæ catholice auctoritate desciverint, hanc tamen de corporea Virginis Assumptione sententiam perpetuo docuerunt. Ab his non dissentiant Armeni, adeo, ut sua liturgia sat superque profiteatur: « Conversata in corpore immaculatis moribus, hodie ab apostolis sepulta, superno nutu assumpta es in regnum Filii tui, et Dei nostri, ut pro iis intercedas, qui te confiterentur. Verbum incorporeum quod ex te incarnatum est, ulnisque tuis gestatum, o Maria, veniens hodie cum multitudine exercitus angelorum, te curru speciem ignis habente, ad lucem sine obscuritate elevavit. » Huic sententiæ Bulgari quoque favent, quos Nicolaus I Pont. Max. circa Deiparentis Assumptionem aliasque catholicas veritates informa-

(1) In Comment. Æthiopum histor. Confer etiam Bergier Dictionar. theolog. ad vocem Æthiopi, Mansi, Albergotti, Vit. di Maria Ss., not. 5, c. xxx.

vit (2); nec non Arabes et Mozarabes qui passim in sua liturgia nostram veritatem fatentur; de Virgine namque Deipara non ambigunt hæc verba proferre, quod ipsa *meruit assumi, sive dono illibatæ carnis jucundari* (3). His omnibus adhærent Jerosolymitana et Constantinopolitana civitates: prior enim sepulcrum quod olim triduo Virgineum corpus promeruit excipere, posterior autem vestem et zonam quibus in hac vita induebatur, annuo solemnique ritu concelebrant.

Verum ne in exploratissima re multus videar, pervigilium atque jejunium Assumptionis solemnitati præcedens ab immemorabili penes orientales populos obtinuisse luculenter patet. Imo et illud animadvertimus, non uno dumtaxat, sed pluribus diebus apud nonnullos Orientis christifideles istud servari jejunium, ita tamen ut jejunantes in corpore, pariter a culpa jejurent. Quod quidem jejunium a kalendis augusti ad xviii septembris kalendas sine ulla intermissione producunt, uno dempto die viii idus augusti ob D. N. J. C. Transfigurationis memoriam, ut ex Bailleto liquet. Tomo vero II bibliothecæ orientalis Josephi Simonis Assemani Maronitæ servatur opus Gregorii Bar-hebræi Orientis Primatis, in quo de Syrorum jejunis disseritur, inter quæ et illud quoque penes eos religiose celebratum memoriæ proditum est, quod Assumptionis solemnitatem præcedit, ut ex eodem cit. loc. colligitur (4).

Hinc peragratis super scientiæ pen-

(2) C. iv in Collect. Conc. Labbei t. VIII, p. 518.  
(3) In fest. Assumpt. S. M. Virg., p. 362, col. 1.  
(4) Pag. 304.



nis Æthiopiæ, Copti, Abyssinæ, Armeniæ, Bulgariæ regionibus, aliisque populis orientalibus, et excussis quotquot potuimus illarum gentium documentis, in patriam reduces alte proclamare valemus: Assumptio beatæ Virginis tam perspicua veritas est, ut nos cum iis qui vel barbari, vel carnales et obtusioris sensus mysterium Assumptionis ex intimo corde venerantur, quacumque iter habemus, iugiter versari contingat.

3. Latina tamen ecclesia discens a græca nullatenus abludit. Regum Galliæ *Capitularia*, hoc est legum ecclesiasticarum et civilium imperatoris Caroli Magni, Lib. 1 hæc præsefert: « Hæc sunt festivitates in anno, quæ per omnia servari debent... De assumptione sanctæ Mariæ interrogandum relinquimus (1). » Ubi animadvertendum est, voces per omnia ex Nicephori sententia de universo imperio intelligendas esse, præceptumque de illius festi celebratione dumtaxat per omnia differri, donec ea de re accuratior institueretur interrogatio; quum Carolus Magnus Augustus, a pseudo-Hieronymo fortasse compulsus, aliquantisper hæerere videatur. Et interrogatione proposita, cum an. 813 moguntinum haberetur Concilium, veritas Assumptionis pleno in lumine posita est, decretumque fuit, ut ab omnibus et per omnia die xv augusti celebraretur (2). Octavo itaque volvente sæculo Carolus Magnus ejusque filius Ludovicus tanto erga Virginem assumptam amore tenebantur, ut ve-

(1) De totius anni festivitibus, cap. 164.

(2) Lib. II, cap. 35, et lib. VI, cap. 186.

(3) Cons. Bonifacium lib. I, decad. II de rebus

terem de ipsa traditionem proprio Marte restaurarint.

Insuper: tamquam nationale festum in Gallia reperitur Assumptio; quum id voverit Aloysius XIII qui suam coronam regnumque sub patrocinio Deiparentis assumptæ collocabat. Quod occasionem dedit, ut integrum componeretur officium Dominicæ in Octava Assumptionis regio voto dicatum. — Magnificentia et munificentia divi Stephani regis augustam basilicam erexit in honorem Virginis assumptæ, uti tradit in vita S. Stephani Carthuius. Imo et legem jussit, qua discernitur, ut omnes diem, quo elata est ad cælum Ss. Dei Genitrix, inter celebratissimos haberent, ac *magnæ Domine diem* appellarent; cætera ejus festa jejuniis singularique transigentur solemnitate, illud vero Assumptionis singularissima quadam ratione, ita, ut Virginem assumptam uti pietissimam sibi Patronam in cælo terrisque magno cordis affectu ac veneratione prosequerentur (3). — Emmanuel imperator inter cætera suæ devotionis erga Deiparam argumenta hoc primum dedit, ut in festis beatæ Mariæ Virginis Præsentationis, Conceptionis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis jus dicere prohibuit, omnemque aditum ad tribunalia illis diebus oclusum esse voluit (4). — Henricus VII imperator devotionem suam erga beatam Dei Genitricem contestatus est, cum circa festum Assumptionis ejus omnia negotia forensia intermittebat, quo liberius cæ-

Ungaricis; et Canisium lib. V, cap. XXVIII de Festis B. M. Virg.

(4) Baronius ad ann. 1066.

lestium contemplationi vacaret. Post festum itaque Assumptionis B. Mariæ Virginis ab omnibus negotiis liber cælestium contemplationi vacans ann. Domini 1313 ad vitam feliciorum migravit (1). — Sigismundus III Poloniæ rex non vulgaria suæ pietatis erga Deiparam specimina dedit. Sicis iste cibus, quod *Ἐπισημῶν* græci nuncupant, contentus, vigiliam Assumptionis jejunabat, et, sacra exomologesi peracta, sacramento Eucharistiæ se reficiebat. — Suum pariter amorem erga B. Virginem deprompsit Henricus I Lusitaniæ rex, cum die Assumptionis in viduas urbis ebo-rensensis, cujus postmodum archiepiscopus evasit, per multas effundebat pecunias (2).

4. Ad principum exemplum sensus populorum erga Virginis Assumptio-

(1) Ita refert Cuspinianus.

(2) Ita Vasconcellus apud Balinghem.

(3) « Secondo la legge che ci abbiamo imposto di non lodare questa Vergine beata che secondo il Vangelo, non faremo che mentovare, senza fermarvici, la tradizione apostolica riguardante questo grande avvenimento; tradizione venerabile, che tutta l'antichità certifica, che la fede del mondo professa, che la Chiesa proclama, e che venuta fino a noi dall'una acclamazione all'altra, ha preso posto fra le più grandi solennità della religione e della patria.... »

(4) « La sera del 14 agosto, vigilia della solennità dell'Assunzione di Maria Ss. al cielo, i buoni Romani, con quel tacito accordo che era loro ispirato dalla divozione filiale verso la Regina degli Angeli, diedero a' nuovi venuti un meraviglioso spettacolo, e testimoniarono la ferma loro risoluzione di non lasciarsi strappar dal onore l'antica fede e pietà. La città era, dove più dove meno splendidamente, ma da per tutto illuminata... Non v'era strada, quantunque rimota, che non avesse case, eziandio di minuto popolo, degnamente illuminate. I tempietti, le edicole, le sacre immagini, che i novelli Musulmani non fecero ancora levare dalle piazze e dalle cantonate delle case ad onore di Maria, erano elegantemente con festoni e fiori ed illu-

nem mirificus est. Hac ipsa ætate nostra penes gallos de christiana catholica Religione suis scriptis apologeticis meruit, vir apprime catholicus, cl. Augustus Nicolas, judex pacis et patronus apud Romanam Curiam archipræsulis Ferdinandi Francisci Augusti Donnet, primatis Aquitaniæ. Hic in opere inscripto: *Virgo Maria secundum Evangelium*, cap. XXII cum omnibus pene christianæ Religionis mysteriis corpoream Virginis Assumptionem mirifice declarat. Et in opere quod inscripsit: *Virgo Maria vivens in Ecclesia*, lib. 2, de festo Assumptionis eandem veritatem paternæ traditionis relatu mirabiliter evincit (3).

Quod autem populi fideles præsertimque romanus (4) erga Virginis Assumptionem animo sint optimo, satis

« minate a cera, decorate. E così è dimostrato, disse *L'Osservatore Romano*, n. 185, quanto sia grande, profondo e sincero il sentimento cattolico della nostra Roma; la quale malgrado de' molti esempi di perversità e gl'intrighi della corruzione, si mantiene sempre fedele alle sue tradizioni, e si studia di far palese la sua fedeltà a scorno degli invasori, a confusione dei reprobi... I nuovi venuti, vedendo tanta profusione di luce e tanta espansione di festa, rimasero stupiti; e, non sapendo alcuno di essi nemmeno che era la solennità dell'Assunzione, chiedeano di che si trattasse. Quando poi intesero che la luminaria non avea nulla di profano, nulla di servile verso i gingilli de' brecciaiuoli, ma che essa era tutta religiosa, e fatta per affermare il sentimento cattolico e la divozione al S. Padre, crebbe in essi lo stupore. » *Civiltà Cattolica*, an. 1872, Ser. VIII, vol. VII, quaderno 534. Et alibi rursus: « Non è agevole, a chi non ne fu spettatore, immaginarsi quanto sia stato il fervore, quanto profonda la pietà del vero popolo romano si durante la novena, e si il giorno della solennità di Maria Vergine Assunta in cielo; in preparazione alla quale, secondo il desiderio del S. Padre, si sono fatte speciali preghiere per tre giorni continui in tutto il mondo cattolico. In tutte le chiese ove

luculenter patet consideranti, quo studio nobiles et ignobiles, senio confecti et juvenili ætate virentes huic Assumptionis festo se mancipient; quo pietatis ardore nitantur sacrum transigere diem, atque jejunia instituant, precibus et obsecrationibus vacent, animique sordibus salutaris confessionis lavacro detersis ad mensam dominicam confluant frequentissimi, deinceps sua corda ferventi prece contra Virginis assumptæ iconem effundentes (1). Id ipsum quoque satis luculenter patet consideranti, qua animi voluptate ac tenerrimo cordis affectu quotannis gestienti lætitia christiadum gens ejusdem Assumptionis memoriam solemniter agat, sive in pagis et oppidis, sive in maxima urbium frequentia versetur. Hinc vestibus elegantioribus indutus templum festiva fronde velatum populus adit, et charismatum dona per Virginem assumptam humiliter exquirat. Unde liquido constat, quantum hic populorum consensus gloriosissimam confirmet Assumptionem, eo vel magis quod pateat, quoniam ex fonte illam fideles hauserint, ex avita scilicet traditione, ac duplici præsertim de capite, tum ex liturgiis quas pastores ad usum cujuscumque dioceseos concinnarunt, tum ex publicis quas de hoc mysterio ad populos sibi creditos habuere concionibus. Fideles igitur populi magna pietate flagrantem inten-

\* celebravasi la predetta novena, è stato straordinario il concorso del popolo devoto. Il dì poi della solennità, fino alle più tarde ore del mattino, i sacri tribunali della Penitenza e gli altari erano assiepati da folla grandissima di fedeli, che si accostavano a' Sacramenti, pregando per la liberazione del Sommo Pontefice e pel

tique ora tenentes, eam animo imberunt erga hoc mysterium venerationem ac studium, ut nunquam in suis cordibus in quibus radices fixerat altissimas, vel minimum deferbuerit, immo in dies magis atque magis incrementa ceperit.

5. Insuper se prodit latens in populo fideli pius hic sensus erga singulare B. Virginis privilegium; quum totus qua late patet orbis terrarum illud quadam orandi meditandique forma pene quotidie profiteatur. Præx fidelium recitandi Rosarium quæ pluribus ab hinc sæculis in universa obtinuit Ecclesia, nil aliud suadet. Et, ut rem solide conficiamus, vera ac firma omnium catholicorum semper sententia fuit, confraternitatem Rosarii a s. p. Dominico per gloriosam Virginem Dei Matrem, cui devotissimus erat, ad hoc monito et confortato fuisse primo institutam, propagatam et in diversis mundi partibus non sine magnis præclarisque miraculis dilatam. Id Summi Pontifices in diplomatibus suis diserte testantur, ac præcipue Leo X in bulla quæ incipit: *Pastoris æterni*, et Xystus V in suis apostolicis litteris quæ incipiunt: *Dum ineffabilia*. Porro illud animadvertendum est, in Rosario, in hoc mystico roseto, in hoc psalterio mariano pluries in hebdomada Virginis Assumptionem 4<sup>o</sup> et 5<sup>o</sup> mysterio glorioso pios undique fideles meditari. Vale-

\* trionfo della Chiesa e della giustizia. *Civiltà Cattolica*, ann. 1873, Ser. VIII, vol. XI, quad. 557.

(1) Ad rem hoc opus inscriptum: *Condotta del Cristiano per passare santamente le ottave prima e dopo la festa dell' Assunzione di Maria Vergine*. Opera del R. P. Avrillon; Bergamo, 1872.

rianus lithuanides sanctissimi Rosarii recitandi modum tradidit (1), hunc esse optimum judicavit, eumque nedum in suo libro posuit, verum etiam in tabulis descripsit, et publice in ecclesiis curavit affigi. Et ut cætera mysteria silentio premam, 4<sup>um</sup> dumtaxat gloriosum aperire sufficiat. a 4<sup>o</sup> Assumptio. — Jesus amor meus te lætantem Matrem Mariam Virginem cum *anima et corpore* assumpsit in cælum. Pater noster et 10 Ave Maria. Quædragies millies te benedicant, etc. » Ita prædictus Valerianus Sacræ Theologiæ doctor. Ad majorem tamen rei de qua agimus firmitatem non erit abs re commonere, Rosarium esse totius Evangelii summam, totiusque vet. Testamenti breviarium: quicquid enim patriarchæ exoptarunt, quicquid figuræ adumbrarunt, quicquid doctores explicarunt, quicquid theologi disputationibus ventilaverunt, hoc totum summam continet Rosarium. Heic incarnatio, vita, passio, resurrectio, ascensio Christi recolitur, quæ theologi omnes utriusque fœderis doctis commentationibus, disputationibus, glossis explanabant et porro explanant. Ex hac proinde Catholicæ Religionis firmitudine quanta firmitudo dimanet in Assumptionem Virginis, sat perspicua res est.

Et postquam archiconfraternitas sanctissimi Rosarii refloruit, mox aliæ sodalitates sæcularium velut fœcundæ propagines pullularunt, et magnos in Ecclesia Dei fructus produxerunt. Has tamen inter principem locum obtinet illa cui titulus: *Sodalitas assumptionis*

(1) In lib. de Rosario, *Hortus rosis consitus* inscripto, part. 6, cap. 13.

*in cælum beatæ Mariæ Virginis*. In hac sacerdotes singulis hebdomadis, statuto die, conveniunt; ibi modum recitandi horas canonicas, faciendi sacrum, meditandi, concionandi, docendi pueros et rudes christianam doctrinam, audiendi confessiones, tradendi spiritualia exercitia, insuper modum instruendi patres familias, liberos ac domesticos christianis moribus informandos, et alia id genus, quæ ad sacerdotale munus rite obeundum necessaria sunt, assumptæ Virginis opitulante gratia, docent.

En quomodo serpit per singulas artus corporis Ecclesiæ vivens de assumpta Deipara fides. Hac itaque suasionem pellectus, identidem Dei populus ad omnem comparatus virtutem, omnique catholica veritate nutritus, Deiparentis Assumptionem ea qua potest opera prædicat, magna obsequiorum copia testatur, nec aliqua occasione nacta, populi fideles altum de illa tenere silentium, adeo ut hæc doctrina inoculata, ut ita dicam, fuerit atque inserta communi Ecclesiæ cœtui; uti cibus qui in nutrimentum transmutatur atque convertitur; aut etiam, ut phrasi nunc usu recepta utar, in ipso Ecclesiæ corpore fuerit incarnata.

6. Idem fidelis populus eandem Assumptionis veritatem formosa micantique veste circumdatam præ se tulit, mirifica nempe venustate poeseos. Cæteris omissis catholicis poetis, qui prærogativam Marianam venuste depingunt, laudatur solummodo Danthes Aligherius, magnum illud Italiæ jubar, quo diebus nostris tantopere male male usi sunt. Elaboratissimum ipse carmen edidit, cui nomen dedit: *La*

*Divina Commedia*; ibi plura theologice disserit, Patrumque vestigia premeus, Dei Filii incorruptionem et Ascensionem cum Mariæ Matris ejus incorruptione et Assumptione confrens, more suo pulcherrima cecinit:

Questi (nempe Joannes) è colui che  
giacque sovra 'l petto  
Del nostro Pellicano, è questi fue  
D'in su la croce al grande officio eletto.  
La donna mia così, nè però piue  
Mostrò la vista sua di stare attenta  
Poscia che prima, alle parole sue.  
Quale colui che adocchia, e s' argo-  
menta  
Di vedere ecclisar lo sole un poco,  
Che per veder, non vedente diventa;  
Tal mi fec'io a quell'ultimo foco  
Mentre che detto fu: Perchè t'abbagli  
Per veder cosa, che qui non ha loco (1)?  
In terra è terra 'l mio corpo, e sa-  
ragli (2)  
Tanto coll'altri, ch' el numero nostro  
Coll'eterno proposito s' agguagli.

Co' le due stole nel beato chiostro  
Son le due luci sole che saliro (3):  
E questo porterai nel mondo vostro (4).

Ita singularem corporeamque Deiparentis Assumptionem suavi modulamine canit poeta theologus (5).

Sequitur pictura formoso nexu poemis: utraque pandit in assumpta Virgine pulcrum, ideoque *verum* et *bo-*

(1) Quo videtur innui ea beato Joanni sententia Christi: "Sic eum volo manere, donec veniam, .. xxi, 27. Suspiciari Danthes poterat (uti tunc temporis ferebat opinio), B. Joannem in cælis cum anima et corpore reperiri. Quapropter, ut de hoc certiore se faceret, in suo splendore jugiter contueri nitebatur. Sed Apostolus ei: "Perchè t'abbagli per veder cosa, che qui non ha loco? .. meum videlicet corpus.

(2) Id est ad illud usque tempus, quod Deus constituit. In Apocalypseo libro, vi, 11, legitur: "Donec compleantur conservi eorum et fratres eorum. ..

*num*; inseparabilia namque sunt hujusmodi pene creatæ Triadis objecta: *Verum, Bonum et Pulcrum*. Quam ob rem, ut inquit deifer et magnus in divinis Basilius: «Imaginis honor ad exemplaris transfertur honorem.» Quod etiam ante illum ethnicus philosophus, Aristoteles diserte docuit: «Idem est motus in imaginem et rem, cujus est imago (6).» Quod declarans divus Athanasius, ait: «In imagine regia species regis et forma apparet, et in rege imaginis species; ut qui videt imaginem, videat in ea regem; et vicissim qui regem intuetur, agnoscat illum ipsum eundem esse qui in imagine representatur (7).» Unde loqui propemodum videtur imago: ego et rex unum sumus; ego enim in illo sum, et ille in me; et quod in me animadvertis, id pariter in eo animadvertes; et quod videris in illo, videris in me.

Quamquam injuria et vetustate temporum plures assumptæ Virginis icones interciderint; duæ tamen longo sæculorum cursu labente ad nos usque pervenerunt, corpoream Virginis Assumptionem exhibentes. Altera namque Paschalis II, demortui an. 824, ætatem attingit; altera nuper in inferiori ac pervetusta S. Clementis ba-

(3) *Con le due stole*, scilicet cum anima et corpore; *nel beato chiostro*, nimirum in cælis; *son le due luci sole*, duo videlicet splendores, tantummodo reperiuntur; *che saliro*, quos nuper cælos conscendere tua lumina conspexerunt, nempe Christum Jesum (Carm. xxiii, v. 85 seqq.) et Mariam Virginem (ibidem v. 118).

(4) *Cantica del Paradiso*, cant. xxv, v. 112 segg.

(5) Huc etiam facit opus inscriptum: *Trionfo di Maria Assunta in cielo*, poemetto del P. Bernardo da Napoli.

(6) Lib. de memoria et reminiscencia, cap. 2.

(7) Serm. 5 contra Arianos.

silica detecta est, quæ D. N. J. Christum stellarum solio sedentem, angelis quatuor suffultum, beatamque Deiparam cælorum gloriam expectantem depromit. Cum autem ibi et Leo IV quadrata aureola insignitus formose depictus exhibeatur, inde tuto conjicere fas est, eo adhuc vivente, hoc est ab an. 947 ad 955, effigiem hanc fuisse confectam.

Innumeræ vero Deiparentis imagines hic illic religiose servantur, quæ posterioribus ævis a celeberrimis viris depictæ, triumphalem Dei parentis Assumptionem exhibent. Os, oculi, manus in cælum expansæ; pedes qui prope videntur lacrymarum hanc deserere vallem; rosea nubes qua conspicitur tamquam pulcherrima veste circumdari; lætans angelica cohors cujus plures beatiss. Virginem super niveas pennas extollunt; cælum formosiori luce scintillans, et, ut ita loquar, apertum; Ss. demum in æthereo vertice Trias, patriarchis, prophetis, apostolis, aliisque stipata cælicolis, inclytam Deiparam cum anima simulque corpore cælica regna conscensuram muto perennique sermone patefaciunt. Hinc sententia nostræ theseos abunde probatur ex memoratis iconibus; ad eum pene modum quo ex lilio, vel palma, aut ex calamo rerum archeologicarum studiosi virginitatem, vel martyrium, aut doctrinam laudatorum hominum in tabulis lapideis vel marmoreis sæpe sæpius ingeniose deprehendunt.

Animadversione digna res est, nunquam, prope dixerim, B. Virginem feretro demortuam a pictoribus ex-

(1) Martyrol.

pressam reperiri. Unde teste Molano (1) habemus, sanctam Dei Matrem nequaquam pingi debere habitu et facie ægrotantis, vel in lecto decumbentem; sed flexis reverenter genibus, elatis in cælum manibus oculisque, spiritum Deo suavissime reddentem, prout de Paulo eremitarum patriarcha in ejus historia expirasse traditur; post hæc scribit: «Hoc schemate depicta cernitur ejusdem mors, et assumptio in fenestra vitrea claustrum Tongeloensis, ut scribit Augustinus Wichmons in Brabantia mariana.» *Assumptio* Perugini et *Assumptio* per Masuttum qui mirabilibus magni Raphaelis operibus Romæ pluribus annis vacavit, gloriosam in cælis B. Virginis elationem melius pulchriusque representant.

7. Architectura, sculptura, musiva et alia id genus pariter assumptæ Virgini tributum solvunt. Vetustiora siquidem et illustriora cathedralium vel monasteriorum templa sive in præcipuis urbibus sive in oppidis et vicis erecta, gloriosissimo præsertim Assumptionis Mariæ Virginis titulo condecorantur. Ait enim Florentinus: «Verisimilius est ante Mauritium sub Marciano institutam hujusmodi celebritatem fuisse, quando Pulcheria Augusta Marciani uxor et virgo insignis templum, cui Blachernæ cognomen erat, ædificavit... æmulari fortasse cupiens Helenæ pietatem, quæ vivificum sepulcrum Dei Genitricis templo in prædio Gethsemani circumdedit refert Nicephorus (2).» Imo Romæ vel a sæc. 2º trans Tyberim, in eo insulæ loco, ubi erat taberna-

(2) In Not. ad suum Martyrol., die 18 Jan.

meritoria, nobile templum constructum Virg. Deiparæ fuit. Cum autem titulus B. Mariæ in cælum Assumptionistum gloria cæteris omnibus tum antiquitate præcellat; sic omnino non dubitamus, quin populi fideles assumptæ Virgini prima templa dicarint. Nec secus postmodum contigisse videmus: unde nostra cathedralis ecclesia S. Agathæ Gothorum ceu titulariæ habet Virginem assumptam, quatenus huic illa dicatur; et in eo toti sunt episcopus, canonici, cives, ut eam quotannis splendido cultu solemnique veneratione prosequantur. Ceu titulariæ habet assumptam Virginem per vetustâ Basilicâ beneventanâ, prout eruitur ex 1<sup>a</sup> lectione 2<sup>i</sup> nocturni pro ejusdem Basilicæ dedicatione: « Sacrosanctam Metropolitanam Basilicam, horthodoxæ fidei in Beneventanâ civitatem invectæ coævam, magnæque Deiparenti in cælum assumptæ erectam, David trigesimus primus Episcopus decimo octavo kalendas Januarii anno salutis sexcentesimo, sermone ad populum habito, adhuc exiguam dicavit. » Innumeræ pariter ecclesiæ, vel sacella, vel oratoria, vel altaria in honorem assumptæ Virginis erecta conspiciuntur. Hæc omnia brevitate ergo præterimus; quum legi facile possint sacræ Archeologiæ tractatores, ac præcipue Riccardus in opere quod inscripsit: *Principali Santuari di Maria Vergine*, nec non Justinus Miechoviensis super Litanias Lauretanis (1). Hoc eruimus tantum ex publicis Luceriæ monumentis:

(1) Vol. 2, discursu cccxxv, n. 16: *Templa Virgini in cælum assumptæ, propagata jam christiana fide per orbem, a christianis erecta.*

« Urbs Luceria vetusta, et nobilis in Apulia Daunia a Petro Apostolorum Principe Evangelicam legem, ut traditum est, accepit... Pietate insignis erga Deiparam ea opitulante festo *Assumptionis die* Saracenis penitus profligatis Luceria S. Mariæ a Carolo II rege Andegavensi jussu est appellari, qui antiquam ejusdem Imaginem Ligneam tunc repertam collocari voluit in Cathedrali Ecclesia a se condita, et ditata: nuper vero a Gregorio XVI Basilicæ nomine insignita (2). » Nec possumus præterire silentio quod Editor ferrariensis ad lectorem monet in opere Aloysii Vaccarii *De Assumptione Deiparæ*: « Nunc autem inter tot pastoralis curæ sollicitudines, animi angores ob iniqua tempora, et difficultates quibus undequaque premitur (Aloysius Vaccarius) ad Mariæ in cælos assumptæ, cui ambo suæ Cathedrales Ecclesiæ Tropiæ et Nicoteræ dedicatæ fuere, gloriam maximam procurandam toto animo incumbit. »

Archeologica quæ nuper deprompsimus argumenta maximo penes homines firmitatis robore pollent, tum quia in aliam partem detorqueri nullimode possunt, tum quia veterrimam ætatem attingunt. Quapropter assumpta Virgo profert de thesauro suo nova et vetera. Vetera et nova miscuit, ut semper et ubique et ab omnibus conclamaretur: Assumpta est Maria in cælum. Vetera et nova miscuit, ut ista per illa solidaret, nec non illa per ista compleret. Vetera et nova

(2) Ex lect. vi Offic. prop. S. Metrop. Eccles. Benevent. de mandato Benedicti Pp. XIII olim Archiep. Benevent.

miscuit, ut plane verenda traditio patefieret.

In ipsa Deiparentis prærogativa condecoranda simul cum memoratis pulcris artibus sacra musice coit. Primum suppeditavit exemplum rex David, qui miscens fatidica carmina Iyræ, dulci suavique melos, quo furentis Saulis mœrorem dulcorabat, cecinit: « Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ (1). » Nostris vero temporibus illustris ille musicus Haydn qui nihil ex propriæ imaginationis penu, nisi Maria de cælis aspirante, trahebat, Mozart, *Raphael musices* jure merito nuncupatus, nec non Michael Valensius (2) qui non obscurum sibi nomen peperit, tum in chordis et organo, tum in cymbalis benesonantibus, tum in festivæ jucundæque musices instrumentis veritatem Assumptionis cecinere, adeo, ut pro novo ac mirifico objecto novam mirificamque piis auribus melodiam creaverint.

Ratissimum porro exploratumque est, christifideles omnes circa Deiparentis Assumptionem sic unanimiter convenire, ut omnium sit fidelium cor unum et anima una, et maximum paterentur offendiculum, si vel minima de hac veritate moveretur quæstio. Hinc eam de qua loquimur veritatem firmissimo veluti sigillo hic totius christiani populi consensus obsignat, qui uno et animo et corde et mente et ore privilegium hoc in beata Virgine Deipara profitetur. Neque mirum. Ab omnibus sane gentibus bea-

(1) Psalm. cxxxii, 8.

(2) *Corona settemplice a Maria Ss. Assunta in cielo.* Musica di Michele Valensise, socio dell'Accademia

tam (3) se prædicatam iri gloriosa Virgo prædixit: et ideo toti sunt populi omnes in Assumptione Virginis asserenda, et veritas quam adhuc in universa traditione conspeximus, micantissimum lumen acquirit ex mirabili illo summe consentienti omnium populorum in assumpta Virgine vel pro viribus colenda vel maximopere laudanda concursu.

## Caput II.

Ecclesia latino-græca malignantium, et primitivorum.

1. Duplex catholice doctrinæ testimonium hæretici perhibent: alterum de iis quæ retinent ex doctrina catholica, quum ea sit hæreseos indoles, ut non omnia rejiciat quæ vera docet Ecclesia. Quod vero spectat ad articulos ab hæreticis impugnatos, hi testes quoque sunt, quod talis in Ecclesia doctrina viguerit, cum ab illa desciverunt. Ex gnosticis proinde discimus, Ecclesiam respuisse perversum dogma quod Deus sit auctor peccati; ex manichæis quod Deus auctor extiterit veteris Testamenti; ex arianis quod Ecclesia profiteretur consubstantialitatem Verbi cum Patre, ac ita porro. Magnum proinde firmitatis robur poterit ab Hæreseologia desumi ad nuperrimos hæreticos præsertim retundendos, dum novitatis incusant Ecclesiam in iis doctrinis quas impune detrectant. Quemadmodum super nigrum formosior pictura resultat; ita super nigra infidelium

di S. Cecilia. Milano, G. Martinenghi editore e negoziante di musica, pianoforti ed armonium, via del Pesce, n. 14. (3) Luc. v, 1.

meritoria, nobile templum constructum Virg. Deiparæ fuit. Cum autem titulus B. Mariæ in cælum Assumptionistum gloria cæteris omnibus tum antiquitate præcellat; sic omnino non dubitamus, quin populi fideles assumptæ Virgini prima templa dicarint. Nec secus postmodum contigisse videmus: unde nostra cathedralis ecclesia S. Agathæ Gothorum ceu titulariæ habet Virginem assumptam, quatenus huic illa dicatur; et in eo toti sunt episcopus, canonici, cives, ut eam quotannis splendido cultu solemnique veneratione prosequantur. Ceu titulariæ habet assumptam Virginem per vetustâ Basilicâ beneventanâ, prout eruitur ex 1<sup>a</sup> lectione 2<sup>i</sup> nocturni pro ejusdem Basilicæ dedicatione: « Sacrosanctam Metropolitanam Basilicam, horthodoxæ fidei in Beneventanâ civitatem invectæ coævam, magnæque Deiparenti in cælum assumptæ erectam, David trigesimus primus Episcopus decimo octavo kalendas Januarii anno salutis sexcentesimo, sermone ad populum habito, adhuc exiguam dicavit. » Innumeræ pariter ecclesiæ, vel sacella, vel oratoria, vel altaria in honorem assumptæ Virginis erecta conspiciuntur. Hæc omnia brevitate ergo præterimus; quum legi facile possint sacræ Archeologiæ tractatores, ac præcipue Riccardus in opere quod inscripsit: *Principali Santuari di Maria Vergine*, nec non Justinus Miechoviensis super Litanias Lauretanis (1). Hoc eruimus tantum ex publicis Luceriæ monumentis:

(1) Vol. 2, discursu cccxxv, n. 16: *Templa Virgini in cælum assumptæ, propagata jam christiana fide per orbem, a christianis erecta.*

« Urbs Luceria vetusta, et nobilis in Apulia Daunia a Petro Apostolorum Principe Evangelicam legem, ut traditum est, accepit... Pietate insignis erga Deiparam ea opitulante festo *Assumptionis die* Saracenis penitus profligatis Luceria S. Mariæ a Carolo II rege Andegavensi jussu est appellari, qui antiquam ejusdem Imaginem Ligneam tunc repertam collocari voluit in Cathedrali Ecclesia a se condita, et ditata: nuper vero a Gregorio XVI Basilicæ nomine insignita (2). » Nec possumus præterire silentio quod Editor ferrariensis ad lectorem monet in opere Aloysii Vaccarii *De Assumptione Deiparæ*: « Nunc autem inter tot pastoralis curæ sollicitudines, animi angores ob iniqua tempora, et difficultates quibus undequaque premitur (Aloysius Vaccarius) ad Mariæ in cælos assumptæ, cui ambo suæ Cathedralis Ecclesiæ Tropiæ et Nicoteræ dedicatæ fuere, gloriam maximam procurandam toto animo incumbit. »

Archeologica quæ nuper deprompsimus argumenta maximo penes homines firmitatis robore pollent, tum quia in aliam partem detorqueri nullimode possunt, tum quia veterrimam ætatem attingunt. Quapropter assumpta Virgo profert de thesauro suo nova et vetera. Vetera et nova miscuit, ut semper et ubique et ab omnibus conclamaretur: Assumpta est Maria in cælum. Vetera et nova miscuit, ut ista per illa solidaret, nec non illa per ista compleret. Vetera et nova

(2) Ex lect. vi Offic. prop. S. Metrop. Eccles. Benevent. de mandato Benedicti Pp. XIII olim Archiep. Benevent.

miscuit, ut plane verenda traditio patefieret.

In ipsa Deiparentis prærogativa condecoranda simul cum memoratis pulcris artibus sacra musice coit. Primum suppeditavit exemplum rex David, qui miscens fatidica carmina Iyræ, dulci suavique melos, quo furentis Saulis mœrorem dulcorabat, cecinit: « Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ (1). » Nostris vero temporibus illustris ille musicus Haydn qui nihil ex propriæ imaginationis penu, nisi Maria de cælis aspirante, trahebat, Mozart, *Raphael musices* jure merito nuncupatus, nec non Michael Valensius (2) qui non obscurum sibi nomen peperit, tum in chordis et organo, tum in cymbalis benesonantibus, tum in festivæ jucundæque musices instrumentis veritatem Assumptionis cecinere, adeo, ut pro novo ac mirifico objecto novam mirificamque piis auribus melodiam creaverint.

Ratissimum porro exploratumque est, christifideles omnes circa Deiparentis Assumptionem sic unanimiter convenire, ut omnium sit fidelium cor unum et anima una, et maximum paterentur offendiculum, si vel minima de hac veritate moveretur quæstio. Hinc eam de qua loquimur veritatem firmissimo veluti sigillo hic totius christiani populi consensus obsignat, qui uno et animo et corde et mente et ore privilegium hoc in beata Virgine Deipara profitetur. Neque mirum. Ab omnibus sane gentibus bea-

(1) Psalm. cxxxii, 8.

(2) *Corona settemplice a Maria Ss. Assunta in cielo.* Musica di Michele Valensise, socio dell'Accademia

tam (3) se prædicatam iri gloriosa Virgo prædixit: et ideo toti sunt populi omnes in Assumptione Virginis asserenda, et veritas quam adhuc in universa traditione conspeximus, micantissimum lumen acquirit ex mirabili illo summe consentienti omnium populorum in assumpta Virgine vel pro viribus colenda vel maximopere laudanda concursu.

## Caput II.

Ecclesia latino-græca malignantium, et primitivorum.

1. Duplex catholice doctrinæ testimonium hæretici perhibent: alterum de iis quæ retinent ex doctrina catholica, quum ea sit hæreseos indoles, ut non omnia rejiciat quæ vera docet Ecclesia. Quod vero spectat ad articulos ab hæreticis impugnatos, hi testes quoque sunt, quod talis in Ecclesia doctrina viguerit, cum ab illa desciverunt. Ex gnosticis proinde discimus, Ecclesiam respuisse perversum dogma quod Deus sit auctor peccati; ex manichæis quod Deus auctor extiterit veteris Testamenti; ex arianis quod Ecclesia profiteretur consubstantialitatem Verbi cum Patre, ac ita porro. Magnum proinde firmitatis robur poterit ab Hæreseologia desumi ad nuperrimos hæreticos præsertim retundendos, dum novitatis incusant Ecclesiam in iis doctrinis quas impune detrectant. Quemadmodum super nigrum formosior pictura resultat; ita super nigra infidelium

di S. Cecilia. Milano, G. Martinenghi editore e negoziante di musica, pianoforti ed armonium, via del Pesce, n. 14. (3) Luc. v, 1.

et hæreticorum verba formosiori lumine micat catholica veritas.

2. Æthiopes et Abyssini qui fœdo schismate ab Ecclesiæ gremio sæc. iv avulsi sunt, piam de corporea Deiparentis Assumptione sententiam jugiter tenuerunt. Quo factum est, ut ejusdem Virginis duo quotannis festa, transitus scilicet et Assumptionis, magno solemnitate officio peragant, ut ex eorum kalendarioliquet (1). Syri (2) pariter, Cophli Armenique huic Assumptionis festivitati unam præmittunt ex quatuor quarantenis quæ penes illos solempni ritu celebrantur (3). His omnibus optime congruunt Græci schismatici: teste namque Trombellio, cum ann. 1672 contra Calvinistas jerosolymitana Synodus Dosithæo patriarcha præside celebraretur, cui plures intererant Græci schismatici, cap. *de cultu Sanctorum*, auctoritatem alex. episcopi Cyrilli summopere commendat, qui in *homilia de Dormitione Mariæ Virginis* (4) talia fatur: « Quidnam est magnum illud signum, quod apparuit in cælo, ubi et Deus habitat, et cælestes virtutes assistunt? Ipsa procul dubio est Virgo sanctissima, quæ magnum in terra signum cum extiterit, eo quod Deum in carne genuit, et post partum integerrima Virgo permanserit; recte jam et signum esse dicitur in cælo, eo quod ipsa cum corpore assumpta est in cælum. Et quamvis conclusum sepulcro fuerit immaculatum corporis ejus tabernaculum, in cælum tamen quo fuerat Christus assumptus, tertia et

(1) Vide Bergier *Dizion. teolog.* alla voce *Etiopie*; et Albergotti *Vita di Maria*, n. 1, cap. xxx.

(2) Vide Ludolf. in *Kalendarium*.

ipsa die rediviva migravit. Quam obrem? Quia et cælestes in virtutes jure pollet amplissimo. Idem vero signum, eo quod lunam sub pedibus habet, Ecclesiæ quæ in hoc mundo est typum esse nemo nescit, quæ suum ab sole lumen mutuatur, et stellis duodecim idest duodecim apostolis coronatur. Præstantius aliquid innuitur, quod sole amicta exhibetur; hinc enim nihil ab eo distare Deum, utpote qui suis eum ulnis sustinet, manifeste demonstratur. »

Hujusmodi sententiæ locupletissimus quoque testis est Nicolaus Malaxus protopapa Naupliæ, qui sæc. xvi Venetiis in quibusdam editis liturgicis libris nova sua quædam inseruit cantica. Non solum suis ipse canticis diem festum Assumptionis et ejusdem pervigilium celebravit, sed et multa quoque concinnare nisus est, quæ distribuit per illos dies in quibus a die 1<sup>o</sup> augusti græci se præparant ad tantam festivitatem celebrandam. En aliquot Malaxi verba:

§ xxvi in hymno quem ipse habet die xiv augusti de sepultura B. Virg. Mariæ, fere omnia refert, quæ de sepultura Christi dici solent, et Ode III, 2: « Translata e tumulo symbolum sepulturæ tuæ sacrum linteum reliquisti, veluti certissimum testimonium transmigrationis tuæ. » Et Od. v, 3: « Caro tua corruptionem non vidit, o Domina. » Od. vi, 1: « Contenta quidem, sed minime detenta fuisti in terreno sepulcro, o Virgo; velut enim e thalamo venerandum habitaculum

(3) Vide Bergier op. cit. alla voce *Cophli*, nec non *Biblioth. Orient. Assemani*, tom. II, pag. 3.

(4) Extat in collect. Harduini, tom. IX, 199.

tuum triduanum e divo sepulcro excelsa petivit. Cælestes virtutes clamaverunt: Attollite portas, principes, vestras, ut læte suscipiatis rerum omnium reginam. » Od. vi, 2: « Mortua quidem es, sed corruptioni minime obnoxia fuisti. Quandoquidem sepulcro commissum est corpus tuum divinum; sed translata es a terris ad cælestia. » Od. viii, 3: « Cum Thomas expostulasset videre demortuam eam, quæ vitam peperit, nos docet ejus translationem, et omnibus credendam proponit, ut olim resurrectionem Christi. » Ibidem... « Ecce nunc in sepulcro componitur, quæ Altissimum enutrivit, et ad cælestia evolat. » Od. ix, 1: « Ne lamentamini, » sic Deiparens Apostolos alloquitur, « siquidem translata et glorificata ero in gloria, ut Dei mater; » et paulo post eidem Deiparæ dicitur ut Christo: « Exurge et salva eos qui te laudant: » Deipara vero respondens inducitur: « Translata itaque ero ad cælestia. »

§ xxvii similia quasi reperiuntur, quorum perpaucam delibemus. Ode v, 4: « Haud potis est ulla lingua dicere magnitudinem mysteriorum tuorum, o Sponsa Dei: quomodo paris et permanes virgo illibata, atque moreris et translata es ad vitam sempiternam. » Od. vi, 1: « Descendisti ad ima terræ... sed incorrupta permanes, et egrederis

(1) Nos enim latinos contemptibiliter *azymitos* vocitant.

(2) Hist. part. I, cap. 7, § 46. — Turcæ Deiparam assumptam veneratione prosequuntur. Plures ex eis a die xxxi Julii ad diem usque xiv Augusti pro Virginis Assumptione jejulant, et postero die nullatenus laborant, quibusdam vacant precibus, solempni cultu tantam diem celebrare nituntur. Monachus quidem Jerosolymi-

ad æternam vitam, ut Jonas a cete. » Ibidem 2: « Integra servans signacula, o pura, e sepulcro transcendis... et ingrederis in gaudio portas paradisi. » Od. viii, 1: « Mortale illud divinæ Matris... incorruptionis decorem induit. » Et ibidem 4: « ... supra naturam nunc e sepulcro ad æternum lumen transfertur. »

Animadvertendum insuper est, Malaxum suis in canticis ea fere ratione celebrare Sepulturam et Resurrectionem Deiparæ, qua græca ecclesia celebrat Sepulturam et Resurrectionem D. N. J. C. in Sabbato Magno et in Paschate: quinimo pulcherrima ac celeberrima illa cantica a præcipuis græcis hymnographis modulata, quæque prædictis diebus solempniter modulantur, ita mutavit ac Deiparentis festivitati propemodum aptavit Malaxus, ut eisdem prope verbis atque sententiis constent.

Hæc quoad græcorum malignantium ecclesiam retulisse sat est: quare veritas Assumptionis tanta claritate refulget, ut serpentina quoque propagines sive græculi (1) eam credant simulque contremiscant. Unde Bucardus testatur, se veneratum esse sepulcrum Virginis in ecclesia jerosolymitana per Helenam Imp. condita, subjungens itidem turcas hujusmodi sepulcrum venerari atque deosculari (2).

tanus insigni pietate conspicuus tot inter narrationes mihi retulit et hæc: ego anno nuper elapso, inquit, Cairum perrexi, et quemdam agnovi turcam, qui licet famulus duobus continuis diebus nullum laborem exercebat. Cui suaviter ego: cur hisce diebus laborem respis et otio torpes? At ille: nec otio me torpescere, nec respicere laborem autemet Reverentia Tua. Hodie pro cultu nostræ Virginis assumptæ, et heri pro cultu Ma-

3. Id pariter evincunt, congruisque rationibus invicte testantur ecclesiae latinæ malignantes et iniqua loquentes. Et primum novatores sæc. xvi et xvii nobiscum in veritatem hanc ultro conspirant. Brevitati studentes, unius vel alterius ex eis testimonia depromamus. Bellingerus antiquæ suæ incredulitatis oblitus ad rem nostram scribit: « Credimus Deiparæ purissimum thalamum, et Spiritus sancti templum, hoc est sacrosanctum corpus ejus depositatum in cælum (1). » Nec aliter locutus est Brentius: « Potuit fieri, » ait, « quod sicut Henoch translatus est in cælum corpore, et sicut multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo, ita et Maria cum corpore translata sit in cælum. Certissimum autem est quod Maria perpetuam consequuta est felicitatem (2). »

Edmundus Rieherius, circa ann. 1590 Syndicus parisiensis academiae, qui in libro de *Ecclesiastica et Politica potestate* suam doctrinam, ut ipse fatetur, ex Lutheri et Calvinii fontibus hausit, hæc etiam mente fuit circa corpoream Deiparentis Assumptionem: « Qua de re dubitandum non esse, » ait, « quoniam a fidelibus pie creditur, idemque a doctoribus confirmatur, Mariam in cælos assumptam esse, sicut et Antoninus archiepiscopus florentinus affirmat (3). » Ipse Claudius Joly qui simul cum Launojo adversæ sententiæ studet, cum hoc idem tradat (4), alteram nihilominus sententiam cum referret, in rem nostram

homini sacro munere perfungor. — Eo tempore festività Assumptionis recurrebat.

(1) Lib. de orig. error., cap. xvi.

(2) Lib. de abus. Eccles.

satis aperte consentit, scribens: « Qui hæc inter christianos blateraret, non modo impius, sed etiam stultus, et omnino mentis expers haberetur. » Et alibi hæc memoriæ prodidit: « Quis enim negare valeat assumptionem talem ab omnipotenti Deo fieri posse? quis asserere præsumat Deum ita fieri noluisse? quis proferre audeat beatissimam Virginem quam angelus ab ipso Deo missus salutavit, et cælesti gratia plenam esse asseveravit, postquam Dei Mater esse cœpit, peculiarem hanc gratiam non meruisse (5)? »

Hæc juverit meminisse, protestanticam hæresim fanaticum fovete ac *enthusiasmum*: quotquot enim semel sibi persuaserunt se a Spiritu sancto edoctos, minime veriti sunt sese prædicare modo ut prophetas, modo ut quintæ monarchiæ fundatores, modo etiam, ut Christum ipsum, prout hisce diebus (jul. 1843) in regno Wurtembergensi factum est, ubi pistor quidam ex secta swendenborgianorum se Christum Jesum proclamavit, rusticus Petrum se finxit, puella vero quædam Mariam Virginem: hæc sibi ipsi non erubuit Marianas conferre prærogativas, quas inter vel gloriosam post mortem cum anima et corpore ad cælum assumptionem sibi tribuere non dubitavit. Quare pro certo habebat in beata Deipara singularem hanc prærogativam.

Denique Carolus Passaglia quem de tenebris ad lucem et de luce ad tenebras persæpe conspeximus, oculo

(3) In exposit. evang. de fest. Assumpt. in Scriptura.

(4) Cons. Bened. XIV de Canoniz. Sanct.

(5) Dissert. de verbis Usuardi, pag. 14.

lacrymante, redire, veritatem Assumptionis pro virili tuetur atque propugnat. Utinam! immaculatæ et assumptæ Virginis gratia opitulante, *concertatur et vivat*, nec non ad sanctum Patrem, Romanum Pontificem cujus cælitus infusam sapientiam impune sua scientia detrectavit, humilimus discipulus inclamet: *Pater, peccavi; ad quem ibo? verba vitæ æternæ habes!!!* — Ille porro schismaticus: « Quum plurima sint, quæ mortiferum originalis transmissionis virus oculis prope subjiciunt, horrificum illud est quod humani corporis sanie et in nativum pulverem resolutione continetur. Lata namque divinitus in auctorem originalis prævaricationis sententia — *Pulvis es, et in pulverem reverteris* — universam complectitur infectam posteritatem, neminem præterit, suasque tabificas vires in omnes exercet. Una tamen perhibetur Virgo quæ evaserit, una quæ corruptionis ignominiam non subiret, et una quæ carnis in sepulcro dissolutionem non præsenferit. Cujus eximie singularisque immunitatis illud in primis argumentum est, quod christianæ antiquitatis persuasio de assumpta in corpore Virgine luculentissimum præbet. Neminem fugit innumeros propemodum extitisse qui de hoc facto splendide disseruerint; sed neminem pariter fugit hos inter tum eruditione, tum nominis claritate reliquis non minimum præcellere, etc.; » relatisque dein, quos et nos supra dedimus, scriptorum nominibus, iterum: « qui quidem omnes pro ea qua pollebant eruditione nihil

(1) De Immac. Virg. Conceptu, p. III, s. VI, a. 1.

non excussum reliquerunt, ut uberiorem quam possent splendidioremque testium copiam in lucem proferrent. Neque votis impensisque studiis exitus defuit isque secundissimus, quum in ipsorum libris de assumpta in corpore Virgine testes legantur, » ac postea eorum Patrum recenset nomina qui in causa hac gloriosa tulerunt iudicium, et ne quid inexploratum relinquat, addit: « Qua sane testium copia sicuti difficile est non commoveri, ita pronum est ac plane dixerim necessarium eidem adquiescere. Præsertim quum christianæ antiquitatis persuasio ac sententia non eorum dumtaxat suffragio communiatur, quorum illustria nomina commemoravimus..... sed festo præterea comprobetur, quod ab antiquissimis usque temporibus ad recolendum mysterium assumptæ in corpore Virginis celebratum scimus (1). »

Quæ quum ita se habeant, etsi fremuerint gentes, populique meditati sint inania adversus Dominum, nempe Christum, et adversus Dominam, nempe Virginem Deiparam; nostræ tamen veritatis lux tot micantium radiorum venustatem continet, ut etiam in tenebris luceat, et sua veluti sponte de cæcis etiam lividisque pectoribus erumpat.

4. Nunc tamen de *primitivorum Ecclesia* perpauca (2). Sub hac ecclesia vel juxta græcos interpretes intelliguntur boni fideles omnes, quum primitias Spiritus sancti velut ambrosia matutina receperint; vel Apostoli qui omnium primi vocati mirifice sunt, ut universum per orbem Ecclesiam

(2) Ad Hebr. XII, 23.

Dei conderent; vel patriarchæ et justi qui ante legem et etiam posthac sub lege vixerunt, quum isti omnium primi futuram Christi Ecclesiam salvifica fide ceperint constituere. De fidelibus et Apostolis (1) in supp. capp. sermo late fuit; nunc vero de antiqui fœderis justis et fidelibus nonnihil dicendum venit.

Et primum arca Testamenti quæ de lignis setim imputribilibus compacta, Deo jubente, fuit, cedrus et cypressus quæ nunquam carie læduntur, sol et luna quæ sui fulgoris incorruptibilitate pollent, et alia quæ innumera prope sunt patriarcharum prophetarumque symbola Virginis Assumptionem in vet. Testamento præsignarunt. Insuper Elias ascendentem nubeculam conspexit, et Virginem parituram cælico rore Messiam in spiritu cognovit, præcepitque filiis suis, ut hanc Virginem tamquam matrem et patronam singularem venerarentur et colerent, quod omnibus ipsi modis studuerunt operibus adimplere. Virginis assumptæ typus illa nubecula fuit; nam instar hujus post Christum in anima et corpore cælum regnatura conscendit. Veritatem autem figuræ mire probavit eventus. Post ascensionem namque Christi ab Apostolis filii Eliæ baptizati, intelligentes plane my-

(1) Cum autem *Ecclesia primitivorum* quoad Apostolos ad diem usque Pentecostes extiterit, peti facile potest, num ante Pentecosten Deiparentis Assumptionem dignoverint Apostoli. Cui rationis hujus munimine fulti respondemus: affirmative probabiliter. In eis quippe 40 diebus de regno Dei, seu de Ecclesia constablanda et edificanda cum suis Apostolis colloquebatur Christus. Omississet autem de nobili ac præcipuo corporis Ecclesie membro colloqui, de Virgine nempe quæ *caelum Ecclesie* nuncupatur et est? Quemadmo-

sterium illud fuisse impletum, quod fuerat Eliæ in monte Carmeli revelatum, de monte Carmeli descendentes per Galilæam, Samariam et Judæam fidem Christi constantissime sparserunt, et in honorem Mariæ paulo postquam in cælum assumpta est, in declivio montis Carmeli oratorium fabricarunt. Ad quod convenientes quotidie ritibus, piis precationibus ac laudibus B. Virg. Mariam assumptam colebant. Hinc fratres Carmelitæ.

Ast de his aliisque figuris in 2<sup>a</sup> parte fusiori calamo pertractabimus. Quam ob rem ab illis discutiendis et exponendis supersedemus, ne acta multoties agamus. Hisce perpensis, abunde videtur innui per *Ecclesiam primitivorum*, de qua tantacum pompa loquitur Apostolus, corporea in cælum Deiparentis Assumptio.

### Caput III.

*Ecclesia Purgans et Triumphans.*

1. De utraque seorsim, ne parere confusionem queant. Initium ducamus a prima, videlicet ab Ecclesia purgante. B. Virgo in Assumptione sua e purgatorio multas animas eduxit et ad cælum duxit. Bernardinus de Bustis, insignis Deiparæ Virginis encomiastes, de Ordine minorum, in suo Mariali

dum autem omnes ferme Virginis prerogative in Sac. Bibliis passim reperiuntur assertæ, si ejus Assumptionem tantummodo demas; de hac igitur opus erat cum Apostolis præcipue sermonem haberet. — Præterea: hæc Assumptionis veritas constabiliri dogmatice potest; qualiter autem hoc fieri queit, nisi primitus veritatem hanc et illo probabiliter 40 dierum curriculo suis revelasset Apostolis Ille qui complere divinam Revelationem missus est? Attamen ista sapientibus et doctoribus discutienda relinquimus.

narrat, B. M. Virginem morituram et in cælum ituram a Filio petiisse, ut omnes animas quæ in purgatorio detinebantur, secum ad cælestem gloriam deducere posset: quod eam obtinuisse Joannes Gerson parisiensis magnus Cancellarius diserte docet et asserit, in die Assumptionis B. Mariæ Virginis ingentem animarum multitudinem de pœnis purgatorii ereptam esse, quæ ovantem Deiparam et ad Filii dexteram ascendentem comitata est. Hujus autem rei rationem assignat; quia scilicet tunc Regina coronabatur, Regina inquam misericordiæ, Domina gratiæ, ad cujus coronationem captivis veniam dare par erat (1).

Et non tantum ea vice, qua beata Virgo in cælum assumpta est, animarum e purgatorio liberationem obtinuit; sed quotiescumque solemnitas hæc Assumptionis B. M. Virginis ab Ecclesia singulis annis celebratur, in gratiam Virginis eo die in cælum assumptæ maximus animarum numerus e purgatoriis flammis liberatur. Quod non assererem, si hujus rei testem omni prorsus exceptione majorem non haberem, sanctum videlicet Petrum Damianum, S. R. E. cardinalem, inclytum universæ Ecclesiæ doctorem, pietate, sapientia, eruditionis copia, et insignium PP. atque DD. auctoritate clarissimum. Iste sequens hac de re testimonium perhibet (2). Religiosus plane presbyter Joannes rem mihi retulit ante paucos annos Romæ contigisse, quam narro. In Assumptione scilicet Dei Genitricis Mariæ cum nocturno tempore romanus po-

(1) Super *Magnificat*, tract. 4.

pulus juxta morem orationibus et litanis insisteret, et accensis luminibus diversarum regionum ecclesias perlustraret, mulier quædam in basilica quæ est ad honorem ejusdem B. Virginis, in Capitolio constituta, commatrem suam vidit ab anno fere vita functam. Illa protinus inquisivit: Num defuncta es? qua respondente: Ipsa sum; et quomodo, inquit, tibi nunc est? ait: Usque hodie non levis me pœna constrinxit; verum hodie Regina mundi pro nobis preces fudit, meque cum multis aliis de locis pœnalibus liberavit; tantaque multitudo per interventionem ejus hodie fuit de tormentis erepta, ut numerum totius romanæ plebis excedat. Unde sacra Dominæ nostræ gloriosæ dicata passim loca visitamus, actionesque illi gratiarum pro tot tantisque misericordiæ beneficiis alacres exhibemus. Hisce dictis, suam prophetia visionem comprobans, ex ejus oculis evanuit.

2. His modo prælibatis, ita ratiocinari collibet: cur istæ animæ purgantes quam aliæ, in hoc potius Assumptionis festo quam in aliis eripiuntur a flammis? Duce solummodo ratione fatendum, quod nonnullæ animæ purgantes Marianum privilegium assidua meditatione rimentur atque profiteantur, et assumptam cum corpore Virginem ac ipsummet proinde Deum immensæ charitatis ardore complectantur, qua, veluti cordis igneo æstu, et illic parvæ remittuntur culpæ. Id tenet ejusque rationem reddit magnus Aquinas, inquit: « Oportet dicere, quod venialia remittuntur eis (existentibus in purgatorio)

(2) Lib. 3, epist. 52.



Dei conderent; vel patriarchæ et justi qui ante legem et etiam posthac sub lege vixerunt, quum isti omnium primi futuram Christi Ecclesiam salvifica fide ceperint constituere. De fidelibus et Apostolis (1) in supp. capp. sermo late fuit; nunc vero de antiqui fœderis justis et fidelibus nonnihil dicendum venit.

Et primum arca Testamenti quæ de lignis setim imputribilibus compacta, Deo jubente, fuit, cedrus et cypressus quæ nunquam carie læduntur, sol et luna quæ sui fulgoris incorruptibilitate pollent, et alia quæ innumera prope sunt patriarcharum prophetarumque symbola Virginis Assumptionem in vet. Testamento præsignarunt. Insuper Elias ascendentem nubeculam conspexit, et Virginem parituram cælico rore Messiam in spiritu cognovit, præcepitque filiis suis, ut hanc Virginem tamquam matrem et patronam singularem venerarentur et colerent, quod omnibus ipsi modis studuerunt operibus adimplere. Virginis assumptæ typus illa nubecula fuit; nam instar hujus post Christum in anima et corpore cælum regnatura conscendit. Veritatem autem figuræ mire probavit eventus. Post ascensionem namque Christi ab Apostolis filii Eliæ baptizati, intelligentes plane my-

(1) Cum autem *Ecclesia primitivorum* quoad Apostolos ad diem usque Pentecostes extiterit, peti facile potest, num ante Pentecosten Deiparentis Assumptionem dignoverint Apostoli. Cui rationis hujus munimine fulti respondemus: affirmative probabiliter. In eis quippe 40 diebus de regno Dei, seu de Ecclesia constablanda et ædificanda cum suis Apostolis colloquebatur Christus. Omississet autem de nobili ac præcipuo corporis Ecclesie membro colloqui, de Virgine nempe quæ *calum Ecclesie* nuncupatur et est? Quemadmo-

sterium illud fuisse impletum, quod fuerat Eliæ in monte Carmeli revelatum, de monte Carmeli descendentes per Galilæam, Samariam et Judæam fidem Christi constantissime sparserunt, et in honorem Mariæ paulo postquam in cælum assumpta est, in declivio montis Carmeli oratorium fabricarunt. Ad quod convenientes quotidie ritibus, piis precationibus ac laudibus B. Virg. Mariam assumptam colebant. Hinc fratres Carmelitæ.

Ast de his aliisque figuris in 2<sup>a</sup> parte fusiori calamo pertractabimus. Quam ob rem ab illis discutiendis et exponendis supersedemus, ne acta multoties agamus. Hisce perpensis, abunde videtur innui per *Ecclesiam primitivorum*, de qua tantacum pompa loquitur Apostolus, corporea in cælum Deiparentis Assumptio.

### Caput III.

*Ecclesia Purgans et Triumphans.*

1. De utraque seorsim, ne parere confusionem queant. Initium ducamus a prima, videlicet ab Ecclesia purgante. B. Virgo in Assumptione sua e purgatorio multas animas eduxit et ad cælum duxit. Bernardinus de Bustis, insignis Deiparæ Virginis encomiastes, de Ordine minorum, in suo Mariali

dum autem omnes ferme Virginis prerogative in Sac. Bibliis passim reperiuntur assertæ, si ejus Assumptionem tantummodo demas; de hac igitur opus erat cum Apostolis præcipue sermonem haberet. — Præterea: hæc Assumptionis veritas constabiliri dogmatice potest; qualiter autem hoc fieri queit, nisi primitus veritatem hanc et illo probabiliter 40 dierum curriculo suis revelasset Apostolis Ille qui complere divinam Revelationem missus est? Attamen ista sapientibus et doctoribus discutienda relinquimus.

narrat, B. M. Virginem morituram et in cælum ituram a Filio petiisse, ut omnes animas quæ in purgatorio detinebantur, secum ad cælestem gloriam deducere posset: quod eam obtinuisse Joannes Gerson parisiensis magnus Cancellarius diserte docet et asserit, in die Assumptionis B. Mariæ Virginis ingentem animarum multitudinem de pœnis purgatorii ereptam esse, quæ ovantem Deiparam et ad Filii dexteram ascendentem comitata est. Hujus autem rei rationem assignat; quia scilicet tunc Regina coronabatur, Regina inquam misericordiæ, Domina gratiæ, ad cujus coronationem captivis veniam dare par erat (1).

Et non tantum ea vice, qua beata Virgo in cælum assumpta est, animarum e purgatorio liberationem obtinuit; sed quotiescumque solemnitas hæc Assumptionis B. M. Virginis ab Ecclesia singulis annis celebratur, in gratiam Virginis eo die in cælum assumptæ maximus animarum numerus e purgatoriis flammis liberatur. Quod non assererem, si hujus rei testem omni prorsus exceptione majorem non haberem, sanctum videlicet Petrum Damianum, S. R. E. cardinalem, inclytum universæ Ecclesiæ doctorem, pietate, sapientia, eruditionis copia, et insignium PP. atque DD. auctoritate clarissimum. Iste sequens hac de re testimonium perhibet (2). Religiosus plane presbyter Joannes rem mihi retulit ante paucos annos Romæ contigisse, quam narro. In Assumptione scilicet Dei Genitricis Mariæ cum nocturno tempore romanus po-

(1) Super *Magnificat*, tract. 4.

pulus juxta morem orationibus et litanis insisteret, et accensis luminibus diversarum regionum ecclesias perlustraret, mulier quædam in basilica quæ est ad honorem ejusdem B. Virginis, in Capitolio constituta, commatrem suam vidit ab anno fere vita functam. Illa protinus inquisivit: Num defuncta es? qua respondente: Ipsa sum; et quomodo, inquit, tibi nunc est? ait: Usque hodie non levis me pœna constrinxit; verum hodie Regina mundi pro nobis preces fudit, meque cum multis aliis de locis pœnalibus liberavit; tantaque multitudo per interventionem ejus hodie fuit de tormentis erepta, ut numerum totius romanæ plebis excedat. Unde sacra Dominæ nostræ gloriosæ dicata passim loca visitamus, actionesque illi gratiarum pro tot tantisque misericordiæ beneficiis alacres exhibemus. Hisce dictis, suam prophetia visionem comprobans, ex ejus oculis evanuit.

2. His modo prælibatis, ita ratiocinari collibet: cur istæ animæ purgantes quam aliæ, in hoc potius Assumptionis festo quam in aliis eripiuntur a flammis? Duce solummodo ratione fatendum, quod nonnullæ animæ purgantes Marianum privilegium assidua meditatione rimentur atque profiteantur, et assumptam cum corpore Virginem ac ipsummet proinde Deum immensæ charitatis ardore complectantur, qua, veluti cordis igneo æstu, et illic parvæ remittuntur culpæ. Id tenet ejusque rationem reddit magnus Aquinas, inquit: « Oportet dicere, quod venialia remittuntur eis (existentibus in purgatorio)

(2) Lib. 3, epist. 52.

post hanc vitam etiam quantum ad culpam, eo modo, quo remittuntur in hac vita, scilicet, per actum charitatis in Deum, repugnantem venialibus in hac vita commissis. Quia tamen, post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ, non tamen meretur absolutionem vel diminutionem pœnæ sicut in hac vita (1). »

Hocce momentum quod supra retulimus haud parvi ponderis est. Ipsemet Roussojus (2) eum non humana sed divina virtute pollentem agnoscit, qui, dum patitur (sermonem de martyribus habet), aliquam profitetur veritatem. Id autem de animis purgatorii martyribus quanta fatendum majori ratione sit, plane colligitur.

Alias rationes aperire possemus? maxime quidem; sed non est hic locus. Ecclesiam iccirco mœrore confectam relinquentes, illam conscendamus Ecclesiam æterna lætitia perfuentem, cœlicum orbem, novam Jerusalem, Civitatem sanctam.

3. In ipso Missæ introitu faustissimum diem Assumptionis fidelibus proponit Ecclesia, cum ipsos ad sanctam, jucundam, suavemque lætitiā hisce verbis pelliceat: « Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore B. M. Virginis, de cujus Assumptione *gaudent angeli*, et collaudant Filium Dei. » Hinc magnæ Dominæ, nec non ejus Filio statis vicibus hymnos dulciaque sacræ laudis cantica militans triumphanti consociata psallit Ecclesia, et utraque

(1) Quest. 7 de Malo, art. 11.

(2) In *Æmil.*, tom. 3.

veritatem Assumptionis agnoscere venerarique fatetur. Cum Missa plane conspirat Officium, sub cujus initium recitantur antiphonæ: « Exaltata est S. Dei Genitrix super *choros angelorum* ad cœlestia regna. » Et inde: « Paradisi portæ per Te nobis apertæ sunt, quæ hodie gloriosa cum angelis triumphas. » Pariter inter lectiones primi nocturni ex libro Cantici Canticozum excerptas, per allegoriam responsoria graphice describuntur, dicitur enim: « Quæ est ista quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? Viderunt eam *filie Sion* (nempe cœlites), et beatam dixerunt, et reginæ laudaverunt eam. » Et ad Laudes: « Assumpta est Maria in cœlum, *gaudent angeli*, laudantes benedicunt Dominum. » En proinde qualiter in Assumptione Virginis cum militante triumphans consocietur Ecclesia.

4. Aliud argumentum capitur ex particularibus revelationibus: cum istæ a Deo sive immediate sive mediate profluxerint, magnum nobis suppeditant indicium, quid Ecclesia triumphans de aliqua sentiat veritate. Quæ profecto revelationes vel ab ipsis exorientis Ecclesiæ incunabulis magno penes fideles omnes in honore fuerunt, ita, ut ad rem nostram remeantes, frequenter Eusebius testetur in Chronico, de integrali Virginis Assumptione: *Sicuti multis revelatum est* (3). Et ut alias S. Elisabeth aliarumque revelationes prorsus omittam, aliqua mentione digna sunt, quæ S. Birgittæ nomine magnis laudibus

(3) Lib. II ad ann. 48 et alibi passim.

circumferuntur. In eis itaque legitur: « Sancta vidua igitur cœlitus illustrata monet, duo dumtaxat Christi nimirum et Mariæ corpora glorificata in cœlesti patria reperiri (1). » Redditque Virgo Deipara rationem, cur initio non fuerit agnita ejus Assumptio cum anima et corpore: *Quia prius*, inquit, *stabilenda erat fides ascensionis Christi*. Quæ revelationes, quum eas probaverit atque commendaverit Ecclesia, viro theologo haud leve præstant super Ecclesia triumphante theologice rationis argumentum. Hoc ipsum dicendum est de pluribus miraculis quæ Deus pro Assumptione Virginis asserenda patravit. Etenim si miraculum est *id quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ* (2), sequitur verum miraculum non nisi a Deo supremo totius naturæ Domino aut per se aut per ministros omnipotentis suæ patrari posse. Quoties proinde constiterit de vero miraculo, toties certi efficiamur de illa veritate, in cujus favorem illud patratum fuit, nec non de mente cœlestis Ecclesiæ, a qua illud patratum fuit. Unum dumtaxat eligimus, quod Petrus Cluniacensis enarrat (3). Offerre Romani solebant in Vigilia Assumptionis in ecclesia *Sanctæ Mariæ Majoris* cereos aliquot satis grandes qui sub vesperam accendebantur in memoria tanti Mariani privilegii, quo Deus cum anima et corpore ad cœlum Deiparam evexit; cumque ad posteram diem arsissent, post secundas vespervas inventi sunt nihil penitus diminuti. Hoc miraculo

(1) Lib. VII Revel., cap. 25; nec non lib. I, cc. 8 et 9; et lib. VI, cc. 61 et 62.

(2) S. Thom. I p., q. 100, art. 4.

significare Deus voluit, ea quæ assumptæ Virginis obsequio impenduntur, sic divino placere Numini, ut ex eis nihil possit perire. Idque Deus fieri manifestum maluit, non in quolibet ignoto vel humili loco, non in qualibet vel quantalibet civitate, sed in ipsa Urbe orbis capite, non semel tantum, sed annuo potius recursu per centum et amplius annos, prout idem Petrus Cluniacensis testatur.

5. Ut autem liquidius innotescat totius cœlestis Curie testimonium, innumeras Patrum, Doctorum aliorumque scriptorum sententias, quæ in suis ad populum sermonibus aliisve lucubrationibus ubertim passimque leguntur, et quæ gloriosum B. Virginis ad cœlica regna triumphum aperiunt, congerere mihi libet, atque per os aureum tot illustrium virorum, quos Deus posuit in Ecclesia, ut suos ubique radios porrigerent, colloqui simul atque congaudere.

Cogita quam gloriosa ex hac valle miseræ utriusque mundi Regina processerit, et quanto devotionis affectu tota in ejus occursum cœlestium legionum devenerit multitudo. Divus Bernardus (4) autumat, cœlum empyreum evacuatum fuisse, ut in occursum Dei Genitricis exiret. Angeli gaudebant, archangeli jubilabant, throni exultabant, dominationes psallebant, principatus harmonizabant, potestates cytharizabant, cherubim et seraphim hymnos concinebant, usque ad supremum divinæ Majestatis tribunal suam Reginam deducendo. In ere-

(3) Lib. de Mirac., cap. 3.

(4) Serm. de Assumpt.

ctione illius statuæ, quam rex Nabuchodonosor erexerat, intonuit sonus multiplex tubæ, fistulæ, cytharæ, sambucæ, psalterii ac universi generis musicorum (1). O quam potiori ratione tubas, fistulas, cytharas, omnique generis instrumenta musica in erectione ad cælum hujus vivæ imaginis veri Dei congruebat adhiberi!

D. Petrus Damianus inquit: « In hac Virginis assumptione aliquid gloriosius, quam in ascensione Christi invenitur; Christum enim ascendentem angeli animæque sanctæ tantummodo sequebantur. At Virginem non angeli solum, et animæ sanctæ, sed Christus etiam ipse cujus infinita dignitas est, comitabantur (2). » Et post pauca idem sanctus ait: « Angeli quippe soli Redemptori occurrere poterunt: Matri vero Filius ipse cum tota curia tam angelorum quam justorum solemniter occurrens eam ad beatæ sessionis evexit consistorium. Parum erat Christo, omnes cælicolas in occursum suæ Genitricis mittere; sed etiam ipsemet promptius, quam ille paterfamilias qui occurrens filio prodigo illum amplexatus est, cum ingenti majestate et gloria Matri suæ obviam venit. » Dum Bethsabæe mater Salomonis ad eum venit, surrexit rex in occursum ejus, adoravitque illam, et sedit super thronum suum. Non minorem certe reverentiam Matri suæ Christus exhibuit; alioquin quomodo crederetur implisse quod ipsemet in lege præcepit: *Honora patrem tuum et matrem tuam?*

Cum rex David arcam fœderis de domo Obededom in urbem reduceret,

(1) Dan. xiii.

plurimos undequaque sacerdotes vocavit, levitas, cantores, ordines tabernaculorum, cymbalorum ac tubarum, aliorumque instrumentorum genera. Similiter Salomon ob requiem arcæ in templo Domini seniores omnes Jerusalem in Sion coegit, ut arcam Testamenti deferrent de civitate David, id est de Sion. Et tulerunt sacerdotes arcam, et rex et omnis populus gradiebatur ante arcam boves et oves innumerabiles mactantes, et intulerunt arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum domus, in Sancta Sanctorum sub alas cherubim. Adeumdem prope modum ob requiem spiritalis arcæ novus ipse Salomon Christus tum mundo sublimiores cælestium mentium ordines, tum primarios novi Testamenti viros, id est Apostolos unacum universa plebe sanctorum qui erant Jerusalem, in unum cogens, animam quidem in Sancta Sanctorum, videlicet in penetralia cæli per angelos introducit; corpus autem Apostolorum manibus gestatur, Rege regum invisibilis suæ Deitatis splendore illud contegente, ac universo sanctorum cœtu præcurrente, sacrasque voces emittente, laudisque sacrificium in tumulto tamquam in thalamo operante. Si tantus fuerit honor, si tanta gloria lignæ illius et inanimatæ arcæ, quanto magis animatam hanc Dei arcam honorare decuit? Decuit sane, ut eam non lignei, sed ignei currus deferrent; non bovum juga, vel albigantes quadrigæ, sed ipsæ cælestes virtutes traherent, chori cælestes præana canerent, ipse Rex regum toto cælesti exercitu comitatus præcederet.

(2) Serm. de Assumpt.

6. Ast, ubi primum ad supremum Ss. Trinitatis thronum deducta est, ut clarissimo illo divinæ gloriæ lumine collustrata magnificaverit Dominum, et exultaverit spiritus ejus in Deo salutari suo. Mox Theipater eam uti Filiam acceptissimam, Theifilius uti Matrem dulcissimam, Theispiritus uti Sponsam charissimam arctissimo Deitatis suæ complexu firmavit, et in proximo throno gloriæ sacræ humanitatis Christi super omnes angelos ac beatos eminentissime collocavit. Diadema Pater suæ omnipotentiae dedit, ut omnia facere posset, quæcumque vellet. Arcana Filius suæ sapientiae revelavit, ut Deitatis lucem altissime penetraret, omnesque res creatas in ea perspicacissime contueretur. Spiritus sanctus charitatis ac misericordiae suæ munera contulit, ut mater esset misericordiae, et nostras ipsa causas coram divina Majestate perageret. Pater lunam, hoc est universam Ecclesiam militantem sub pedibus illius subjecit, Filius sole suæ clarissimæ visionis eam vestivit, Spiritus sanctus coronam stellarum duodecim, omnium nempe suorum charismatum, atque gratiarum ornamenta capiti ejus imposuit. Pater potentiam, Spiritus sanctus charitatem, suus Filius tantam ei scientiam contulit, ut quicquid Deus videt scientia visionis (iis dumtaxat exceptis quæ singulariter ad Christum spectant) in divina essentia, uti theologo putant, perspicacissime contueatur. Hinc D. Epiphanius eam *πολυφθαλμου*, et D. Ephrem *πολυοφθαλμου*, hoc est *multoculam* vocant, eo quod in sua ad cælum Assumptione divinitus obtinuit, ut nostra discrimina, neces-

sitates, ærumnas ac preces ad eam fusas luculentissime cernat.

His toto cælo jubilante peractis, in quas cælicolæ voces eruperint, auscultemus.

7. Favete linguis, obstupete omnes, intentique ora tenete: linguis hominum loquar et angelorum. — Arcam viventem qua Deus inhabitavit, conspice: sic angeli læti lætos alloquuntur archangelos. Circumspicite et introspicite, quantus in ea divinæ scientiæ nitor collucere videatur. — Hoc ad me satius, respondet archangelus Gabriel, ad me hoc satius dicere pertinet. Hisce propriis ego luminibus æternum Patrem rerumque Creantem aspexi ad humilis Ancillæ fiat hanc arcam introeuntem, et Filium æterni Fabri eam imputribilibus lignis setim compingentem, et Spiritum sanctum, *digitum paternæ dexteræ*, inimitabili arte interius exteriusque deaurantem. — Tot signa cernentes in ea, totque miracula *virtutes cælorum commoventur*, et inclamare coguntur: Fecit ei magna qui potens est. — Fecit ei tam magna qui potens est, repetunt potestates, ut, ne quavis infuscaretur caligine, fuerit a nobis potestas principis tenebrarum furorque compressus. — Unanimiter huic arcæ tribuunt super trinam quam Deus regit machinam Principatus principatum, Dominationes dominationem, Thronique thronum. — Dignum et justum est, præbet responsum *cherub protegens*; quum arcam hanc pretiosam, Deo jubente, custodiverim, hisque pennis divina tamquam protectione contexerim. — Vere dignum et justum est, æquum et salutare, duo Seraphim una

tamen voce, pulere sonantibus caelestibus organis, incipiunt suavissime canere, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus; hanc siquidem arcam quam apertis alis custodivimus, tam sublimiter assumpsisti. Dignum et justum est Te in Assumptione B. Mariae semper Virginis collaudare, benedicere et praedicare: quae et Unigenitum tuum in hoc immaculato corpore sancti Spiritus obumbratione concepit, et ex hoc etiam corpore, virginitatis gloria permanente, Lumen aeternum mundo effudit, quemadmodum suo de roseo gremio aurora coruscantem solem facit oriri. — Postea nexis manibus, et flexis in divinum altare capitibus, clamabant alter ad alterum et dicebant: Sancta haec arca Dei vivens, Sancta haec arca quae caeleste manna continuit, Sancta haec arca quae de furenti pelago liberat homines, ut implerent in hoc caelo ruinas (1). — Haec angelica vox a sanctis omnibus iterum iterumque repetitur. En quam nostris desideriis optavimus, inclamant patriarchae. Quibus: en quam nostris figuris praesignavimus, concinunt prophetae, simulque clamare non desinunt: gaudeamus. Gaudeamus, repetit chorus martyrum, chorus confessorum, chorus virginum, chorus innocentium, quia tantam in terris Matrem ac tantam in caelo promeruimus habere Reginam. Gaudeamus,

(1) Haec habet Justinus Meehoviensis: " Et illi angeli eam (Virginem) multum celebrarunt, qui in Assumptione ejus admirantes clamaverunt: Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii? Cant. III, 6. Unde D. A-

sibi vicissim ajunt Joachim et Anna, et gaudium nostrum sit plenum; quum laeti reminiscamur, tam magnum nos terrae ac caelo peperisse splendorem. Gaudeamus, inquiunt Joseph et Joannes, ille sponsus, iste frater; quid de gaudio illius qui Spiritum sanctum Virginis quoque sponsum aemulatur? quid de gaudio istius, si Deiparae tantummodo verbis in materno utero clausus exultaverit infans? Gaudeamus, inquit Elisabeth; quum iterum Mater Domini mei veniat ad me. Gaudeamus, Simeon ait, de adventu tantae Mulieris, quae fecit dimittere servum Domini in pace, eo quod viderint oculi ejus salutare Dei. Eadem vocem proferunt Magi, cum oriatur, dicunt, in caelo nostra fulgida stella quae duxit nos ad veritatis agnitionem. Eadem voce loquitur bonus latro, eam misericordiae pietatisque Matrem conspiciens, quae Christi morientis oculos ad se convertit. Postmodum illud corpus in quo suaviter habitavit tota plenitudo Deitatis, caelicolae omnes venerantur humillima cum inclinatione cervicium, nobilium caelo caelum nobilioremque paradiso paradisi excipientes.

En mira prorsus inferi, terrae caelique concordia vocum; en mira per quaeque saecula pervetusta, verenda, nunquam interrupta traditio; en mira quam tenuiter evincendam proposuimus, de mysterio assumptae in corpore Virginis ecclesiarum omnium identitas.

thanasius ponderans illa verba Mariae: *Beatam me dicent omnes generationes*, ita fatetur: *Beatam te praedicant omnes angelorum et terrestrium hierarchiarum, et hierarchicas manus attollentes benedicunt tibi, quae et in caelis benediceris, et in terris beata praedicaris*., Super Litanias Lauret. Disc. cclxxii n. 5.

## PARS SECUNDA

# BIBLIA

### PRÆLUDIUM

1. Quamquam sacrae Litterae nec de virginitate Deiparentis nec de istius maternitate tacuerint, de ipsiusmet verumtamen Assumptione non item: quandoquidem illae propius ineffabile sacramentum Incarnationis attingunt. Non ita tamen se res habet quoad corpoream Virginis Assumptionem, quippe quae, licet praclarissimum nobilissimumque sit Virginis Mariae decus et gloria, nullatenus attingit oeconomiam fidei. Jure proin alte silent de hoc privilegio sac. Biblia; non ita tamen, ut in ipsis ne radicaliter quidem et velut in germine Mariana praerogativa delitescat. Haec ibidem latet ad eum pene modum quo mortuorum resurrectio in illo tegitur Exodi commate: *Ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob* (1); *non est enim mortuorum Deus, sed viventium* (2), prouti contra Sadducaeos arguens Christus, ita obstruxit os loquentium iniqua, ut respondere nulla ratione valuerint. His rite praestitutis, tenuiter evincendum

(1) Exod. III, 6.

assumimus, in cunctis sacrae Scripturae libris corpoream Deiparentis Assumptionem delitescere.

2. Illa quapropter argumenta biblica vel exegetica illam seu scientificam sac. Scripturarum expositionem quae Marianum privilegium subobscurè declarat, hermeneuticae regulis, nec non Ecclesiae sensu et tam illustrium PP. atque DD. interpretatione freti confisque promemus. Dicimus *Ecclesiae sensu et tam illustrium PP. atque DD. interpretatione*, consulto verentes, ne nos humilem hanc disquisitionis partem ex imaginationis penu comminisci proprio Marte contingat. *Ne circumferamur enim omnivento doctrinae*, ut loquitur Apostolus, sacrosancta tridentina Synodus (sessione IV) regulam scite proposuit his verbis expressam: " Ad coercenda petulantia ingenia, decernit (Synodus), ut nemo suae prudentiae innixus in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus con-

(2) Matth. XXII, 32.

torquens contra eum sensum quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, ejus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum, aut etiam contra unanimum consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari valeat. » Unde clarissimus Lirinensis: « Hic forsitan requirat aliquis, cum sit perfectus Scripturarum canon, sibi que ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ei ecclesiasticæ intelligentiæ jungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sua amplitudine non uno eodemque sensu universi acci-

piunt, sed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur; ut pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur... Atque idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris contractus, ut prophetiæ et apostolice interpretationis linea secundum ecclesiastici catholici sensus normam dirigatur (1). »

Sic proinde constitutam biblicam orationem, dum nostris cœptis opitulatrix gratia Virginis aspiret, delibare leviter inchoemus.

(1) Commonit., cap. II.

## VETUS TESTAMENTUM

### LIBER GENESIS

#### IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS CÆLUM ET TERRAM

##### 1. *Fiat lux, et facta est lux* (1).

Qua super re B. Albertus magnus sic pulcre divinat: « Ipsa, Maria, figurata est per illam lucem primariam, quæ creata creditur ibi ubi Sol oritur, et de qua secundum quosdam factum est corpus Solis, quia de substantia Virginis formatum est corpus Filii, qui ut lux vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (2). » Porro substantia lucis incorruptibilitate pollet, numquam suum amittens nitorem; B. quoque Virgo, micantissima prouti lux, nunquam suam venustatem amisit suumque nitorem: ad instar proinde lucis etiam in tumulto, in occasu suæ vitæ, lucis incorruptibilitate refulsit, ut super novum æternitatis horizontem nova luce radiaret. — Lux semper virgo manere conspicitur; unde nec vetustate, nec putredine aut carie corrumpitur; B. quoque Virgo nullam unquam sive putredinem, sive corruptionem sensit, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum permansit: illa vero quæ jugiter extitit virgo, virgo corruptionis macula in sepulcro, ut ita

(1) Gen. I, 5.

(2) De laudib. B. Mariæ lib. VII, loc. 30.

loquar, esse desineret? — Lux a luendo dicitur, hoc est purgando tenebras, et ideo ab æterna luce creatur, ut per eam cætera videantur. Verum beata Virgo, quum tenebras ignorantiae, tenebras superstitionis, tenebras idololatriæ propulsa verit, æternum in mundo lumen effundens, tenebras quoque sui tumuli propulsa verit, ut se ad intuitivam Dei visionem atque fruitionem attolleret, et æternitatis die frueretur. — *Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona*, id est pulchra; etenim pulchritudo fons et origo bonitatis est, ut Marsilius Ficinus optime monere voluit. Platone magistro, pulchritudo definitur: « Effectus quidam, seu radius ex Dei optimi tamquam formosissimi solis mirabili facie in creatam naturam incidens, et cum eam suis excoluerit gratiis, in fontem ex quo prodierat revertens. » Unde sapienter ait Dionysius Carthusianus: « Quoniam omnium artifex Deus, ad ipsius formationem in utero supernaturaliter concurrens, Filio suo dignum habitaculum fabricaturus, eam intrinsecus omnium gratificantium charismatum et significantium habituum plenitudine adornavit, ut etiam in exteriori ejus effigie gratia divina tam copiosa efficaciterque luceret (3). » Hæc autem pulchritudo Virginis, non

(3) De dignit. Mar., art. 4.

torquens contra eum sensum quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, ejus est judicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari valeat. » Unde clarissimus Lirinensis: « Hic forsitan requirat aliquis, cum sit perfectus Scripturarum canon, sibi que ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ei ecclesiasticæ intelligentiæ jungatur auctoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sua amplitudine non uno eodemque sensu universi acci-

piunt, sed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur; ut pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur... Atque idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris contractus, ut prophetiæ et apostolice interpretationis linea secundum ecclesiastici catholici sensus normam dirigatur (1). »

Sic proinde constitutam biblicam orationem, dum nostris cœptis opitulatrix gratia Virginis aspiret, delibare leviter inchoemus.

(1) Commonit., cap. II.

## VETUS TESTAMENTUM

### LIBER GENESIS

IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS  
CÆLUM ET TERRAM

#### 1. *Fiat lux, et facta est lux* (1).

Qua super re B. Albertus magnus sic pulcre divinat: « Ipsa, Maria, figurata est per illam lucem primariam, quæ creata creditur ibi ubi Sol oritur, et de qua secundum quosdam factum est corpus Solis, quia de substantia Virginis formatum est corpus Filii, qui ut lux vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (2). » Porro substantia lucis incorruptibilitate pollet, numquam suum amittens nitorem; B. quoque Virgo, micantissima prouti lux, nunquam suam venustatem amisit suumque nitorem: ad instar proinde lucis etiam in tumulto, in occasu suæ vitæ, lucis incorruptibilitate refulsit, ut super novum æternitatis horizontem nova luce radiaret. — Lux semper virgo manere conspicitur; unde nec vetustate, nec putredine aut carie corrumpitur; B. quoque Virgo nullam unquam sive putredinem, sive corruptionem sensit, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum permansit: illa vero quæ jugiter extitit virgo, virgo corruptionis macula in sepulcro, ut ita

(1) Gen. 1, 5.

(2) De laudib. B. Mariæ lib. VII, loc. 30.

loquar, esse desineret? — Lux a luendo dicitur, hoc est purgando tenebras, et ideo ab æterna luce creatur, ut per eam cætera videantur. Verum beata Virgo, quum tenebras ignorantiae, tenebras superstitionis, tenebras idololatriæ propulsa verit, æternum in mundo lumen effundens, tenebras quoque sui tumuli propulsa verit, ut se ad intuitivam Dei visionem atque fruitionem attolleret, et æternitatis die frueretur. — *Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona*, id est pulchra; etenim pulchritudo fons et origo bonitatis est, ut Marsilius Ficinus optime monere voluit. Platone magistro, pulchritudo definitur: « Effectus quidam, seu radius ex Dei optimi tamquam formosissimi solis mirabili facie in creatam naturam incidens, et cum eam suis excoluerit gratiis, in fontem ex quo prodierat revertens. » Unde sapienter ait Dionysius Carthusianus: « Quoniam omnium artifex Deus, ad ipsius formationem in utero supernaturaliter concurrens, Filio suo dignum habitaculum fabricaturus, eam intrinsecus omnium gratificantium charismatum et significantium habituum plenitudine adornavit, ut etiam in exteriori ejus effigie gratia divina tam copiosa efficaciterque luceret (3). » Hæc autem pulchritudo Virginis, non

(3) De dignit. Mar., art. 4.

secus ac pulchritudo lucis cui confertur, vel in tumulto corrumpi nulla ratione potuit. Jordanus Raymundus aut sapiens Idiota id non dubitat asserere: « Speciosa facta es, beatissima Virgo Maria, prae filiabus hominum, quae speciosum forma non solum prae filiis hominum, sed etiam prae millibus angelorum, tuae carnis substantia vestivisti Unigenitum Dei. Natura etiam quae per te reparanda erat, in compaginando te, et colorando, studiosissima fuit: ad membrorum tuorum excellentiam singularem, laudes humanas addere non est necesse, cum ex vita tua sanctissima totius virtutis forma resplendeat... Membra enim tua sanctissima sic sanctitatis integritate custodiebas, ut nulli omnino subjacerent corruptioni (1). » Nec in tumulto Marianae pulchritudinis lumen infusatur, ea — opinor — ratione qua nec in caeno temporalis lucis pulchritudo maculatur.

2. Fons ascendebat e terra irrigans universam superficiem terrae (2). Hæc verba sic Albertus magnus explicat: « Fons, id est Maria, ascendebat, in nativitate quando nata fuit, vel in assumptione de terra miseriae et tenebrarum, irrigans gratia, venia, gloria universam superficiem terrae (3). » — Virgo Deipara lignum vitae nuncupatur in medio paradisi terrestri consitum, et ad prædocendam Virginæ corporis incorruptionem apte quidem a majoribus usurpatur. Hinc S. Ephraïmus beatissimam Virginem alloquens, dicit: « Gaude, benedictis-

(1) Opus plenum de Virg. p. II, Contempl. I, II.

(2) Gen. II, 6.

(3) Biblia Mariana lib. Genesis, n. 5.

sima in sæculum sæculi, gaude lignum opacum, o puella virgo, ex quo omnes fructum decerpimus, quem comedentes exhilarantur, non moriuntur (4). » Et iterum dulcem eidem Virgini salutationem congemans, ait: « Salve paradisi deliciarum, salve lignum vitæ, salve fons gratiæ et immortalitatis (5). » Huc quoque spectant quæ de Virgine Deipara in arbore scientiæ boni et mali præsignata Abhas Persenensis habet: « Mariæ itaque symbolum vitæ arbor amœnissimi Eden præferbat: ac eo prorsus modo quo illa immortalitatis perfectæ dabat fructum; ita et omnis corruptionis expers, et altior fato beatissima Dei Parens esse oportebat (6). » — Insuper Heva Mariam præsignabat. Et hac inter utramque comparatione pleni sunt Patrum libri, plenæ scriptorum ecclesiasticorum historiæ, plena exemplorum vetustas. Hæc vel summatim recensere, foret tempus inutiliter tenere. Apud omnes tam clara res est. Attamen ut Hevam innocentem undequaque Virgo Maria significaret, prout illa immortalis vita gaudens, corruptionis expers, peracto dulcis vitæ curriculo, ad æternas sedes migrasset; B. similiter Virgo Dei Genitrix quam Deus singulari privilegio ab omni primigeniæ culpæ labe præservavit immunem, nulli prorsus corruptioni obnoxia in æternæ lætitiæ domum migraret oportuit.

3. Præcipuum tamen quod in rem nostram profertur testimonium, illud dixeris quod legimus: *Et ait Domi-*

(4) Orat. ad Deip.

(5) Ibidem.

(6) Serm. in Virg. Annunt.

nus Deus ad serpentem... Inimicitias ponam inter te et mulierem, et seminum et semen illius; ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus (1). Id oraculum vulgo προτεβουγγίλιον merito nuncupatur; siquidem pollicitationem exhibet futuri Redemptoris, cujus virtute peccatum a dæmone sub serpentis larva latente in mundum inductum e medio erat tollendum. Cum igitur heic minitantibus verbis denuntietur victoria mulieris, nempe Virginis in serpentem, nempe dæmonem, cujus suasu se crimine protoparentes inquinati sunt; haud perfecta censi mulieris victoria posset, si non tantum de peccato per immaculatum Conceptum, et de concupiscentia per virginalem Maternitatem, sed etiam de morte per corpoream Assumptionem illa mulier esset singularem latura triumphum. Huic sententiæ nostræ congruit ad amussim F. Sylvester Joseph Hunter Soc. Jes. in suis thesibus dogmaticis quas in collegio sancti Beunonis prov. Angl. propugnandas assumpsit. In earum

(1) Gen. III, 14, 15.

(2) Pag. 21. — De gloriosa beate Mariæ Virginis in caelos Assumptione.

(3) Sententia Genesios ubertim enucleata, delinea verba ista leguntur: « Rimane la vittoria sulla morte, non sarà in singolar modo vivificata dal Figlio, autor della vita? Dove l'unità di carne col nuovo Adamo, che è titolo alla beata vivificazione, trovasi in un grado così perfetto e unico, qual si è tra una Vergine Madre e il suo Unigenito, la risurrezione non sarà distinta da ogni altra? E finalmente se la società e somiglianza con Gesù nella grazia e nella vita dà diritto alla risurrezione secondo quella di G. Cristo, dove la conformità e società con Gesù fu nel modo più eccellente e di un ordine tutto speciale; la vittoria sulla morte non sarà pur modellata su quella del Redentore, nel modo più perfetto e di un ordine tutto speciale?... Perciò stando solo al testo del Protoevangelo, pare che il posto distintissimo, che Maria vi

prima hæc habet: « Quum juxta apostolicam doctrinam, Rom. v-viii; I Cor. xv, 24-26-54-57; Heb. II, 14, 15, aliisque locis expositam, triplici victoria de Peccato, et de peccati fructibus, Concupiscentia et Morte, quasi ea partibus integrantibus constituitur ille triumphus quem de Satana, antiquo serpente, Christus retulit: et quum in protevangelio, Gen. III, 15 beata Virgo exhibetur singulariter associata in hoc triumpho Filii sui: non dubitamus quin in eodem oraculo eadem beata Virgo præsignificetur eadem triplici victoria insigniter illustris; atque adeo, sicut de Peccato per immaculatam Conceptionem et de Concupiscentia per virginalem Maternitatem, ita et de inimica morte singularem triumphum relatura, per acceleratam ad similitudinem Filii sui Resurrectionem. Id quod ex speciali unitate carnis, Christum inter ejusque Matrem, novam accipit illustrationem (2). » Eadem propemodum voce loquitur ephemeris illa celebris inscripta: *La Civiltà Cattolica* (3).

« segno ed immagine della medesima, cioè la risurrezione per anticipazione? Chi ci ha procurata la risurrezione e la vita, come già Eva la morte, non sarà in singolar modo vivificata dal Figlio, autor della vita? Dove l'unità di carne col nuovo Adamo, che è titolo alla beata vivificazione, trovasi in un grado così perfetto e unico, qual si è tra una Vergine Madre e il suo Unigenito, la risurrezione non sarà distinta da ogni altra? E finalmente se la società e somiglianza con Gesù nella grazia e nella vita dà diritto alla risurrezione secondo quella di G. Cristo, dove la conformità e società con Gesù fu nel modo più eccellente e di un ordine tutto speciale; la vittoria sulla morte non sarà pur modellata su quella del Redentore, nel modo più perfetto e di un ordine tutto speciale?... Perciò stando solo al testo del Protoevangelo, pare che il posto distintissimo, che Maria vi

Quænam est illa mulier, quam inter sinuosamque viperam Deus inimicitias posuit? Nil mirum, si Protestantes ac rationalistæ respondeant: Heva aut mulier in genere. Mirum tamen est, quod ætate hac nostra quidam catholicus scriptor a communi sententia discreparit, ut Reinke in opere quod inscripsit: *Propheticæ Messianicæ*, 1851: ipse pro virili contendit, Hevam per mulierem, et per semen omnes homines cum Jesu et Maria proprie verè que significari. Sed perperam. Sane vetus auctor Epistolæ *de viro perfecto*, Hieronymo adscriptæ, his verbis priorum biblicæ periochæ partem exponit: « Mater itaque Domini Nostri Jesu Christi in illa jam tunc muliere promissa est. Hæc inimicitias opposita est serpentis: *ponam*, inquit, *inimicitias inter te et mulierem*: non certe *pono* dicit, ne ad Hevam hoc pertinere videretur. Verbum promissionis est, quod transmittitur in futura. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te et mulierem*. Illam utique mulierem, quæ Salvatorem parturiet, non quæ generet fratricidam (1) » — Sed urgent: in v. 12 mulier Heva nuncupatur; ergo juxta regulam hermeneuticæ in v. 15 pariter. — Probe falluntur et fallunt. Qualiter enim illa quæ male credula verbis serpentis mortis venenum miserat, ejusdem serpentis caput conterens, antidotum vitæ cunctis ministraret, ut mortem occideret, et vitam repararet? Mariam Deus mulierem vocat eo tempore quo repara-

\* gode, la faccia ravvisare ornata di tre personali privilegi, immacolata Concezione, verginale Maternità, anticipata Risurrezione e gloriosa Assunzione. Essa è l'Immacolata, la Vergine Madre, l'Assunta. An. 20, Ser. VII, vo-

tionem generis humani spondit; uti mulierem pariter vocat eo tempore quo generis humani reparationem, ipso suo Filio moriente, perfecit. Mulier Geneseos est mulier Apocalypseos, utraque contra serpentem dimicans, utraque serpentinum caput conterens, utraque Virginem Mariam significans. — Nil autem nos movet opinio, mulierem esse mulierem in genere, et non Virginem Mariam. Illa suo pondere ruit. Grammaticalis enim forma vocis *Mulier* in hebraico textu videtur esse prout illa vocis *Virgo* in textu Isaiaë (2). Si in ista significari potest et significat Virginem singularem, etiam in illa Geneseos singularis mulier significari potest et significat.

Sed alia neologi venenata jacula torquent. Totus, ajunt, de serpente triumphus Christo dumtaxat tribuendus est; in hebraica quippe veritate pronomen *ipsa*, mulier, clare reperitur *ipsam*, semen. Etenim *וְהָיָה* concordare videtur cum *וְהָיָה* semen, prout confirmatur ex verbo *יְשׁוּעָה* conteret tibi, quod masculini generis pariter est, adeoque tota sententia non ad Virginem, sed ad Christum contrahenda est. — Vulgatæ lectio non obstat hebraicis fontibus, immo hæc mirabiliter enucleat. Si namque legatur *ipsa* cum latina Vulgata, erit mulier quæ virtute seminis sui nempe Christi plenum hunc referet triumphum. Si vero legatur *ipsum* aut *ipse* ut hebraicus textus et samaritanus nec non

lame VIII, quad. 473, *La Donna del Protoevangelo e la sua relazione colla Chiesa*.

(1) In append. Opp. S. Hieron., ediz. Maurin., an. 1706, tom. V, col. 57.

(2) VII, 14.

alexandrina versio præferunt, erit Christus una cum Virgine qui de antiquo colubro triumphabit. Et licet in versione LXX legatur *αὐτὴς ἴψη*, plures tamen urgent auctoritatem S. Joan. Chrysostomi (1), qua patet, alex. versionem quondam habuisse *αὐτὴ ἴψα*. Confer Fr. Xav. Patritii S. J. de *אִשָּׁה* (Hu) (2), ubi accurate recenset textus omnes, editiones, versiones mss., quæ habent aut *ipsum* et *ipse*, aut *ipsa*; quo videtur innui, genesiaca verba, qualitercumque legantur, semper eundem sensum pati. Quin imo animadvertendum est, si absque punctis hebraicum pronomen *אִשָּׁה* perlegi velit, illud utrique favere lectioni; haud insolens esse *אִשָּׁה* *אִשָּׁה* *אִשָּׁה* verbum masculini generis cum feminino conjungi; Vulgatæ lectionem veterimam esse, firmisque tum auctoritatibus, tum Patrum testimoniis ac intimis rationibus inniti (3). Quæ quum ita se habeant, sive legatur *ipse*, sive *ipsa*, sive *ipsum* in voce *muliere* non Hevam aut mulierem in genere, sed Virginem Deiparam, ac triplicem proinde victoriam de peccato per immaculatum Conceptum, de concupiscentia per virginalem Maternitatem, et de morte per anticipatam resurrectionem atque glo-

riosissimam in cælos Assumptionem, velint neologi nolint, agnoscere, retinere, faterique coguntur.

4. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, et in pulverem reverteris (4). Ut paucis hac super re me expediam, en argumentum: Ideo in pulverem humana caro resolvitur, quia de terra maledicta plasmata est; apte Tertullianus scribit: « Multum debitum est inter se nativitati cum mortalitate. Forma moriendi causa nascendi est (5). » Sed Mariæ carnem nequaquam divinum affecit maledictum, quippe quæ ab omnium rerum Conditore et Redemptore singulari prorsus gratia ex omni originalis culpæ labe præservata fuit immunis. Mariæ igitur caro, etsi parumper in sepulcri tenebris conquieverit, nequitiam vidit corruptionem, neque resolutionis legem persensit, ne illi mors ultra dominaretur. Si namque, Apostolo docente, mortis stimulus peccatum, et mortis necessitas peccati lex; quæ igitur nullum in se nec originale nec actuale peccatum admisit, nulla potuit ratione mortis imperio subjici, utpote pœna piaculi (6). Alma proinde Deiparens, æque ac ejus Filius, de morte trium-

(1) Hom. 17 in Genesim. — Id etiam liquet in notis ad Hexapla Origenis, cap. Gen. III, 15.

(2) Hoc est de immaculata Mariæ origine a Deo prædicta Disquisitio, Romæ 1853, part. I de pronome *Ipsa*, § 1 Argumenta ex arte critica.

(3) Sane lectionem Vulgatæ, in qua legitur *ipsa*, tenere div. Ambrosius, lib. de fuga sæculi, cap. 7, num. 43; div. Augustinus, lib. 2 de Genes. contra Manich., cap. 18, licet non expresse; aperte autem lib. II de Genes. ad litt., cap. 36, et alibi passim; div. Gregorius M. lib. I Moral., cap. 36, n. 53, præter Claudium Marium Victor., Alcimum Avitum, Eucherium, Rupertum, Bedam, Rabanum,

div. Bernardum, Strabonem, Liranum, etc., apud Bellarminum, De Verbo Dei, lib. 2, cap. 12.

(4) Gen. III, 19. (5) Lib. de Car. Christ.

(6) Ad rem *La Civiltà Cattolica* « Chi non ha partecipato alla causa o alla colpa, parteciperà, nel comun modo, alla conseguenza e alla pena? « Questo argomento riceve nuova luce da una profonda osservazione di un insigne filosofo cristiano, il conte Emiliano Avogadro della Motta, intorno alla pena della morte. « Grande, egli dice, e dolorosa piaga fa la morte non tanto sul corpo, che rimane reciso dalla radice vivitum, sicante come un tronco inutile, quanto nell'a-



phans inelamavit: *O mors, ero mors tua, morsus tuus ero, inferne! Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?* Jure proinde merito Albertus magnus hoc euthymemate ratiocinatur: « Maria non habuit conversionem ad peccatum, quo tenditur in nihilum; ergo non potuit incinerari. » Etiam Cenomanensis apposite scribit: « Sicut enim beata Virgo a maledictione mulieris, cui dictum est: *In dolore paries, facta est immunis, quia sine dolore peperit, sic et a communi viri et mulieris maledictione, cui dictum est: In cinerem ibis, facta est immunis. Unde ei ab angelo benedicta esse dicitur, quia a primordiali maledicto liberata est. »*

5. Neque minori luce clarescunt quæ de arca noemica dixerunt allegorice Patres et Ecclesia. Hoc Virginis Mariæ simbolo nil antiquius fuit, nil suavius, celebriusque. Noemo præceperat Deus, ut arcam sibi compingeret: *Fac tibi arcam de lignis levigatis* (1), nempe quadratis et bituminatis et perpolitatis, ne quid inhæreat, et fortibus et insolubilibus, ut nec vi ventorum nec inundatione solveretur. Verbum audivimus; mysterium perquiramus. Etiam Maria po-

\* nima, la quale sopravvive al colpo che divide  
\* da lei il suo naturale stromento, il suo predi-  
\* letto compagno, creato da Dio perchè le fosse  
\* indivisibilmente unito. Dio non fece la morte,  
\* ma l'intimò all'uomo peccatore: essa ha prin-  
\* cipio nell'atto del nostro morire; ma non ha  
\* termine compiuto se non nella risurrezione glo-  
\* riosa. Dio sana prodigiosamente la di lei piaga  
\* nelle anime de' beati del cielo; non però così  
\* che loro non resti il desiderio di riavere i loro  
\* corpi, co' quali la loro felicità diventerà dopo  
\* la risurrezione più perfetta, sebbene intanto  
\* non possono sentire dolore della mancanza. »  
\* Questa osservazione sullo stato di prolungata

test arca vocari quæ non ipsum Noe, sed ipsiusmet Noe factorem gestavit, omnibus fontibus gratiarum ruptis, cataractisque cæli reseratis, ut cælestium charismatum non pluvie, sed magna flumina ruerent. Ligna levigata incorruptionissuæ typum gerunt: ex prælibatis abunde liquet. Nec satis; Oleaster namque legit *de lignis pini*: Chas-Aben Ezra et Rabbini vertunt *de lignis cedri*. Cedrus autem et pinus in Syria crescunt incorruptibilitate præstantes. Arrisit aliis vertere *de lignis cupressinis*, quia æque ac cedrus et illis regionibus communis est cupressus, et nullo morsu tineæ roditur. Ambrosio (2) et Augustino (3) visum est potius *ex cedrinis lignis* fuisse Noemi arcam elaboratam. Unde rem cum Hesychio jerosolymitano conficiam, qui Mariam vocat: « Arcam arca Noe latiore, longiore, illustriorem. Illa erat animalium arca, hæc autem arca vitæ: illa corruptibilium animalium, ista vero vitæ incorruptibilis (4). » Arca proinde noemica Virginis Deiparæ typus extitit; et non modo ejusdem a culpa originis immunitatem prædocet, verum etiam et a corruptione in sepulcro. Quod si diluvii aquis olim arca supernatabat,

\* morte delle anime separate, fatta dal cri-  
\* stiano filosofo a tutt'altro proposito nel suo  
\* *Mese di novembre dedicato a suffragio de' defunti*  
\* (Consid. xi), fa sentire più vivamente, come  
\* non conveniva che l'Immacolata Vergine trion-  
\* fante del peccato andasse a lungo soggetta a  
\* quella separazione che nell'ordine presente è  
\* una continuazione, benchè non dolorosa, della  
\* pena del peccato, e lascia a desiderare felicità  
\* più perfetta e più compiuto trionfo. (In eod.  
loc. supra cit.).

(1) Gen. vi, 14. (2) Lib. de Arc., cap. vii.

(3) Tract. vi in Joannem.

(4) Orat. de laud. Deip.

nulla prorsus fuit aquarum vi obruta, sed tuta et lætans Armeniæ montes peliit: haud secus alma Dei Parens, licet aliquantisper in loculo requieverit, nihilominus juxta catholicam fidem in umbra mortis non sedit, sed montem Dei lætabunda conscendit, inque monte sancto, ubi mors ultra non erit, suaviter requievit.

Ipsa B. Virgo est etiam aurora illuminationis. Aurora est lux infusa vaporibus terrestri: *Dicit angelus ad Jacob: Dimitte me, jam enim ascendit aurora* (1). Quæ verba sic Albertus magnus interpretatur: « Jam ascendit per nativitatem, in mundo apparendo, vel in assumptione ad cælos pergendo, aurora, id est Maria (2). » Vox autem *assumptio*, uti sæpe commonimus, psychosomatico sensu ab omnibus usurpatur.

6. Vidit Mariam Abraham patriarcha, et *beatissimam prædicavit*. Et quando vidit? cum a Deo intempestæ noctis silentio foras eductus, cælum suspicere, ac stellas numerare jussus est. *Suspice*, ait Dominus, *cælum, et numera stellas, si potes* (3). Tunc Abraham inter nocturna sidera lucentis lunæ splendorem admiratus est. Et in stellis quidem suæ posteritatis claritatem, in luna vero Mariam, quæ ne in tumulo quidem vel occidente suæ vitæ splendorem æterni Solis amisit, tum agnovisse tum adorasse putandus est. — Vidit eam Jacob, et *beatissimam prædicavit*, cum moriens suum ei verticem inflexit; benedicens namque singulos filios Josephi fastigium virgæ ejus adoravit. Id eum

(1) Gen. xxxii, 26.

(2) Biblia Mariana, lib. Genesis, n. 26.

propheticè fecisse S. Paulus aperte indicat, cum ait: *Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit, et adoravit fastigium virgæ ejus* (4), scilicet Josephi filii sui dominantis in Ægypto, fide credens, Christum Messiam ex virga jesseæ, puta B. Virgine nasciturum. Quasi diceret: Virgam cerno, Mariam agnosco, fastigium meritorum et gloriæ quod eam super omnes sanctos efferet, adoro; nec enim vulgaris sanctitatis et gloriæ futuram credo hanc virgam, quæ magnum Prophetam, summum Sacerdotem, Regem regum, Messiam promissum proferet. At quale fastigium sanctitatis in Deipara, quale fastigium gloriæ? fastigium sanctitatis, ipsum Deum gignens, fastigium gloriæ, cum anima et corpore fruens.

## LIBER EXODI

HÆC SUNT NOMINA FILIORUM ISRAEL

1. Beatissima Domina, Regina cæli, Mater Dei (5) dicitur fiscella absconcionis: unde cum jam tempore gratiæ, *celare non posset*, scilicet Deus Pater, quin Filium suum a sæculis absconditum mundo manifestaret, *sumpsit fiscellam scirpeam*, id est Mariam, *et linxit eam bitumine, ac pice, posuitque intus infantulum*, id est Christum in incarnatione, *et exposuit eum in caretto ripe*, ubi eminus accessus est. Expediit enim res aliqua quandoque ad ostendendum, quandoque ad vendendum, quandoque ad dandum. Sic Christus. Confer loc. nuperius cit.

(3) Gen. xv, 5.

(4) Ad Hebr. ii, 21.

(5) Exod. ii, 3 seqq.

Albertum magnum. Ea verumtamen ratione qua Deus bitumine ac pice fiscellam interius exteriusque linivit, ne forte dissolveretur ab aquis; eadem propemodum ratione per quoddam gluten charitatis intus et foris Deiparæ membra perunxit, ut nunquam edaci corruptionis dente corrosa manerent.

2. Quem olim viderat Moyses in monte Horeb rubum etiam plerumque a maioribus accepimus hujus futuræ rei prætulisse figuram (1). Etenim, cum rubus, humilis quippe frutex, in quo mentem suam Moysi servo suo dignatus est Omnipotens Elohim aperire, inter crepitantes ignis flammæ combustus minime sit; Jesseam Virginem in sponsi horto custoditam, ex cujus ramis pulcherrimus campi flos egressus est, super quem spiritus Domini requievit, et ex eo in omnem carnem diffusus est, atra mortis tabe consumptam fuisse perperam admitti posse videtur. Id, Patrum auctoritate suffragante, liquidius innotescit: quapropter ad locupletiores nostri thematis perspicuitatem non erit abs re in medium proferre clarum Eubœensem hæc verba scribentem: « Cantate Domino et benedicite nomini ejus, quia Virgo puella ad templum adducitur, ut qui templum sanctificat, in ipsa inhabitet, quum Virgo inhabitaverit; ejus viscera non comburet, sed quemadmodum Moysis rubum ab igne protexit, ita etiam ponens in hac tabernaculum Deus ab exitio mundam servabit (2). »

3. Eadem nostra veritas ex intima patet relatione Mariam inter et arcam

(1) Ex. III, 1 seqq. (2) Orat. in Salut. Angelic.  
(3) Exod. xxv, 10.

per Mosen, Deo præcipiente, confectam. Arca illa constructa erat ex lignis setim (3). Ligna setim in Arabia desertis enascuntur, et quidem pulcherrima sunt, fortissima, celsa, speciosa, imputribilia, teste divo Hieronymo (4). Ex hisce lignis constabat mystica fœderis arca Maria. Ligna setim heroicæ, singulares, eximias Deiparæ virtutes significant: quod si ligna setim ad corpus etiam Virginis referre velimus, illud in sua specie ac sexu maxime pulchrum, imputribile quoque fuit: nullam siquidem unquam corruptionem vidit, et post mortem tertia die animæ iterum unitum commigravit in cælum. Deinde corpus Virginis imputribile fuit, quia nullos unquam impuros vermes cogitationum fovit, qui ejus castitatem arrodere vel labefactare quoquomodo possent. Nostra castitas servatur in arcis, nempe corporibus, quæ ut putribilia ligna vermes per plures gignunt, hoc est appetitiones et cogitationes a quibus corroduntur, nisi celerrime perimantur. Sed Virginis castitas servatur in arca, in corpore scilicet imputribili, quod nullos unquam vermes fomitis, sive concupiscentiæ sensit.

Hæc eadem veritas Patrum auctoritate fulcitur. Walafridus Fuldenis, ordinariæ glossæ biblicæ auctor, nobiscum consentit: « Facta fuit vero, » ait, « arca de lignis setim, quæ sunt imputribilia ad significandum puritatem beatæ Virginis Mariæ, quæ fuit purissima mente et corpore, et etiam post mortem conservata a corruptionis putredine (5). » Hoc argumentum ad-

(4) In Isalam, cap. xli; et in Joel, cap. III.  
(5) In cap. xxxv.

eo Richardo Victorino arrisit, ut Virginem Mariam propter corpoream ejus Assumptionem velut arcam fœderis Domini humeris illatam esse sacerdotilibus, et nimia gestientis animi voluptate in cælum translata dixerit, mox habens: « Quæ Trinitati conjuncta desideratis Filii sui osculis modo fruatur. O jubilam quo jubilat Mater nato unita! O quam præclara rutilas duplicibus vestita, vere surrexisti, o dulcissima Mater Christi (1)! » In eandem sententiam concedit divus Modestus; scribit enim: « Qui in Sinai dedit legem, et ex Sion legem tulit, ipse Deus noster inde misit, qui ad se ferret suam arcam, de qua progenitor ejus David cecinit: *Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ* (2). »

Erat insuper in Maria, tamquam novi fœderis arca, virga Aaron quæ fronderat: virga frondens est Christus puer, florens est adolescens, fructificans est vir nos redimens. Iterum virga est Christus, quæ instar amygdali primo floruit; nam primus resurrexit: *Christus est primitiæ resurgentium*. Igitur Christus a mortuis resurgens est virga per potentiam, flos per fragrantiam, fructus per saporis dulcedinem. Ita divus Bernardus (3). Vel fructus et frondes hujus virgæ sunt quatuor dotes corporis gloriosi, scilicet agilitas, claritas, subtilitas et impassibilitas. Ita divus Augustinus (4). At si locus proportionatur locato, post virgam imputribilem imputribilis arca resurgere de-

(1) De Exposit. Ezech., part. 2 Reg., lib. 2.  
(2) In Dormit. Deip.  
(3) Homil. 2 super *Misais est*.

buit. Arca fœderis inanimata virgam Aaron continens, incorruptibilitate gauderet, et arca vivens Christum florentissimam continens virgam putresceret, et in corruptionem descenderet? Illa intus et extra laminis aureis ornata foret, et hæc intus tantum glorificaretur, et extra vermibus roderetur? Hic parallelismus nostram veritatem quam mirabiliter evincit! Unde ratio poscit, ut hac in re diutius immoremur; sed, occasione nacta, in seqq. sac. libris.

4. B. Virgo est summe reconciliatrix et opitulatrix, quod munus assumpsit, maxime cum et anima et corpore cælum gloriosa conscendit. Unde designat eam Moyses qui dixit ad populum qui adoraverat vitulum: *Peccastis peccatum maximum* (5). Peccastis, nostra dicit Virgo, facillime, stultissime, multipliciter. Sed *ascendam ad Dominum* cum animæ et corporis Assumptione misericorditer, fideliter, solemniter, *si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro*. Sed nota, quod Moyses orabat ut peccator et servus. Unde dicebat: *Recordare Abraham, Isaac, Israel*. Maria tamen orat ut filia, jubet ut soror, imperat ut mater. Quam ob rem in vigilia Assumptionis ejus precatur Ecclesia in *secreta*, dicens: « Munera nostra apud clementiam tuam Dei Genitricis commendet oratio, quam idcirco de præsentis sæculo transtulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. »

(4) Serm. 69 de Tempore.  
(5) Exod. xxxii, 30.

## LIBER LEVITICI

VOCAVIT DOMINUS MOYSEN,  
ET LOCUTUS EST EI

1. *Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies; nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo* (1). Una porro Virgo Maria Deo in sacrificium offerri potuit dicarique; nam una præ cæteris munda prorsus et semper anima et corpore fuit: sale proinde quod symbolum incorruptibilitatis est, ac fuit, erat in anima et corpore condienda quodammodo Virgo. Propterea semper integra mansit, sive cum in lucem edita fuit, contra serpentem antiquum de quavis labe peccati, sive cum supremum diem clausit, contra mortem de qualibet corruptione sepulcri.

*Assumensque unguentum et sanguinem, qui erat in altari, aspersit super Aaron et vestimenta ejus* (2). Quo Moyses consecrationem sacerdotis juxta Dei mandata confecit. Itidem Spiritus sanctus supervenit in Maria, et ei obumbravit, ut propemodum charitatis unguento consecraretur. Unde divus Epiphanius: «Virginem appello velut sacerdotem pariter et altare, quæ quidem mensam ferens, dedit nobis cælestem panem in remissionem peccatorum (3).» At, si nostra consecratio animum penitus attingat, ut specialius divino cultui mancipemus; consecratio Virginis suum quasi corpus attingit, ut Deum de Deo ac Lumen de Lumine parere digne posset. Hæc autem consecratio quæ manere

(1) Levit. II, 13.

(2) Levit. VIII, 30.

(3) Serm. de Laud. Deip.

perpetuo debet, manere corruptione desineret?

2. *Omne sanctum non tanget* (mulier gignens), *nec ingreditur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suce* (4). Quid anagogico sensu hæc verba declarant? ingredi non posse Sanctuarium cælestis Jerusalem corpus humanum, donec in consummatione sæculi, culpæ maculis sub terra defæcatis, dies purificationis suæ completerentur. At memoratus textus Virginem Mariam nullatenus includit; quum propter corporis animique puritatem Theotocon esse meruerit: unde Virginis exceptione magis magisque roboratur Levitici comma, nec non veritas adsertæ theseos, corporea scilicet almæ Deiparentis Assumptio. Quod autem Moyses, de puerperis legem ferens, puerperam ab ea Virginem excepit, ex his eruitur: *Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit* (ibidem). Non dixit generaliter: omnis mulier quæ pepererit, immunda erit; sed conditionem apposuit, *si suscepto semine pepererit*, quibus verbis excipere Mariam voluit, quæ non suscepto semine peperit. Unde si sola fuerit immunda gignens, sola pariter immunda fuit moriens, nulla siquidem corruptione tabescit.

Item B. Virgo est tabernaculum unionis inter nos et Deum: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri* (5). *Meum* sanctitate, *meum* firmitate, *meum* fidelitate, *meum* amplitudine, *meum* largitate; *in medio vestri*, quia communis est. *Et non abjiciet vos*

(4) Levit. XII, 4.

(5) Levit. XXVI, 11 seqq.

*anima mea*. Glossa: audeo et dico, quia *anima* Dei Christus est. Ac si dicat: non abjiciet vos Filius meus; quemadmodum enim preces quæ de tabernaculo erumpebant, divinum poterant mulcere furorem; multo magis illæ quæ de hoc Virgineo extolluntur tabernaculo: meus quippe Filius aspiciens in eo beata ubera quæ suxit; manus quibus eum vestivit et aluit; brachia quæ illum amplexata tenerime sunt; os quod deosculatum suaviter est, beatumque ventrem qui eum portavit, tantam Matrem quæ semper orat pro nobis, exaudire compellitur. Unde biblicus locus ita pergit: *Ambulabo inter vos*. Glossa: gloriosus ego gloriosam contuens Matrem, quæ humanam naturam habet in cælis. *Et ero Deus vester*, protegens, liberans, salvans, coronans. *Vosque eritis populus meus*, me timendo ut Dominum, me amando ut Deum, me laudando ut Creatorem.

## LIBER NUMERI

DOMINUS LOCUTUS EST AD MOYSEN

1. *Moyes*, nempe Christus, *in die qua implevit tabernaculum* (1), nempe Virginem, omni gratia replendo, cum Angelus ei dixit: *Ave gratia plena* (2). *Et erexit illud*. Glossa: cum gloriosa resurrexit, et cælica regna conscendit. Unde pariter in cap. 9° legitur: *Die, qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes*. Quæ verba premens Albertus magnus, inquit: «Ipsa est etiam tabernaculum peccatorum, quod

(1) Num. VII, 1.

(2) Luc. II.

(3) Biblia Mariana, lib. Numeri, n. 2.

(4) Num. IX, 17.

sanctificatum est ad aliorum emundationem: quod completum est ad pauperum ditationem: quod erectum est ad abjectorum exaltationem: sanctificatum in conceptione et natiuitate: completum in Filii Dei incarnatione: erectum in ipsius gloriosa assumptione (3).» — *Elevata est nubes* (4), videlicet Maria. In hanc rem Albertus magnus: «Elevata, inquam, in assumptione *de tabernaculo fœderis*, id est militante Ecclesia. *Et recubuit nubes in solitudine Pharan*. Glossa: quod interpretatur onager, vel fertilitas. *Et moverunt castra filii Israel per turmas suas*. Nihil enim aliud restat, nisi eam sequi (5).»

2. Item Virgo Deipara tamquam arca fœderis præcessit nos in cælum ad præparandum nobis locum. *Arca fœderis Domini*, nempe Maria, *præcedebat eos* (6), quod factum est in Assumptione, ait Albertus magnus (7). — *Filii Israel castrametati contra Arnon* (8). Glossa: id est contra maledictionem. *Et ex hoc loco apparuit puteus*, scilicet per natiuitatem Maria. *Super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, et dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel cælesti istud: Ascendat puteus*: Quæ postrema verba sic magnus idem Albertus interpretatur: «Id est Maria per natiuitatem in mundo apparendo, vel per Assumptionem in cælum gratiarum profluyis nos perfundendo (9).»

3. Virginem Mariam micantissima stella quam fatidico ore pandidit Balaamus, formose præsignavit: *Videbo*

(5) Eod. cit. loc. ¶

(6) Num. X, 33.

(7) Ibid.

(8) Num. XXI, 13 seqq.

(9) Ibid.

eum, sed non modo, intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel (1). Quibus, quæ apud Matthæum leguntur, apprime consonare videntur: *Vidimus stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum* (2). His consociatur Ecclesia, quæ sanctam Virginem vel stellam maris in hymno, vel stellam matutinam in Litaniis lauretanis appellat. Unde divus Anastasius Sinaïta: « Sed ea, » inquit, « quidem fabulosa et falso sunt appellata, in firmamento autem Ecclesiæ spiritualiter et semper lucent. Habet enim stellam Ecclesia luminosam, nempe sanctam Virginem (3). » Et in rem nostram magnus Albertus loquitur: « In qua (stella) consideratur incorruptio, quia cunctis corporibus citra lunam subjacentibus corruptioni, sola natura stellarum, mundo manente, non potest corrumpi. Merito igitur in materia nostræ stellæ Virgo Maria consideratur incorrupta, de qua materialiter natus est secundum carnem Christus, cujus animam Deus non dereliquit in inferno, nec dedit Sanctum suum videre corruptionem. Quæ etiam secundum carnem penitus expers corruptionis fideliter est credenda, quæ incorrupta virginitate de se genuit eum, qui omnis incorruptionis est causa, ut sicut stellæ quælibet incorruptibiles de natura, ita ipsa sit incorruptibilis de gratia. Sine corruptione etiam putredinis et incinerationis in corpore creditur de mundo assumpta (4). » Virginem præterea corpus, hæc lucidissima stella, radium

(1) Num. xxiv, 17.

(2) Matth. ii, 2.

(3) Anagogicarum Contemplationum in Hexam.

æternum generavit. Stella vero, cum antegreditur solem, lucifer vocatur; cum subsequitur illum, hesperus. Sic Deiparæ corpus simul erat lucifer et hesperus. Ut lucifer ante incarnationem Solem justitiæ Christum præcessit, ut hesperus suum in cælos ascensum subsecutum est in Assumptione.

Conceptus itaque biblicus eam de qua loquimur, Ecclesiæ catholicæ veritatem amplectitur, adeo tamen ut eam *oblique* Spiritus sanctus in sacris Bibliis declaraverit.

## LIBER DEUTERONOMII

HÆC SUNT VERBA  
QUÆ LOCUTUS EST MOYSES

1. Populus judaicus cum exiret de terra Ægypti, per viam deserti habuit columnam nubis in die, et columnam ignis in nocte. *Qui (Deus) præcessit vos in via, et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis: nocte ostendens vobis iter per ignem, et die per columnam nubis* (5). Quid per ignem nisi Christus qui vocatur ignis consumens, lucerna lucens in caliginoso loco? quid per nubem nisi Virgo Maria, de qua æternus ros pluit, ut tota tellus irrorata conspiceretur? Hæc autem nubes in itinere totius deserti versabatur in aere, ad significandum, Virginem Mariam per totum nostræ vitæ desertum (desertum enim juxta exegetas omnes totum nostræ vitæ curriculum præsignavit, uti terra Chanaan cælestem patriam) cum eo corpore quo divinum rorem peperit, in aere, nempe cælo perpetua beati-

(4) Lib. iv Theolog.

(5) Deut. i, 33.

tate fruituram. Nos autem hanc nubem sequimur, hanc Virginem imitamur, ut et nos aliquando vestiti duplicibus promissæ terræ muneribus frueremur. Quisquis in deserto hujus mundi hanc nubem sequitur, hanc Virginem imitatur, ei tamquam ramus inseritur, et vitam ab ea recipit. Sicut enim ramus arbori insertus vitam ab arbore recipit, pullulat, flores et postea fructus producit; ita qui Virgini per virtutum imitationem insertus est, a Virgine vitam accipit, et fructus bonorum operum producit. Hinc factum putarim quod ad Virginem illius prisci ævi christiani undique confluerent, ut Lucius Dexter (1) memorat: ut vivam scilicet eam virtutum imaginem, speculum et exemplar intuerentur, et ejus vitam probosque mores addiscerent, et moribus exprimerent.

2. *Tres civitates separabis tibi in medio terræ... ut habeat e vicino, qui propter homicidium profugus est, quo possit exadere* (2). Civitas refugii est B. Virgo Maria, ad quam confugientes peccatores nedum ab hominum sævilia, sed etiam a divinæ justitiæ furore se subducunt. Apud Damascenum ipsa Deipara desoloquitur: « Ego civitas refugii ad me confugientibus (3). » Hinc Richardus concinit: « Peccator debet ad eam confugere, quia ipsa est civitas refugii (4). » Ecqua tamen ratione civitas refugii nuncupatur et est? quia sua caro genuit Eum qui venit in hunc mundum quærere ac salvum facere quod perierat. Non potest reus in tantæ miseri-

(1) In suo Chronico, ann. Christi 35, num. 5.

(2) Deut. xix, 2 et 3.

(3) Serm. de Dormit. Deip.

cordiæ loco damnari. Sed ubi hæc civitas refugii, hoc Deiparæ corpus invenitur? non in terra Ægypti, in umbra mortis, in tumulto; sed in terra Chanaan, in luce beatitudinis, in cælo.

De illis civitatibus refugii ex hebræorum monumentis hæc tradit Oleaster: « Viæ quæ ad eas ducebant, complanatae erant, ut nullum esset obstaculum quod homicidam in via impediret (5). » Ad eundem pene modum in via quæ ad Virginem tamquam ad urbem refugii ducit, nullam reperitur offendiculum; nihil enim austerum est in ea, nihil terribile, tota suavis est, tota mellita. Sua te brachia complectuntur, sua te lumina benigne contuentur, tua sua ora materne deosculantur. — Pergit Oleaster: « In bivio aut trivio stipes erat erectus, in quo scriptum erat, *Miklat*, ut fugientem dirigeret in eam viam, quæ ad refugii ducebat civitatem. » Ad eundem modum currentibus ad Virginem occurrunt tot signa, tot miracula, tot tabellæ, tot votiæ dona in templis et altaribus appensa, quæ liquido monstrant, Virginem, quoad animam et corpus assumptam, civitatem refugii proprie vereque nuncupari.

3. *Edificabis altare Domino in monte Hebal*. Glossa: quod voraginem significat, *de lapidibus quos ferrum non tetigit* (6), ferrum nempe peccati, ferrum nempe sepulchralis corruptionis. Sed quis est hic inter mortales homines, et laudabimus eum (7), nisi

(4) Lib. 2, p. 3.

(5) Deut. xxvii, 5.

(6) Ecoll. xxxi.

(7) In cap. xxxv Num.

sola Virgo Dei Parens, quam nec peccati fuligo tetigit, nec sepulcri tenuit perhorrenda caligo? — *Et sepelivit eum (Moysen) in valle terræ Moab contra Phogor: et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem* (1). Ex hac sententia plures gravis notæ theologi concludunt, Moysis corpus in cælum fuisse sublimum. Sed immerito: illud Deus celavit, ne fortassis hebræi patriæ cultu venerarentur. Id autem divina factum est providentia, ut corpoream Deiparentis Assumptionem præsignaret. In prima siquidem hujusce lucubrationis parte theologorum auctoritate fulti demonstravimus, Virgineum corpus, ex eo quod nusquam reperitur in terris, in cælo absque ulla dubitatione reperiri.

In universo proinde mosaico Pentateucho quam pulere, quam nitide, quam luculenter natus et altus sit conceptus assumptæ Deiparæ sacer, cuilibet consideranti, vel nobis tacentibus, primo intuitu patet.

## LIBER JOSUE

## ET FACTUM EST POST MORTEM MOYSIS

1. *Dixit Dominus ad Josue: Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam a deserto, et Libano, et usque ad fluvium magnum Euphraten* (2), quem ita vertit magnus Albertus: « id est Mariam (3). » Unde nos: Deipara Virgo, tamquam magnus Euphrates, quum sacro corpore magnum illud infinitarum perfectionum pelagus, natura mirante,

(1) Deut. xxxiv, 6. (2) Jos. i, 3 et 4.  
(3) Biblia Mariana, liber Josue, n. 1.

genuerit, eodem nunc sacro corpore non terrestrem omnino pessumdatum, sed cælestem quavis æterni dulcoris arbore consitum paradisi alluit, et se dulciter exonerat in mare sine oris, in mare sine fluctibus, in mare jucundumque voluptatis, in Deum.

2. *Dixitque Josue, nempe Christus, ad filios Israel... Ecce arca fœderis Domini omnis terræ antecedit* (4), nempe nos in cælum corporaliter ascendendo, locum præparando, pro nobis advocando, nos ad se trahendo per Jordanem. — Per arcam ostendit Deus fortitudinem suam: nam, cum arca Jordanem intrasset, portantibus eam Levitis, continuo aquæ Jordanis conversæ sunt retrorsum (5). Item, cum arca septies civitatem Jericho circumisset, illico muri corruerunt (6). Hinc arca fortitudinis dicebatur: *Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ* (7), et in hebraico codice reperimus: *tu et arca fortitudinis tuæ*. Arca porro vivens, arca nobilior et mirabilior, arca Deifera tantam non habuisset fortitudinem, ut retrorsum nigra flumina mortis suo angelico, ne dicam divino aspectu reverterentur? arca Dei viventis quæ legislatorem ipsum, per quem leges vim habent, et manna cæleste, vi cuius hebræorum manna ruebat, sola continuit, tanta caruisset fortitudine, ut, postquam hostes omnes devicit, ab hoste mortis et corruptionis opprobrio devicta maneret?

3. Item B. Virgo est clypeus defensionis quantum ad nos, et clypeus interfectionis quantum ad dæmones.

(4) Jos. iii, 9 et 11. (5) Jos. iii, 13 seqq.  
(6) Jos. vi, 12 seqq. (7) Psalm. cxxxii, 8.

*Dixit Dominus, scilicet Pater, ad Josue Christum Filium suum: Leva clypeum, nempe Mariam super omnem creaturam peccatorum defensatricem, dæmonum impugnatricem, qui in manu tua est, contra urbem Hai.* Glossa: Hai interpretatur chaos vel habitaculum dæmonum qui in abyso regnant. *Cumque elevasset clypeum* (1), id est Mariam, in annuntiatione ipsam in Matrem assumendo, et in Assumptione secum in throno collocando. Confer Albertum magnum (2).

4. Pariter altare testimonii nostri Maria vocatur. *Dixerunt Filii Ruben et Gad: Extruamus altare, id est Mariam, infinitæ magnitudinis, in misericordia, in bonitate, in humilitate, in largitate, in testimonium liberationis, libertatis, et hæreditatis cælestis, ut juris nostri sit offerre holocausta, et victimas, et pacificas hostias, et ut non dicatur nobis: Non est vobis pars in Domino* (3). In hanc rem magnus Albertus: « Hoc altare extractum est in conceptione, sanctificatum in utero, ædificatum in incarnatione, in assumptione (4). » En qualiter in sac. voluminibus, divino Pneumate dictante, Mariana prærogativa delitescit.

## LIBER JUDICUM

## POST MORTEM JOSUE

## CONSULUERUNT FILII ISRAEL DOMINUM

1. *Domina mundi, Mater Dei, et Regina cæli pugnatrix pro suis contra mundum, contra diabolum et pecca-*

(1) Jos. viii, 18 et 19.  
(2) Biblia Mariana, liber Josue, n. 5.  
(3) Jos. xxii, 26 et 27.  
(4) Biblia Mariana, liber Josue, n. 8.

tum. Unde significatur per Judam de quo dicitur: *Consuluerunt filii Israel Dominum; et merito, quia ipse dicit: Sine me nihil potestis facere* (5). — *dicentes: Quis ascendet, an aliquis angelorum, an aliquis sanctorum, ante nos debiles, insecios et imprudentes, contra Chananceum, id est mundum, diabolum et peccatum, et erit dux belli maximi, pertinacis, continui? Dixitque Dominus: Judas ascendet* (6), nempe Maria confitens; ascendit enim in nativitate mundo apparendo, in Assumptione, coram Patre cælesti ad eum interpellandum, semper pro nobis se primam offerendo. Ita magnus Albertus (7). Non erit abs re iterum atque iterum commonere, per *Assumptionem* intelligi gloriosissimam beatæ Virginis ad æthereas sedes cum anima et corpore translationem.

2. Item B. Virgo est mater liberationis, et jubilationis, et gaudii. Jahel uxor Heber Sisaram teterrimum populi Dei hostem, clavo in ejus tempora defixo, interfecit, et ab ejus servitute populum liberavit (8). Beata quoque Virgo universos hostes, qui vel nostrum singulos vel Ecclesiam totam oppugnant, vincit, prosternit, fugat. Illa Jahel, nempe Virgo, super quam Sisara, nempe Dæmon, laturus erat mortis imperium, gloriosa remansit, et ultimum hostem, videlicet mortem, suo conterens virgineo pede, assumpta gloriose fuit cum corpore vivo non ad gloriam temporalem, ut Jahel, sed ad gloriam immortalem, ut Christus. —

(5) Judic. i, 1 et 2.  
(6) Isa. xv.  
(7) Biblia Mariana, liber Judicum, n. 1.  
(8) Judic. iv, 17 seqq.

*Quieverunt semitæ.* Glossa: eo quod occupata ab hostibus eram, et non audebam ascendere ad orationem in domum Domini. *Cessaverunt fortes in Israel, donec Debora,* nempe Maria, *surgeret* (1), per nativitatem in mundo apparendo, vel per Assumptionem in cælum sublimer ascendendo. Hæc insedit magno Alberto mens (2).

3. Ipsa Virgo est vellus roris divini. *Dixitque Gedeon ad Deum: Ponam hoc vellus lance,* id est Virginem sacram, in arca, in judaica gente. *Si ros totius orbis in solo vellere fuerit.* Glossa: id est in sola Maria; quod factum fuit in annuntiatione, quando in ea humanam Christus naturam assumpsit, et in ejus pariter Assumptione, quando ros divinæ bonitatis et potentiae in Virgineum corpus solummodo cecidit, ut illud vivificaret, et ad cælum gaudenter eveheret, et in omni terra siccitas: sciam, quod liberabis Israel (3), scilicet homines in die supremi iudicii a corruptionis opprobrio.

## LIBER RUTH

## IN DIEBUS UNIUS JUDICIS

1. Beatissima Domina nuncupatur mater pulcritudinis. *Dicebantque mulieres,* in adventu Noemi in Bethlehem, quod respicere potest duplicem adventum B. Virginis: alterum in mundum per nativitatem, alterum in cælum per Assumptionem: *Hæc est illa Noemi* (4). Quæ vox pulcritudinem nativo sermone declarat. Unde beata Virgo Deipara vera Noemi fuit, quum vere tota pulcra fuerit, pulcra in a-

(1) Judic. v. 6 et 7.

(2) Biblia Mariana, liber Judicum, n. 2.

nima sine crimine, pulcra in corpore sine corruptione. — *Dixitque Ruth* (5), quæ juxta suum etymon interpretatur *videns, festinans, indeficiens.* Hujusce Ruth typum gerit B. Virgo Dei Genitrix. Nam in cælica domo æterni Booz est tum oculo mentis, tum oculo corporeo, videns: pariter est festinans, quia præ cæteris hominibus properavit in cælum cum anima et corpore seipsam attollere: nec non est indeficiens, quia non nisi parvo temporis intervallo anima ejus sejuncta fuit a corpore. Postquam enim collegit in agro Dominico spicas meritum atque virtutum, *reversa est in civitatem* (6), nempe cælestem Jerusalem.

2. Itidem B. Virgo est quæ se et nos vestivit et cooperuit et involvit pallio divinitatis, sicut dicitur de Christo in *Præfatione, ut nos divinitatis suæ tribueret esset participes.* Re quidem vera. *Dixit Ruth ad Booz,* id est ad Deum: *Ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.* Hæc *pallium* etiam corpus quo anima legitur, significare potest: dicitur *pallium tuum,* quia corpus, hanc quasi vestem a Deo omnium Conditor recipimus. Quare B. Virgo, domum æterni Booz ingrediens, corporis indumentum efflagitat, et habet. *Et ille: Benedicta,* inquit, *es a Domino, filia. Noli metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis* (7).

(3) Judic. vi. 36 et 37.

(4) Ruth i. 19.

(5) Ruth ii. 18.

(6) Ruth ii. 2.

(7) Ruth iii. 9 seqq.

## LIBER REGUM I.

FUIT VIR UNUS  
DE RAMATHAIM-SOPHIM

1. Potest B. Virgo Dei firmitudo nuncupari. Etenim cum arca capta fuisse a Philisthæis, et posita in templo idoli Dagon, mane sequenti repertus est Dagon jacens pronus in terra coram arca, et quocumque circumferretur arca a Philisthæis, interficiebat innumeros homines. *Tuleruntque Philisthim arcam Dei, et intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam juxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini: et tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altera consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, et duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen* (1). Quid per arcam nisi Maria Deiparens? quid per Dagon nisi serpens antiquus? Bis arca Dagon corruiere ac destruere fecit: bis Virgo Maria serpentem antiquum inconcussa planta contrivit. Semel, cum iste candidam illius animam oculis ardens sinuosaque volumina torquens lingua trisulca mordere cucurrit. At sibilare potuit, mordere non potuit. Iterum,

(1) I. Reg. v. 2 seqq.

(2) I. Reg. vi. 19. — Hac in re versionem Vulgatam minime plerique sequuntur, ita, ut legere malint: *De quinquaginta hominum millibus, qui mirabilis rei novitate pellecti eo pervenerant, percussit Dominus septuaginta, qui curiosius Arcam conspicerent ausi fuerant.* Quam sententiam Auctor Quest. Hebr. in I. Reg. Lyranus, Abulensis, Dionysius,

cum lethifer ille coluber, ore minax plenusque veneno insidiata est impoluto magnæ Mulieris calcaneo, ut hæc demortua suo mortis teterrimo subjaceret imperio. Ast furere potuit, subjacere non potuit. Bis iste draco sive Dagon in Arcam Domini suam voluit exercere ditionem; bis horrende contritus corruiere visus est coram illa provolutus. Arca vero Domini neque corruiet in culpam per Immaculatam Conceptam, neque descendit in corruptionem, ex mortuis gloriosa resurgens.

2. *Percussit autem* (Deus) *de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: et percussit de populo septuaginta viros et quinquaginta millia plebis* (2). Cur Deus tantam cladem intulit? Ratio patet: quia, quum Bethsamitæ arcam Domini denudatam aspexerint, quidpiam sacri Philisthim poterant auferre vel temnere, ut hebraicus textus videtur innuere (3); aut quia curiose vel minus reverenter denudatam aspexerant arcam: quippe levitæ qui vasa sacra et ipsam arcam gestabant, pœna mortis a Deo prohibiti sunt denudatam arcam conspiceret (4). Porro, si Deus arcæ honoris tam magna solertique cura consuluit, ipsummet Deum diligentius atque solertius arcæ viventis honori consuluisse fatendum est. Unde minime pateretur, ut novi Philisthim, gentiles

Carthusianus, Bochartus, Clericus, Clarius, Josephus lib. vi. Antiq., cap. 2, alique sectantur. Nec ab eo sensu textus hebraicus abhorret, una dumtaxat adjecta littera, quæ facile amanuensium errante oculo manique poterat omitti.

(3) Ita Pagninus, Mariana, Gordonus, alique plures opinantur exegetæ.

(4) Num. iv. 20 et alibi passim.

ac liberi cogitatores, ut novi Bethsamitæ, ingruentium hæreseon propugnatores Virgineum corpus, deiferam hanc arcam, vel superbe temnerent, vel curiose conspicerent. Quam ob rem oportuit, ut illud ad cælum divinitus assumeretur. Immo, si Deus passus nullimode sit, ut homines ligneæ arcæ parum honoris afferrent; dehinc pateretur, ut viventem arcam, cujus illa typum gessit, vermes arroderent, sordida putredo macularet, horrenda caligo premeret? Non est igitur dubitandum, quin Jehova mirabilem hanc arcam de populo Philisthæorum atque Bethsamitarum ad populum cælestis Cariath-jarim evexerit atque transtulerit. *Venerunt ergo viri Cariath-jarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini* (1).

3. *Et ait David ad Abigail...: Vade pacifice in domum tuam: ecce audivi vocem tuam.* Sed quam vocem? vocem miserationis pro peccatoribus, vocem conservationis pro justis, vocem fidelitatis pro servitiis exhibitis remunerandis. *Et honoravi faciem tuam* (2); quæ verba magnus Albertus interpretatur: « In conceptione te sanctificando, in nativitate tua mundum per te illuminando, in incarnatione mea te in matrem præ omnibus eligendo, et in assumptione tua te ultra omnes choros angelorum in mea dextera collocando (3). »

(1) I. Reg. vii, 1.

(2) I. Reg. xxv, 32 et 35.

(3) Biblia Mariana, liber Regum I, n. 5.

(4) Chrysostomus, postquam asseruit, ab initio mundi Deum per seipsum hominibus fuisse locu-

Quare Spiritus sanctus in suis ad hebræum populum ferme litteris (4) corpoream Deiparentis Assumptionem quam pulcre suaviterque præmonstrat.

#### LIBER REGUM II.

##### FACTUM EST

##### POSTQUAM MORTUUS EST SAUL

1. In hoc sac. libro non minus luculenter eadem nostra veritas patet. *Postquam autem venerunt ad arcam Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, et tenuit eam: quoniam calcitrabant boves, et declinaverant eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, et percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi juxta arcam Dei* (5). Verum, si protinus Oza perierit, cum suam ad ligneam arcam manum extendit; tantam vero mors audaciam depromeret, tantaque virtute polleret, ut eam arcam, sæculorum pulcritudinem, utriusque mundi suave delitium, penes quam angelica et seraphica celsitudo trementi genu curvabantur, in obscuro tumulo tangere corruptionis manu valuerit? Id affirmare non audeo, sicut dicere pertimesco.

2. *Abiit ergo David, nempe Christus, et adduxit arcam Dei, hoc est Mariam, de domo Obededom, scilicet in Assumptione, in civitatem David, id est in cælum empyreum, cum gaudio* (6). Sic divus Antoninus ad hæc verba Regum: « Arca ista est beata

tum, subdit: « His, qui posterioribus degunt temporibus, quasi longe absentibus litteras mittit (nempe sacras Scripturas), conciliaturus sibi universam hominum naturam. » (Homil. 2 in Genes.).

(5) II. Reg. vi, 6 et 7. (6) II. Reg. vi, 12.

#### LIBER REGUM III.

##### REX DAVID SENUERAT

##### HABEBATQUE ETATIS PLURIMOS DIES

1. Enucleatius adhuc in hoc libro veritas Assumptionis habetur. *Dixerunt ergo ei* (David) *servi sui*; id est sancti Patres: *Queramus* in omni terra creaturam rationalem quæ sub cælo est, *domino nostro regi adolescentulam virginem, dignam quæ stet coram rege, et foveat eum, dormiatque in sinu suo.* Rex regum, et foveat eum per incarnationem in gremio ventris sui, dormiatque in sinu suo apud mundissimam mundissimus, in creatura Creator, in filia Pater, in ancilla Dominus. *Queramus* Virginem sapientissimam, quæ ad cælestem aulam mirabiliter assumpta ipsum Deum dulcibus materni corporis signis ad liberationem et miserationem inflammet: habetur enim ibi: *et calefaciat dominum nostrum regem. Et invenerunt adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, Abisag Sunamitidem* (4), id est Mariam. Hanc omnes eligamus, secundum illud poetæ:

Elige, cui dicas: Tu mihi sola places.

*Sulamitidis* juxta textum hebraicum (vox quæ vertitur in *Sunamitidem* per enallagen, quum *l* in *n* mutetur) dicitur juxta Pagninum quasi *Jerusalem*; et quemadmodum Jerusalem dicebatur *Salem*, ita *Sulamitis* est idem ac civis Salem, quod interpretatur *habitans in pace*. Virgo Maria, cujus illa figurativam gerebat ima-

Maria, quam David, id est Dominus Jesus reduxit in Jerusalem, associatus cum ingenti gaudio, id est cum septem differentiis beatorum... credendum est festive genitrici Dei obviam cælestium advenisse militiam, eamque ingenti lumine circumfulsisse, et ad thronum eam cum laudibus et canticis perduxisse, cælestemque Jerusalem tunc ineffabili lætitia exultasse. » *Et benedixit David, nempe Christus, populo, reis peccata dimittens, aridis gratiam infundens, et justis gloriam promittens.* Unde magnus Albertus memorata verba premens: « Sancta Theotocos, Virgo et Mater Dei honoratur a Deo in gloriosa assumptione sua in hoc quod propter honorem ejus Dominus peccata reis dimittit, gratiam aridis infundit, et justis gloriam promittit (1). »

3. Item assumpta Virgo est Mater revocationis peccatorum de regione longinqua. Unde significatur per mulierem *Thecuiten*, quæ davidicam regiam introgrediens, dixit ad David: *Querunt extinguere scintillam que relicta est.... Et dixit David: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram* (2). Et sic revocatus est Absalon. Unde ven. Beda presbyter: « Hodie, » inquit, « fratres charissimi, celebramus festivitatem sanctæ Mariæ Dei Genitricis, quæ hodie translata est in cælum de mundo, ut pro nobis oret Filium, quia mundus deletus esset, nisi per preces Mariæ sustineretur (3). »

(1) Biblia Mariana, liber Regum II, n. 1.

(2) II. Reg. xiv, 7 et 11.

(3) Serm. de Sancta Maria.

(4) III. Reg. i, 2-3.

ac liberi cogitatores, ut novi Bethsamitæ, ingruentium hæreseon propugnatores Virgineum corpus, deiferam hanc arcam, vel superbe temnerent, vel curiose conspicerent. Quam ob rem oportuit, ut illud ad cælum divinitus assumeretur. Immo, si Deus passus nullimode sit, ut homines ligneæ arcæ parum honoris afferrent; dehinc pateretur, ut viventem arcam, cujus illa typum gessit, vermes arroderent, sordida putredo macularet, horrenda caligo premeret? Non est igitur dubitandum, quin Jehova mirabilem hanc arcam de populo Philisthæorum atque Bethsamitarum ad populum cælestis Cariath-jarim evexerit atque transtulerit. Venerunt ergo viri Cariath-jarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini (1).

3. Et ait David ad Abigail...: Vade pacifice in domum tuam: ecce audivi vocem tuam. Sed quam vocem? vocem miserationis pro peccatoribus, vocem conservationis pro justis, vocem fidelitatis pro servitiis exhibitis remunerandis. Et honoravi faciem tuam (2); quæ verba magnus Albertus interpretatur: « In conceptione te sanctificando, in nativitate tua mundum per te illuminando, in incarnatione mea te in matrem præ omnibus eligendo, et in assumptione tua te ultra omnes choros angelorum in mea dextera collocando (3). »

(1) I. Reg. vii, 1.

(2) I. Reg. xxv, 32 et 35.

(3) Biblia Mariana, liber Regum I, n. 5.

(4) Chrysostomus, postquam asseruit, ab initio mundi Deum per seipsum hominibus fuisse locu-

Quare Spiritus sanctus in suis ad hebræum populum ferme litteris (4) corpoream Deiparentis Assumptionem quam pulcre suaviterque præmonstrat.

#### LIBER REGUM II.

##### FACTUM EST

##### POSTQUAM MORTUUS EST SAUL

1. In hoc sac. libro non minus luculenter eadem nostra veritas patet. Postquam autem venerunt ad arcam Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, et tenuit eam: quoniam calcitrabant boves, et declinaverant eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, et percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi juxta arcam Dei (5). Verum, si protinus Oza perierit, cum suam ad ligneam arcam manum extendit; tantam vero mors audaciam depromeret, tantaque virtute polleret, ut eam arcam, sæculorum pulcritudinem, utriusque mundi suave delitium, penes quam angelica et seraphica celsitudo trementi genu curvabantur, in obscuro tumulo tangere corruptionis manu valuerit? Id affirmare non audeo, sicut dicere pertimesco.

2. Abiit ergo David, nempe Christus, et adduxit arcam Dei, hoc est Mariam, de domo Obededom, scilicet in Assumptione, in civitatem David, id est in cælum empyreum, cum gaudio (6). Sic divus Antoninus ad hæc verba Regum: « Arca ista est beata

tum, subdit: « His, qui posterioribus degunt temporibus, quasi longe absentibus litteras mittit (nempe sacras Scripturas), conciliaturus sibi universam hominum naturam. » (Homil. 2 in Genes.).

(5) II. Reg. vi, 6 et 7. (6) II. Reg. vi, 12.

#### LIBER REGUM III.

##### REX DAVID SENUERAT

##### HABEBATQUE ETATIS PLURIMOS DIES

1. Enucleatius adhuc in hoc libro veritas Assumptionis habetur. Dixerunt ergo ei (David) servi sui; id est sancti Patres: Queramus in omni terra creaturam rationalem quæ sub cælo est, domino nostro regi adolescentulam virginem, dignam quæ stet coram rege, et foveat eum, dormiatque in sinu suo. Rex regum, et foveat eum per incarnationem in gremio ventris sui, dormiatque in sinu suo apud mundissimam mundissimus, in creatura Creator, in filia Pater, in ancilla Dominus. Queramus Virginem sapientissimam, quæ ad cælestem aulam mirabiliter assumpta ipsum Deum dulcibus materni corporis signis ad liberationem et miserationem inflammet: habetur enim ibi: et calefaciat dominum nostrum regem. Et invenerunt adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, Abisag Sunamitidem (4), id est Mariam. Hanc omnes eligamus, secundum illud poetæ:

Elige, cui dicas: Tu mihi sola places.

Sulamitidis juxta textum hebraicum (vox quæ vertitur in Sunamitidem per enallagen, quum l in n mutetur) dicitur juxta Pagninum quasi Jerusalem dicebatur Salem, ita Sulamitis est idem ac civis Salem, quod interpretatur habitans in pace. Virgo Maria, cujus illa figurativam gerebat ima-

Maria, quam David, id est Dominus Jesus reduxit in Jerusalem, associatus cum ingenti gaudio, id est cum septem differentiis beatorum... credendum est festive genitrici Dei obviam cælestium advenisse militiam, eamque ingenti lumine circumfulsisse, et ad thronum eam cum laudibus et canticis perduxisse, cælestemque Jerusalem tunc ineffabili lætitia exultasse. » Et benedixit David, nempe Christus, populo, reis peccata dimittens, aridis gratiam infundens, et justis gloriam promittens. Unde magnus Albertus memorata verba premens: « Sancta Theotocos, Virgo et Mater Dei honoratur a Deo in gloriosa assumptione sua in hoc quod propter honorem ejus Dominus peccata reis dimittit, gratiam aridis infundit, et justis gloriam promittit (1). »

3. Item assumpta Virgo est Mater revocationis peccatorum de regione longinqua. Unde significatur per mulierem Thecuiten, quæ davidicam regiam introgrediens, dixit ad David: Querunt extinguere scintillam quæ relicta est.... Et dixit David: Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram (2). Et sic revocatus est Absalon. Unde ven. Beda presbyter: « Hodie, » inquit, « fratres charissimi, celebramus festivitatem sanctæ Mariæ Dei Genitricis, quæ hodie translata est in cælum de mundo, ut pro nobis oret Filium, quia mundus deletus esset, nisi per preces Mariæ sustineretur (3). »

(1) Biblia Mariana, liber Regum II, n. 1.

(2) II. Reg. xiv, 7 et 11.

(3) Serm. de Sancta Maria.

(4) III. Reg. i, 2-3.



ginem, cum Deo in perfecta pace requiescit tum quoad animam tum quoad corpus: sane quemadmodum pro purgantibus animis enixe deprecamur, ut *requiescant in pace*, scilicet ut incommutabili bono, corporum licet expertes, perfruantur; ita Virginem Deiparam vocamus *Sunamitidem* seu *habitantem in pace*, ut hoc nomine significemus, eam singulari ratione et ideo quoad animam et corpus in Dei pace requiescere; secus inaniter hoc nomine divinitus præsignata fuit, quum et sancti qui hoc nomine carent, quoad animam in Dei pace requiescant. Eo vel magis quod alii plures exegetæ *Sulamitidem* vel *Salamitidem* quasi *Salomoniam*, nempe reginam sponsam Salomonis qui dicitur *rex pacificus*, interpretari facile malint. Porro regina Salomonis æterni eandem pacem sive gloriam quam ejus servi, reciperet? minime quidem: ergo pacem sive gloriam perfectam, et ideo quoad animam quoad corpus.

2. Mariæ symbolum in Bethsabea deprehendimus, de qua Regum narrat historia: *Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia; et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum; positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus* (1). Cum Bernardo mulierem hanc Mariæ typum præsignificasse communis interpretum et doctorum sententia est, quemadmodum et Christi typum Salomonem gessisse Patres uno ore fatentur. Hinc præceptorum Dei sapientissimus ille rex Salomon

(1) III. Reg. II, 19.

(2) Biblia Mariana, liber Regum III, n. 2.

memor, David patris sui diademate redimitus, præcipuo erga genitricem suam obsequio affectus est; ita prorsus et Christus qui non solvere legem venerat sed adimplere, super cacumina cælestis Sion rex a Patre constitutus, integerrimam ejus Matrem singulari honore prosecutus est: hinc et eam ad summos novosque penitus honorum gradus extulit, et quicquid cum Bethsabee Salomonem in regno suo præstitisse traditur, potiori jure Christum qui amicum Lazarum e mortis imperio reduxerat, vitæ Ss. restituisse Parentem, angelorum choris stipatum obviam processisse, atque ad solii sui dexteram in cælico regno sedere voluisse credimus. Aquinatis nostrumque magistrum audiamus: «*Et venit Bethsabee ad regem Salomonem: quod factum est in assumptione, ut loqueretur ei pro Adonia, id est peccatore. Et surrexit Rex: id est Christus in occursum ejus, hilariter, totaliter et solemniter. Et positus est thronus gloriæ matri regis. In annuntiatione posita fuit Domina mundi in throno gratiæ, in passione Filii in throno misericordiæ, in assumptione vero sua ad cælos in throno gloriæ* (2). »

3. Regum historia narrat, dedicato templo, in illud arcam introductam fuisse. *Tunc congregati sunt omnes majores natu Israel cum principibus tribuum... ut deferrent arcam fœderis Domini de civitate David* (3). Quæ Lyranus, cui Ugo cardinalis subscribit, hisce verbis declarat: «*Per arcam figurata fuit beata M. Virgo, propter quod per hanc arcæ deportationem*

(3) III. Reg. VIII, 1.

figurata fuit hujus Virginis assumptio. Per majores natu, duces et principes, qui congregati fuerunt a Salomone ad arcæ deportationem, signantur angeli de diversis ordinibus cum Christo venientes ad beatæ Virginis venerationem in ejus assumptione. » Paucisque descriptis, addit: «*Nec immerito creditur quod ipse Salvator omnium per se totus occurrerit, eamque secum in throno collocaverit.* » Majorum igitur sensu et traditione præclaram cæli Dominam nulla prorsus in sepulcro fuisse corruptione maculatam, oppido clare liquet, illamque fœderis arcam quæ Mariæ typum gesserat, præclarissimum ipsiusmet Virginis in cælum Assumptionis præsignasse triumphum. Hinc apposite Damascenus in Mariæ transitu locum habuisse declarat quæ in Regum memorantur historia: *Venerunt cuncti senes de Israel, et tulerunt arcam sacerdotum. Et portaverunt arcam Domini et tabernaculum fœderis* (4). Quod et Bleesensis testimonio probatur; ait enim: «*Tunc impletum fuit quod de David dictum est* (2), quod adduxit arcam Domini cum gaudio, et erant cum David septem chori, scilicet spirituum beatorum, prophetarum, apostolorum, qui jam transierant, martyrum, confessorum atque virginum, ut impleretur in virgine gloriosa quod scriptum est (3): *In plenitudine sanctorum detentio mea* (4). »

4. *Regina Saba*, idest Maria, *multo cum comitatu*, angelorum et sanctorum, immo et ipsius Filii sui, *ingressa*

(1) III. Reg. VIII, 3-4. (2) II. Reg. VI, 12.

(3) Eccli. XXIV.

(4) Serm. de Assumpt., cap. III, orat. 2.

*est Jerusalem* (5), nempe cælum empyreum, et hoc in die Assumptionis. Saba est civitas regalis Æthiopiæ; unde memorata regina fuit, quæ duobus regnis Æthiopiæ et Ægypti præfuit. Hæc magnus Albertus (6). — Item B. Virgo est thronus totius Trinitatis. *Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: et vestivit eum auro fulvo nimis* (7). Iste thronus corpoream Deiparentis Assumptionem luculenter innuit. Siquidem ebur quo fuit ille confectus, incorruptibilitate pollet, et nimis fulvum aurum quo fuit ille vestitus, in sacris Litteris indumentum beatæ immortalitatis designat: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato*, scilicet Maria immortalitatis gloria prædita, ut in seqq. capp. liquido patebit. Hæc a doctoris claravallensis testimonio magnum pondus acquirunt; ratiocinatur enim: «*Sicut Salomon in omnibus thesauris suis, et in opibus tantis nihil habuit tam pretiosum, quod in opus illud magnificum, thronum scilicet gloriæ suæ, judicaret ebore præferendum; sic Maria singularem præ omnibus electis angelorum et hominum invenit gratiam apud Deum, ut videlicet Dei conciperet et pareret Filium, atque ex ebore corporis ejus thronum sibi virtus Altissimisine manibus excideret gloriosum. Gloriosus prorsus ille thronus ac mirabilis, de quo Scriptura perhibet: Quia non est factum tale opus in universis regnis: et quod facile testimoniis probaretur angelorum, qui semper et insatiabiliter in gloriam*

(5) III. Reg. I, 1-2.

(6) Biblia Mariana, liber Regum III, n. 4.

(7) III. Reg. X, 18.

et decorem dominici corporis prospicere concupiscunt. Quia enim in universis regnis non est factum tale opus, quicquid factum est flectat ei genu in omnibus regnis cælestium, terrestrium et infernorum. Quam beatus igitur ille venter eburneus, unde caro eburnea sumpta est Redemptoris, pretium animarum, miraculum angelorum, solium summæ majestatis, thronusque potestatis, cibus vitæ immortalis, medicina peccati, restitutio sanitatis. *Quotquot, inquit, tangebant eum, sanabantur a languoribus suis; nam virtus de illo exibat et sanabat omnes* (1). » Dehinc mellitus Doctor eidem memoratæ biblicæ figuræ innixus, carni Christi carnem Virginis æquiparat, adeo, ut si altera manserit incorrupta, et altera corruptionis omnis expers prorsus extiterit. Neque satis: ebur ad recipiendos colores est aptissimum. Igitur Deiparæ corpus, quod figuratur ut grandis de ebore thronus, fuit aptissimum ad recipienda supernaturalia dona, pulcherrimos cælestis gloriæ colores. — Ebur dens est elephantis, qui continuum cum dracone inimicitiam habet, ut Plinius testatur. Igitur Maria quæ nunquam habuit cum antiquo colubro pacem, vel in morte suas compescuit insidias, furoremque sua resurrectione coercuit. — Ebur inter animalium ossa magnitudine, pretio ac soliditate præcellit. B. V. Maria inter sanctos qui sunt velut ossa corporis Ecclesiæ, tam grandis est et in pretio, ut cun-

(1) Serm. 1 in Annunc. Dominica in opp. supp. et alien. adscript. Guerric. Abb.  
(2) III. Reg. xviii, 44.  
(3) Cf. Sacramentarium gregorianum.

ctis in cælo et in terra superemineat; tanta pollet soliditate virtutum, ut nulla potuerit sive animi sive corporis corruptione perfringi.

5. Item B. Virgo Deipara est nebula refrigerans, pluens et donans. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari* (2). *Nubecula parva*, id est Maria, parva per humilitatem, ascendebat, vel in natiuitate sua mundo apparendo, vel in Assumptione cælos penetrando; vel ascendebat per naturam, quia nobilissima; per gratiam, quia omni gratia ditissima; per gloriam, quia cum anima et corpore super omnes angelicos choros mirabiliter exaltata: *de mari*, videlicet de hoc mundo, ita, ut quæ nullis carnis illecebris deprimi potuit, *carnis quoque nexibus deprimi* nequiverit, ut canit Ecclesia (3). *Cumque se verteret huc atque illuc, cæli contenebrati sunt, et nubes et ventus, et facta est pluvia grandis* (4). Enimvero, ut simul in cælum de hoc mundo quasi nubes assumpta B. Virgo fuit, suum in omnes homines roscum sinum aperuit in pluviam gratiarum, in flumen beneficiorum, in oceanum misericordiæ. Nam *de plenitudine ejus accipiunt singuli et universi*, prout d. Bernardus dicere non dubitavit (5).

#### LIBER REGUM IV.

##### PRÆVARICATUS EST MOAB

1. Magni Eliæ translatio corporea Virginis Assumptionem luculentissime

(4) III. Reg. xviii, 45.  
(5) Serm. in Annuntiat. Dom., et serm. super illa verba Apocalypsis xii: *Signum magnum apparuit.*

præmonstravit. *Cumque pergerent* (Elias et Eliseus), *et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei dividerunt utrumque: et ascendit Elias per turbinem in cælum* (1). En corporeæ Assumptionis pulchra viva refulgens imago. Et si juxta Patrum atque Doctorum tritam penes omnes regulam prærogativa quæ servis, nempe sanctis tribuitur, reginæ, nempe Deiparæ potiori jure tribuenda sit; corporea proin in cælum Eliæ translatio corpoream in cælum Deiparentis translationem maximopere conquirat. *Eliseus autem videbat, et clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus. Et non vidit eum amplius, apprehenditque vestimenta sua* (2). Porro, quemadmodum Eliæ vestes argumentum congruentiæ seu decentiæ suppeditant pro gloriosa ejus in cælum sublacione; Deiparentis itidem sacra zona cujus memoria die xxx mensis augusti celebratur, nec non sepulcrales Deiparæ vestes quarum solemnitas agitur memoria die ii mensis julii Constantinopoli in Blachernis, magnum congruentiæ seu decentiæ argumentum quod in hujus lucubratiunculæ 1<sup>a</sup> parte prosecuti sumus, pro corporea ejusdem Deiparentis in cælum empyreum Assumptione depromitur.

2. Huc referri quoque potest ille pius Henoch de quo scriptum reperimus: *Placuit Henoch Deo, et non est inventus, transtulit enim illum Deus* (3). Idem redit pro assumpta

(1) IV. Reg. ii, 11. — Chrysostomus ait, igneum currum et igneos equos igneo Eliæ spiritui bene congruere.  
(2) Ibid. vers. 12. (3) Gen. v, 21.  
(4) Confer Philippum Vitalem monachum Cry-

Virgine argumentum quod supra confecimus. Quæ quum ita se habeant, utrumque, videlicet Eliam et Henoch, græca hymnologia complectitur, ut inde corporea Virginis Assumptio magis magisque panderetur: « Elias Thebites olim curru raptus est, et ante illum Henoch placuit et translatus est, ut ait Scriptura; tu vero, Maria, ad cælestem regiam conscendens cum filio regnas in sæcula (4). » Unde sic: in lege naturæ pius Henoch, in lege mosaica fervens Elias corporaliter in cælum transferuntur: ergo in lege gratiæ Deiparam Virginem qua nec majus nec melius concipi sub Deo nequit, in cælum corporaliter translata fuisse condecuit.

3. Imperatrix cælorum est vas sationis. *Dixit Eliseus: Afferte mihi vas novum*, id est Mariam, ut plures explicant exegetæ: alii enim omnes per peccatum *invecitati sunt* (5) et corrupti; sed ipsa est novum, habens multiplicem novitatem. *Et mittite in illud sal*, sal scilicet incorruptionis et immortalitatis: sal enim Filius Dei est, qui de Virgine nascens, Virgineam ipse carnem sale divino incorruptam immortalemque reddidit. *Quod cum misisset in illud, ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi has aquas* (6), hoc est humanam naturam, fluidam et pestiferam. Sane, quemadmodum Christus ceu Redemptor *vitam resurgendo reparavit*, ut canit Ecclesia (7); sic Maria ceu Corredemptrix *vitam pariter resurgendo propemodum reparavit*.

ptæ Ferratæ, cui sec. xviii cura demandata est, ut typis ederet hymnos in usum græcorum qui cum R. Pontifice communicant: Ode viii, p. 215.  
(5) Psalm. xvii. (6) IV. Reg. ii, 20-21.  
(7) In Præfatione Missæ Ascensionis.

## DUO LIBRI PARALIPOMENON

ADAM, SETH, ENOS

1. Vox *Paralipomenon* hunc sensum, attenda nominis etymologia, patitur: rerum nempe silentio præteritarum, ita, ut tanquam sacræ præcedentis historiæ supplementum memoratos duos libros censere quodammodo debeamus. In rem quoque nostram, licet de arca Domini et de regina Saba locuti antea simus, nonnulla tamen adminicula quæ Virginis Assumptionem respiciunt, silentio prætermisimus: de veritate proinde duplicis adminiculi, ceu duorum paralipomenon, nitide ac paucis sermonem habeamus oportet.

2. Cum rex David arcam fœderis de domo felicitatis Obededom reduceret in urbem, plurimos undequaque sacerdotes vocavit, levitas, cantores, ordines tot nabliorum, cymbalorum, ac tubarum, aliorumque genera instrumentorum adhibuit. Et tulerunt sacerdotes arcam, et gestabant eam tum sacerdotes, tum levitæ, et rex et omnis populus gradiebatur ante arcam, boves et oves innumerabiles mactantes, intuleruntque sacerdotes arcam fœderis in locum suum, in oraculum domus, in Sancta sanctorum (1) sub alas cherubim, *per quos*, ut Lyranus inquit, *designatur assistentia angelorum huic Virgini famulantium*, quæ vivens arca de domo ter beati Joannis in æternam civitatem æterni summique David transfertur. Hic fuit honor, hæc gloria lignæ illius et inanimatæ arcæ. Quanto magis ani-

(1) I. Paral. xiii, 3 seqq., et II. Paral. v, 4 seqq.

matam hanc Dei arcam honorare decuit? decuit quidem, ut non lignæ, sed ignei currus deferrent: non bovum juga, vel albigantes quadrigæ, sed ipsæ cælestes virtutes traherent, chori cælestes pæana canerent, ipse Rex regum toto cælesti exercitu comitatus præcederet. Æmilii romanorum dux, devicta Macedonia, filios duos impuberes triumphans duxit in curru; Germanicus Cæsar quinque; Sesostrius Ægypti rex devictos reges ad currum iungebat, ut ea pompa coram omnibus triumpharet. Ast Virgo Maria in nube lucida qua ferebatur, non duos nec quinque, sed innumeros quos Christo genuit filios, junctis in triumphum tot hostibus a se devictis, gloriose ducebat.

3. Ascendebat ex hac valle miseris Virgo regia opibus affluens et miris deliciis; opibus inquam, hoc est gratiis, virtutibus, meritis. Felix illa patria quæ tunc nova et ineffabili gloria decorata fuit, et novis opibus cumulata. Quando regina Saba cum muneribus ad regem Salomonem perrexit, tantam auri et aromatum copiam secum detulit, ut Scriptura dicere non ambigat: *Non fuerunt aromata talia ut hæc quæ dedit regina Saba regi Salomoni* (2). Felix Jerosolyma tantam hospitem habens; sed felicior cælestis illa patria sacræ Virginis adventu. Non amplius sunt allata tot aromata pretiosa, tot beneolentes odores quos suum gloriosum corpus ubique jactabat, quos in cælestem attulit civitatem, quibus eam mirifice locupletavit. Sed ut regina Saba nedum aromatibus, verum et miris de-

(2) II. Paral. ix, 9.

liciis affluens ad æternam Jerosolymam pergebat. Tunc affluebat Virgo deliciis; jam enim divinum Salomonem intuebatur, jam eo fruebatur, jam torrente seu potius mare voluptatis ac deliciarum illius immersa suaviter erat. Hæ fuerunt ipsius deliciae, Dei conspectus et fructio, quibus si addas dotes corporis gloriosi, puta immortalitatem, agilitatem, subtilitatem, claritatem, incredibili modo B. Virginem tunc deliciis abundasse cognosces.

Quæ cum ita sint, quantum biblico sub aspectu veritas adsertæ thesæ magis magisque roboretur, planum fit.

LIBER ESDRÆ PRIMUS  
ET SECUNDUS QUI DICITUR NEHEMIAS  
IN ANNO PRIMO CYRI

1. Cyrus rex Persarum jussit, ut in bibliotheca quam tenebat Babylon, studiose conquiretetur. Ibi repertum volumen fuit, in quo istud legebatur mnemosynon: *Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur* (1). Quæ domus est ista quæ mystice designatur? Virgo Deipara, de qua canit Ecclesia: « Domus pudici pectoris templum repente fit Dei, » immo palatium sive aula regia, ex qua trabea carnis indutus æterni Regis Filius in hunc mundum processit. Æternus ille Rex constituit et mandavit, ut æternitatis liber aperiretur, in eoque mentes angelicæ scrutarentur. Hoc rite peracto, insequens præceptum decretumque reperierunt:

(1) I. Esdr. vi, 3.

(2) Cant. vi.

(3) Malaeh. iv.

(4) Orat. de oblat.

*Iterum domus Dei ædificetur*, nempe Virgo Maria gloriosis corporis animique dotibus, *eo quod sit electa ut sol* (2), nempe Christus qui *sol justitiæ* nuncupatur (3): *electa ut sol*, electa ut Christus tum quoad gratiam, ita, ut quod iste per naturam tenuit, per privilegium illa tenuerit; tum quoad gloriam, ita, ut si cum anima et corpore Christus propria virtute gloriosus æthera scandit, B. Virgo cum anima pariter et corpore divina ope freta cæli sublimia penetrarit. Jure proinde merito Gregorius nicomediensis Virgineum corpus appellat: *Domum gloriosam* (4); et Cyrillus alex. illud vocat: *Templum indissolubile* (5), quod idem est ac *domus indissolubilis*; templum enim dicitur quasi *tectum amplum*, uti declarat Isidorus (6): unde templum recte per synecochem potest vocari domus.

Nec satis: illa *domus Dei* jussu Cyri ædificanda Jerosolymis iterum construitur; et in eodem plane loco *domus Dei* B. Virgo gloriosis corporis et animi prærogativis iterum recreantis manu ædificata conspicitur. Unde Canisius tradit: « Primum in eo veneranda conspirat antiquitas, Mariam post Filium in cælos assumptam Jerosolymis non solum, ut diximus, habitasse, sed etiam extremum clausisse diem, fortasse ut formosa filia Jerusalem a terrestri ad cælestem Jerusalem recta proficisceretur (7). » Septuaginta post annos babylonicæ captivitatis *domus Dei* nobiliter ædificanda proponitur; et septuaginta

(5) Orat. 6 contra Nestorium.

(6) Etymol. lib. 15, cap. 4.

(7) Lib. v, cap. 3 de M. V. Deipara.

plus minus post annos summæ pœnæ summique mœroris *domus Dei*, Virgineum nempe corpus gloriosis dotibus atque cælico splendore construitur. Eusebius (1) cui etiam concinit card. Bona (2), Virginis transitum assignat anno sui 63: communius vero et probabilius anno sui 72, ut opinatur Aquinas et Albertus magnus Dionysii testimonium (3) explanantes; in quorum etiam opinionem descendunt et Damascenus et Andreas cretensis (4), et Epiphanius presbyter et Simeon Metaphrastes de Mariæ vita scribes, item et Nicephorus (5).

2. *Quadraginta annis pavisti eos in deserto, nihilque eis defuit: vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non sunt attriti* (6). Hanc in rem Justinus Miehoviensis: «Sed et aliunde divinam voluntatem circa Deiparæ incorruptionem colligere possumus. Multorum sanctorum corpora nec ignis, nec bestia, nec putredo læsit. Trium puerorum innocentium nedum corpora, verum et vestes et pilos ignis babilonicus non læsit... Israelitarum calceamenta et vestes post annos 40 quibus in deserto manserunt, attrita non sunt, nec vetustate consumpta (7).» Quo memoratus auctor concludit, potuisse Deum incorruptam servare Deiparam et in cælos assumere.

3. *Et fruges ejus multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, et corporibus nostris dominantur* (8). Ob culpam sinit Deus, ut omnem hominem principes

(1) Chron. ad ann. 48.  
(2) Orog. ascet. cap. 5, § 17.  
(3) De Div. nomin., cap. 3.  
(4) Orat. de Dormit. et Assumpt. Virg.

tenebrarum opprimant mancipio, et cujusvis hominis corpora paulatim minutatimque dissolvantur. Verum, B. Deiparens a quavis fuit integra labe peccati: nullum proinde mancipium sive in ejus animam infuscatione, sive in ejus corpus incineratione potuerunt exercere tenebrarum principes.

4. *In dedicatione autem muri Jerusalem requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, et facerent dedicationem et lætitiã in actione gratiarum et cantico et in cymbalis, psalteriis et citharis* (9). Id ipsum quodammodo colligit in dedicatione vel assumptione corporis Deiparæ: quid enim per *Jerusalem* nisi Virgo Deipara, quæ non secus ac illa Christum in se continuit? quid autem per *murum Jerusalem* nisi Deiparæ corpus? In illius dedicatione singuli Levitæ convenerunt, ac cæteri de populo quamplures; in istius dedicatione vel assumptione tum Apostoli et alii fideles, tum angeli et sancti, tum Christus et beata Trias diem gloriosum festive celebrarunt.

## LIBER TOBIÆ

TOBIAS EX TRIBU  
ET CIVITATE NEPHTHALIM

1. In hoc pariter sac. libro nonnulla vestigia propositæ veritatis occurrunt. Revera: Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, a pluribus increpata puellis, eo quod nullum secum virum

(5) Hist. lib. II, capp. XXI, XXII, XXIII.  
(6) II. Esdr. IX, 21.  
(7) Super Litanias Lauret. disc. CCXXX, n. II.  
(8) II. Esdr. IX, 37. (9) II. Esdr. XII, 27.

habere potuerit, in hanc vocem erupit: *Numquid et occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ; et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam* (1). Et tertia illucescente die, auscultavit Deus precem suam. Ad eundem prope modum B. Virgo Maria tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit, quum ipsa mortem oppetierit; sed enixe Deum oravit, ut a corruptionis opprobrio eam singulariter eriperet. Exaudita est pro sui reverentia. Mortem Deus abscedere jussit, jacentique corpori, tertia radiante die, non vitam solum, sed immortalitatem quoque, splendorem admirabilem, subtilitatem, agilitatem, pulcritudinemque contulit inauditam.

Sed alia momenta suppetunt, quum archangelus Raphael Saræ et archangelus Gabriel Mariæ liberationem suam prænuntiaverint. Cum jam optatissimus dies advenisset, quo Matrem dulcissimus Filius ex hisce vitæ mortalis ærumnis in cælestem gloriæ suæ regiam transferre constituerat, venit archangelus Gabriel ingenti lumine coruscans, ramum olivæ in manu deferens, et Dei Matrem reverenter salutavit: Ave, benedicta, suscipiens benedictionem illius, qui mandavit salutem Jacob. Ecce Filius tuus Dominus Jesus te Matrem venerandam expectat. Die tertia cum corpore divinitus assumeris, ut cælestes man-

(1) Tob. III, 10-11.  
(2) Lib. 2 hist., c. 22.

siones jucundas reddas. Hæc Nicephorus (2), hæc Simeon Metaphrastes (3).

2. Commendatur in beatissima Virgine post Deum summa largitas, summa liberalitas. *Quomodo potueris, ita esto misericors*, omnibus te implorantibus misericordiam præstando: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue* (4). Sed abundanter beata Virgo tribuit, eo quia multum habuit, multum gratiæ, multum gloriæ: multum gratiæ quam nemo parem tenuit; multum gloriæ quam nemo similem obtinuit, gloriam animæ, gloriam corporis. — *Sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui... statimque visum recepit* (5). Temporale lumen quod Tobias lætanter aspexit, cæleste lumen, quod B. Virgo corporeis oculis fruitura conspexit, formose præsignavit. Multos post dies, tamquam multas post tenebras ille diem agnovit; post tenebras dierum trium quas in sepulcro sustinuit, illa diem æternitatis cognovit; alter in hunc solem, in justitiæ solem altera gaudenter sua lumina fixit; uterque utrumque solem non in speculo et in ænigmate, sed facie ad faciem contuitus est, ille terrestrem, ista cælestem.

## LIBER JUDITH

ARPHAXAD ITAQUE, REX MEDORUM

1. Inclytam Judith præsignasse Mariam, uno ore Patres, Doctores alii que testantur. Quapropter in rem nostram sic disserere fas est. *Lavit corpus suum* (Judith), *et unxit se myro optimo, et discriminavit crinem*

(3) Orat. de Virg. (4) Tob. IV, 8-9.  
(5) Tob. XI, 13, 15.

plus minus post annos summæ pœnæ summique mœroris *domus Dei*, Virgineum nempe corpus gloriosis dotibus atque cœlico splendore construitur. Eusebius (1) cui etiam concinit card. Bona (2), Virginis transitum assignat anno sui 63: communius vero et probabilius anno sui 72, ut opinatur Aquinas et Albertus magnus Dionysii testimonium (3) explanantes; in quorum etiam opinionem descendunt et Damascenus et Andreas cretensis (4), et Epiphanius presbyter et Simeon Metaphrastes de Mariæ vita scribes, item et Nicephorus (5).

2. *Quadraginta annis pavisti eos in deserto, nihilque eis defuit: vestimenta eorum non inveteraverunt, et pedes eorum non sunt attriti* (6). Hanc in rem Justinus Mœchoviensis: «Sed et aliunde divinam voluntatem circa Deiparæ incorruptionem colligere possumus. Multorum sanctorum corpora nec ignis, nec bestia, nec putredo læsit. Trium puerorum innocentium nedum corpora, verum et vestes et pilos ignis babilonicus non læsit... Israelitarum calceamenta et vestes post annos 40 quibus in deserto manserunt, attrita non sunt, nec vetustate consumpta (7).» Quo memoratus auctor concludit, potuisse Deum incorruptam servare Deiparam et in cœlos assumere.

3. *Et fruges ejus multiplicantur regibus, quos posuisti super nos propter peccata nostra, et corporibus nostris dominantur* (8). Ob culpam sinit Deus, ut omnem hominem principes

(1) Chron. ad ann. 48.  
(2) Orog. ascet. cap. 5, § 17.  
(3) De Div. nomin., cap. 3.  
(4) Orat. de Dormit. et Assumpt. Virg.

tenebrarum opprimant mancipio, et cujusvis hominis corpora paulatim minutatimque dissolvantur. Verum, B. Deiparens a quavis fuit integra labe peccati: nullum proinde mancipium sive in ejus animam infuscatione, sive in ejus corpus incineratione potuerunt exercere tenebrarum principes.

4. *In dedicatione autem muri Jerusalem requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, et facerent dedicationem et lætitiã in actione gratiarum et cantico et in cymbalis, psalteriis et citharis* (9). Id ipsum quodammodo colligit in dedicatione vel assumptione corporis Deiparæ: quid enim per *Jerusalem* nisi Virgo Deipara, quæ non secus ac illa Christum in se continuit? quid autem per *murum Jerusalem* nisi Deiparæ corpus? In illius dedicatione singuli Levitæ convenerunt, ac cæteri de populo quamplures; in istius dedicatione vel assumptione tum Apostoli et alii fideles, tum angeli et sancti, tum Christus et beata Trias diem gloriosum festive celebrarunt.

## LIBER TOBIÆ

TOBIAS EX TRIBU  
ET CIVITATE NEPHTHALIM

1. In hoc pariter sac. libro nonnulla vestigia propositæ veritatis occurrunt. Revera: Sara filia Raguelis in Rages civitate Medorum, a pluribus increpata puellis, eo quod nullum secum virum

(5) Hist. lib. II, capp. XXI, XXII, XXIII.  
(6) II. Esdr. IX, 21.  
(7) Super Litanias Lauret. disc. CCXXX, n. II.  
(8) II. Esdr. IX, 37. (9) II. Esdr. XII, 27.

habere potuerit, in hanc vocem erupit: *Numquid et occidere me vis, sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ; et tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam* (1). Et tertia illucescente die, auscultavit Deus precem suam. Ad eundem prope modum B. Virgo Maria tribus diebus et tribus noctibus non manducavit neque bibit, quum ipsa mortem oppetierit; sed enixe Deum oravit, ut a corruptionis opprobrio eam singulariter eriperet. Exaudita est pro sui reverentia. Mortem Deus abscedere jussit, jacentique corpori, tertia radiante die, non vitam solum, sed immortalitatem quoque, splendorem admirabilem, subtilitatem, agilitatem, pulcritudinemque contulit inauditam.

Sed alia momenta suppetunt, quum archangelus Raphael Saræ et archangelus Gabriel Mariæ liberationem suam prænuñtaverint. Cum jam optatissimus dies advenisset, quo Matrem dulcissimus Filius ex hisce vitæ mortalis ærumnis in cælestem gloriæ suæ regiam transferre constituerat, venit archangelus Gabriel ingenti lumine coruscans, ramum olivæ in manu deferens, et Dei Matrem reverenter salutavit: Ave, benedicta, suscipiens benedictionem illius, qui mandavit salutem Jacob. Ecce Filius tuus Dominus Jesus te Matrem venerandam expectat. Die tertia cum corpore divinitus assumeris, ut cælestes man-

(1) Tob. III, 10-11.  
(2) Lib. 2 hist., c. 22.

siones jucundas reddas. Hæc Nicephorus (2), hæc Simeon Metaphrastes (3).

2. Commendatur in beatissima Virgine post Deum summa largitas, summa liberalitas. *Quomodo potueris, ita esto misericors*, omnibus te implorantibus misericordiam præstando: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue* (4). Sed abundanter beata Virgo tribuit, eo quia multum habuit, multum gratiæ, multum gloriæ: multum gratiæ quam nemo parem tenuit; multum gloriæ quam nemo similem obtinuit, gloriam animæ, gloriam corporis. — *Sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui... statimque visum recepit* (5). Temporale lumen quod Tobias lætanter aspexit, cæleste lumen, quod B. Virgo corporeis oculis fruitura conspexit, formose præsignavit. Multos post dies, tamquam multas post tenebras ille diem agnovit; post tenebras dierum trium quas in sepulcro sustinuit, illa diem æternitatis cognovit; alter in hunc solem, in justitiæ solem altera gaudenter sua lumina fixit; uterque utrumque solem non in speculo et in ænigmatate, sed facie ad faciem contuitus est, ille terrestrem, ista cælestem.

## LIBER JUDITH

ARPHAXAD ITAQUE, REX MEDORUM

1. Inclytam Judith præsignasse Mariam, uno ore Patres, Doctores alii que testantur. Quapropter in rem nostram sic disserere fas est. *Lavit corpus suum* (Judith), *et unxit se myro optimo, et discriminavit crinem*

(3) Orat. de Virg. (4) Tob. IV, 8-9.  
(5) Tob. XI, 13, 15.

capitis sui, et imposuit mitram super caput suum, et induit se vestimentis jucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, et lilia, et inaures, et annulos, et omnibus ornamentis suis ornavit se. Cui etiam Dominus contulit splendorem... et ideo Dominus hanc in illam pulcritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret (1). Beatissima quoque Virgo, non secus ac Judith quæ surrexit de loco in quo jacuerat, et postea lavit corpus suum, et ipsa de tumulo surrexit, suumque corpus ornavit: ingreditur enim beatissima anima carnem, quam deseruerat; surgit repente corpus, quod jacebat, ut sol alter fulgens, aquila velocius, ipsa pulcritudine pulcrius; facies mira venustate nitet; crines aurum fulgore superant; colum habet torquem auream baccis, sapphiris aliisque lapidibus ornatam; redivivæ carnis membra totam videntur exhausisse pulcritudinem, et ista carne incorruptibili atque immortalis quasi pretiosissimo indumento mirabiliter ornatur. Hunc autem corporis splendorem, uti Judith, Deiparæ contulit Dominus. Insuper: gratia oris et præstantissima forma sic enituit Judith, ut assyriorum in se oculos admirationemque converteret. Considerabant faciem ejus, et erat in oculis eorum stupor, quoniam pulcritudinem ejus mirabantur nimis (2). Gloriosa pariter Virgo, per quemcumque locum pergebat, stuporem in omnibus iniecit. Obstupuit luna, obstupuit sol corpus humanum longe splendidius

(1) Jud. x, 3-4.

(2) Jud. x, 14.

atque fulgentius se intuentes. Ulterius astrorum orbem adiit, et suam claritatem mirabantur sidera, suam quævis elementa pulcritudinem. Quid plura? pervenit in cælum empyreum, beatorum sedem rutilo splendore coruscantem. Primam hierarchiam angelorum, archangelorum et principatum percurrit; secundam quam constituunt potestates, dominationes, virtutes, pertransiit; tertiam et supremam in qua throni, cherubim atque seraphim Deo propinquiores assistunt, prætergressa est: et omnes jubilantes et obstupentes tantam Virginei corporis pulcritudinem iterum iterumque videre concupiscunt.

2. Et percussit bis in cervicem ejus, et abscidit caput ejus... Et post pusillum exivit (Judith), et tradidit caput Holofernis ancillæ suæ (3). Etiam Deipara percussit bis in cervicem dæmonis, cujus typum gessit Holofernes: semel, cum versutus ille suam animam tenebris infuscare nisus est; iterum, cum corpus suum corruptioni ac putredini subjacere præsumpsit. Sed incassum: bis enim voluit inire certamen, bis etiam cum fracto capite mansit. — Sic de Judith scribit A Lapide: « Argumentum libri est victoria Judith de Holoferne et Assyriis, per quam allegorice repræsentatur victoria B. Virginis de diabolo, ait ex Fulberto Carnotensi Canisius noster (4). » Ac rursus ad illa verba: percussit bis in cervicem ejus, scribit: « Allegorice Holofernes typus est diaboli, cujus caput vera Judith, id est B. Virgo contrivit, juxta oraculum a

(3) Jud. xiii, 10-11.

(4) Comment. in Judith argum.

Deo editum Gen. iii. » Triplex autem victoria, ut antea diximus, in hoc Geneseos oraculo mulieri sive Deiparæ promissa delitescit, nempe victoria de peccato per immaculatam Conceptionem, victoria de concupiscentia per divinam Maternitatem, victoria de morte per corpoream Assumptionem.

3. Joacim autem summus Pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis, ut videret Judith (1). Similiter Christus, summus terræ cælique Sacerdos, de cælesti Jerusalem in hunc mundum venit, ut gloriosam Judith, Virginem Deiparam videret, illique gloriam stateret, gloriam animæ, gloriam corporis. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat, prout nuperius dixerunt universi, scilicet patriarchæ, prophetæ aliique cælicolæ quibus comitabatur Christus, ad Judith, nempe Virginem: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros, diabolum superando, peccata delendo, mundum vivificando: Quia hodie, scilicet in die annuntiationis, ut explicat magnus Albertus (2), quando Dei Mater effecta est, vel in die assumptionis, quando super omnes choros angelorum exaltata est, nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum (3).

## LIBER ESTHER

IN DIEBUS ASSUERI QUI REGNAVIT  
AB INDIA USQUE ÆTHIOPIAM

1. Nomen Esther hebraice, latine sonat ut luna pulcra; et quæ prius

(1) Jud. xv, 9. (2) Bibl. Mar., lib. Judith, n. 5.

Edissa, ea dein divino prorsus consilio fuit Esther appellata: quo quidem nomine si vocis etymon perquiras, virgo lucis vel pulcra luna significatur. Verum Maria hebraice lumen diei vel sol interpretatur. Quapropter si Esther lunam sonat, quæ in offusa vet. Testamenti nocte, nondum exorto sole, coruscavit; Maria quæ hominibus nov. Fœderis lumen, diem, justitiæque splendorem attulit, sol vel lux vel stella, et etiam luna, quia singularis Esther typum gessit, potuit congruenter appellari. Sol porro, lux, stella et luna incorruptibilitatis prærogativa fruuntur, ita, ut corrumpi nulla ratione valuerint. Igitur et Maria cujus nomen vel memorata sidera declarat, vel in eis pulcre figuratur, divino privilegio gaudens, incorruptibilitatis munere pollet, ita, ut de tumulo gloriosa surrexerit, et cælica regna, tota obstupente natura, petierit. — Esther arabum persarumque sermone Mediatricem significat; et ex chaldaico textu ac persico, nec non ex interpretatione Pagninii et Cornelii A Lapide idem est ac hilaritas vel lætitia. Quæ cuncta profecto corporeæ Virginis Assumptioni congruere singulari ratione videntur. Etenim Virgo Deiparens assumpta cum anima et corpore fuit, ut, non secus ac Christus tamquam Mediator, tamquam Medatrix cum sua hominumque lætitia et hilaritate creditum ipsa munus obiret. Hactenus de nomine.

2. Quod cum audisset Mardocheus, rursus mandavit Esther, dicens: Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ

(3) Jud. xiii, 22 seqq.

cunctis Judæis; si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Judæi; et tu, et domus patris tui peribitis. Et quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris (1)? In hunc locum magnus Albertus hæc habet: « Ipsa Virgo est interventrix, et revocatrix desperatorum. Ideo enim Dominus eam creavit in nativitate, et assumpsit in matrem in incarnatione, et exaltavit super omnes choros angelorum in assumptione, ut pro peccatoribus intercedat (2). »

3. Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, et stetit in atrio domus regie, quod erat interius, contra basilicam regis (3). Hisce regalibus vestibus, corporeo scilicet indumento vestita B. Deipara fuit, quando in cælestem regiam assumpta est, ut inquit Albertus magnus (4).

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, et circumdata est gloria sua. Beata pariter Virgo sepulcrales vestes atque venerandam zonam quas ecclesia græca prout magnum thesaurum habet, in terra reliquit, ut cælestem gloriam cælestemque claritatem indueret. Cumque regio fulgeret habitu, et invocasset omnium Rectorem et Salvatorem Deum, assumpsit duas famulas, et super unam quidem innitebatur, quasi præ deliciis, et nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens (5). Famula super quam Esther innitebatur, divinam patefacit opem, qua Virgo Maria figurata per

(1) Esth. iv, 12 seqq.

(2) Biblia Mariana, liber Esther, n. 5.

(3) Esth. v, 1.

(4) Loc. sup. cit., n. 6.

(5) Esth. xv, 4 seqq.

Esther indignit, ut quoad animam et corpus assumeretur in cælum. Recole Miechoviensem (6).

Quid habes, Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est (7). Ad eundem prope modum Deus Mariam alloquitur: licet aliquantisper in morte jacueris, ut Corredemptrix Redemptorem imiteris; verumtamen non pro te, sed pro cæteris hominibus lex mortis constituta est. Incorrupta resurges, cælum regnatura conscendens.

#### LIBER JOB

VIR ERAT IN TERRA HUS  
NOMINE JOB

1. Regina mundi, Virgo Maria dicitur aurora surgens. Expectet lucem, et non videat, nec ortum surgentis auroræ (8). Et alibi: Si subito apparuerit aurora (9), id est Maria, inquit Albertus magnus (10), vel in lumen mundo nascendo prodiens, vel in cælum ascendens, ut peccatoribus gratiam auctoritate Dei infunderet. Hæc aurora mystica, ut simul post tot sæculorum tenebras suum terræ roseum vultum ostendit, aureumque gentibus effudit partem, mox Judæam et Jerusalem ornavit: una cum Virgine tantus virtutum gratiarumque præclarissimus comitatus Judæam est ingressus, ut ad eam quasi ad pharum illustri facie coruscantem gentes in errorum pelago jactatæ contende-

(6) Disc. CCCXLVIII, n. 27 super Litanias Lauret.

(7) Esth. xv, 12-13.

(8) Job iii, 9.

(9) Job xxiv, 17.

(10) Biblia Mariana, liber Job, nu. 1 et 3.

rent; ita Magi, pastores alique. Felix Judæa, si hanc cognovisset auroram; infelix quia non agnovit. Nostræ tamen Religionis mysteria pergunt. B. Virg. Maria nobis mystice rutilat ea tamquam aurora micantissima quæ secum fert, iterumque nobis præbet justitiæ Solem, qui motu suo, suis radiis, ferventique calore roborat sensum, vivificat mentem, atque perficit cor. Virginis autem corpus est quidem hujusce mysterii typus. Ex utero namque mysticæ auroræ fuit Verbo divino suæ temporalis generationis suppeditata materies, sanguis nempe purissimus veluti ros auroræ nitidissimus. Quemadmodum terrenus vapor vi cælesti fertur in sublime, fitque ros; sic purissimus Deiparæ sanguis a Spiritu sancto in sublimitatem admirabilem elatus admirabilis generationis ros et materia factus est. Typus autem nostræ spiritualis auroræ, videlicet Deiparæ corpus, modo non in cælo micaret, verum sub terra caligaret? aurora illa quæ suo candido ac splendido nitore totum christianum aerem, ut sic dicam, auravit, et noctis obscuræ tenebras repulit, sui auri nitore labente noctis obscuræ tenebris in sepulcro premeretur? aurora illa quæ cum solis luce suum debebat miscere splendorem, toto cælo divideretur ab illa: aurora quæ infinitum genuit candorem, sine candore putredine macularetur; aurora quæ ipsam æternam generavit pulcritudinem, sine pulcritudine lateret in tumulo?

2. Rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum, quem visurus sum ego ipse, et oculi

mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo (1). Iste locus in assumptam Virginem optime quadrat. Unde scribit Aloysius Vaccari Cassinensis in Ss. patriarchali Basilica S. Pauli de urbe parochus: « Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita torrente voluptatis Dei sui alma Maria virgo potari cupiebat, quæ flagranti charitatis æstu et spiritu et carne quam vehementissime in Deum ferebatur. Hinc levi velut devicta est somno, illico evigilans exclamavit: Rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum, quia ligna domorum nostrorum cedrina, laquearia nostra cypressina (2). »

3. Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies (3). Non solum pluviam palma requirit, verum et magnam jugemque copiam aquarum: quapropter immortalis ferme vita gaudere dicitur. Quæ cum ita sint, melius quam palma Virgo Maria multiplicat dies, haud dies temporis, sed æternitatis; quum in sua radice non aqua temporalis, sed aqua viva saliens in vitam æternam dulcissime fluat. Nonnullæ Versiones memorata biblica verba legere malunt: In nidulo meo moriar, et sicut phœnix multiplicabo dies. Porro, quemadmodum phœnix, ut ajunt, in nidulo suo clausus flammam excitat, flammis exustus e cineribus suis nondum frigescentibus reviviscit; sic Maria rara volucris in terra, in suo gravium dolorum nidulo clausa, igni-

(1) Job xix, 26-27.

(2) De corpore Deip. Assumpt. a. xxxvi, c. 1.

(3) Job xxix, 18.

bus divini amoris consumpta, non secus ac divinus ille phoenix Christus, iterum perpetua juventute reffloruit. O felicem mortem! o beatum exitum Deiparæ Virginis! o vulnus felicissimum! o languorem beatissimum qui Virginem Mariam ex hac vita sustulit! Utinam omnes hoc morbo, hac febre beata (si eam sic appellare fas est) cum Deipara Virgine laboremus.

4. Beatus præterea Job Christum *avem* nuncupat. *Avis enim*, ait divus Gregorius magnus, *recte appellatus est Dominus, quia corpus carneum ad ætherea libravit* (1). Etiam Maria in sac. Litteris *avis* aut *columba* vocatur. Ergo B. Virgo perinde ac Christus, duæ prouti columbæ, movent per aera pennas, et in illa cælesti davidica turri in perpetuum diem conquiescunt. De Virgine Spiritus sanctus inquit: *Una est columba mea* (2). Hanc unam, electam perfectamque columbam esse Mariam, interpretatur Theodoretus, alique; cum ipsa inter creaturas omnes una micuerit perfectissima, purissima, sanctissima. Et ideo, quemadmodum columba humilia deserit, alta petit, cælorum vicina conscendit; ita B. Virgo, sepulcri humilitate relicta, sublimis volans, paradisi altiora petivit, cælorum fastigia penetravit.

PSALTERIUM DAVIDICUM

centum quinquaginta Psalmorum.

BEATUS VIR, QUI NON ABIT  
IN CONSILIO IMPIORUM

1. Psalmiceni qui formose jungebat  
sacra carmina lyræ, cum anima et

(1) Hom. 29 in Marc. (2) Cant. vi, 8.

corpore, assumptam plerisque locis dominicam præsignavit Ancillam. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* (3): hæc verba de B. Deiparentis corpore divinitus incorrupto interpretari congrue possunt. Non sinit utique Dominus sanctum suum, nempe Christum, videre corruptionem, non sinit et Christi Matrem videre corruptionem; cum una eademque sit utriusque caro. Div. Bernardus incorruptibilitatem corporis Christi ab incorruptibilitatis virtute quam in corpore Matris accepit, suapte natura processisse contendit. *Non poterat sanctum videre corruptionem*, ait mellitus doctor, *quia de incorrupti uteri virore ortum est* (4). Et ideo si sanctum Dei, Filius nempe Virginis, corruptionem videre nequibat, ex eo quod eum Virginis caro genuerit; Virginis ergo caro ne corruptionem quidem videre poterat: sane radix iis omnibus debet pollere prærogativis quas ad florem transmittit. Eodem plane sensu loquitur S. Bernardinus senensis eadem verba davidica premens; ait enim: « Cum ex carne matris decidatur naturaliter caro proles, eadem utriusque est profecto substantia carnis. Ergo a generali sententia mortis quamvis Christus Dei Filius exemerit Matrem, quia ab illa nullus, nec ipse voluit esse alienus, ac per hoc mortuus est Filius, igitur et Mater. Attamen sicut caro proles corrupta non fuit: Psalmo xv: *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, sic nec debuit corrumpi, seu incinerari, seu in pulverem redigi sanctissima caro Matris, unde caro Filii assumpta est.

(3) Psalm. xv, 10. (4) Serm. 35 in Cant.

Ergo caro animæ est reunita, et beata Virgo Maria simul in anima et corpore est glorificata (1). » *Diarium Scienza e Fede* memoratam ante biblicam pericopen ad rem nostram pariter explicat (2).

2. *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate* (3). Hæc verba divus Petrus Damiani cardinalis expendens, ait: « Tota conglomeratur angelorum frequentia ut videat Reginam sedentem a dextris Domini virtutum in vestitu deaurato in corpore semper immaculato circumdatam varietate, virtutum multiplicitate distinctam (4). » Eo quoque sensu Glycas interpretatus est: « Naturæ lege morti succubuit, supra naturam tamen a se illam repulit, ad ejus prope exemplar quem genuit juxta illud Psalmi: *Adstitit regina a dextris tuis, etc.* (5). »

3. *Thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cælo fidelis* (6). Qua super re Bernardinus senensis hæc habet: « Thronus Filii Mater illius est, quæ in conspectu ejus sicut sol fulgens est quantum ad gloriam animæ, et sicut luna perfecta in æternum quantum ad gloriam corporis

(1) Serm. xxi, art. 3, cap. I.

(2) En aurea sua verba: « Dio non potea permettere che il corpo del Santo per eccellenza fosse soggetto alla corruzione: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Sulle quali parole notano gli interpreti che si dice *non dabis* (non lascerai): dal che inferiscono che assolutamente il corpo di Cristo sarebbe stato soggetto alla corruzione senza un'azione positiva della Divinità che gli era ipostaticamente unita; e ciò perchè era indecente che il Santo per eccellenza fosse soggetto alla corruzione. Or porzionatamente lo stesso deve dirsi di Maria. Per la sua immacolata Concezione non divenne

sine defectu, proinde gloriæ resurrectionis fidelis est testis. »

4. Sed huc præcipue spectant quæ regius psaltes olim cecinerat: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ* (7). Fatemur quidem, Patres de Christi humanitate, vel de Ecclesiæ triumpho contra ejus hostes hujusmodi verba communiter accepisse; neque tamen a recta interpretandi regula multum abluerent, si quis in sensu accommodo et per quamdam amplificationem illa de Assumptione Virginis usurparet. Re quidem vera eo sensu magnus Glycas interpretatus est: « Quod porro et genitricis Dei, perinde ac Filii ejus resurrectio futura esset a mortuis, beatus David illis verbis ostendit: *Exurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ* (8). Et seraphicus doctor: « Hoc Virginis corpus est arca sanctissima Dei, quam decuit non putrefieri, sed ad instar Filii sui ante omnem putrefactionem suscitari. Unde tam de Filio quam de Matre notabiliter ait propheta: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ*. Hæc arca de lignis imputribilibus facta est, quia caro Mariæ nequaquam, ut credimus,

\* certamente ab intrinseco immortale, quasi che il suo corpo non possedesse gli elementi del disfacimento e della corruzione. Nemmeno ereditò questo dono, come l'avremmo ereditato noi, se Adamo non avesse peccato; ma lo ebbe per un dono gratuito personale, come conseguenza della grazia che la santificò fin dall'origine. *I volti dei cattolici e l'Assunzione di Maria Ss.* tom. x, 1809.

(3) Psalm. xlii, 11.

(4) Serm. xl de Assumpt.

(5) Epist. ad Alyp.

(7) Psalm. cxxxi, 8.

(8) Epist. ad Alyp.

(6) Ps. lxxxviii, 38.



putrefacta est. Ideoque bene Augustinus (incertus scilicet sermonis auctor Augustino adscripti) ait: Tam præclarum thesaurum servare dignius est cælum quam terra; tantamque integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis ulla resolutio sequitur (1). » His concinit Aquinas, cum ait: « Cum corpore (Maria) est assumpta in cælum. Credimus enim, quod post mortem resuscitata fuerit, et portata in cælum: Psalm. 131: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tue* (2). » Hoc loco Petrus Galatinus contra Thalmudistas utitur, quo Virginem Mariam mox resuscitatam et in cælum assumptam probat (3).

## PARABOLÆ SALOMONIS

PARABOLÆ SALOMONIS FILII DAVID  
REGIS ISRAEL

1. Filius patri, Salomon Davidi plane cohæret. Ille sane Virginem Mariam specialius commendat a fortitudine: *Mulierem fortem quis inveniet* (4)? Textum hunc magnus Albertus sic concinne tradidit: « *Mulierem fortem quis inveniet*, sicut Mariam? Tria sunt quibus fortitudo maxima appropriatur, scilicet Deus, mors, et diabolus. Deum per humilitatem quodammodo superavit. Item mortem, cui nemo mortalium resistere potest, superavit resurgens. Item diabolum in nihilum cum omni ejus potestate redegit (5). »

(1) Spec. B. M. Virg. Lect. II, 38.

(2) Opusc. 4 in Expositione Salut. Angelicæ.

(3) De arcanis catholicæ veritatis, lib. 7, c. 10.

(4) Prov. cap. ult., vers. 10.

(5) Biblia Mariana liber Parabolarum, n. 8.

2. *Non extinguetur in nocte lucerna ejus* (6). Petrus Bleesensis hac in re apte disserit: « Hæc est illa mulier fortis, quam Salomon patrus prophetando non dubitando quærebat. Sapiens inter ejus laudes accenset, quod ejus lucerna non exstingueretur in nocte, sæpe enim in sacris eloquiis noctis tempus pro mortis tempore accipitur (7). » Quare si lucerna ejus seu vita Deiparentis tempore mortis extincta non fuerit; igitur e tumulo gloriosa surrexit. Huic autem interpretationi et A Lapide subscribit, qui hunc locum expendens, ait: « Dum moritur, illico resurrexit (Maria), ac tam corpore quam anima felix et gloriosa assumpta est in cælum; quare mors illi non tam mors quam vita fuit. Lucerna ejus ergo, id est vita ejus non fuit morte extincta sed magis accensa (8). »

3. *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus* (9). Cum autem Maria specialissime fuerit domestica Christi, dum vitam agebat mortalem, nunc duplicibus eam vestitam, scilicet veste gloriosa animæ, ac alia splendida corporis, jure meritoque putaverim. Unde Richardus a S. Victore: « O! quam præclara rutilat duplicibus vestita, vere surrexit dulcis mater Christi. »

Ad cætera vero pergit Sapiens: *Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo* (10). Quibus verbis instruimur, incorruptibilitatis vestimento præcinctam fuisse sideribus Virginem Deiparam receptam.

(6) Prov. ibid., vers. 18.

(7) Serin. XXXIV de Assumpt.

(8) Comment. in cap. XXXI Prov.

(9) Prov. ibid., vers. 21.

(10) Prov. ibid., vers. 25.

Hæc sententia cum illa bene congruit quæ ait: *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Quinam deauratus vestitus? corpus reginæ, nempe Virginis, auro cælestis gloriæ circumamictum, uti nuper explicavimus.

Mulieris fortis laudationem perficit Sapiens: *Multæ filice congregaverunt divitias, tu supergressa es universas* (1). Ad quæ scite Leo inquit: « Deus, hujus specie ac pulcritudine captus, ex omnibus unam hanc sibi matrem delegit, exque ejus sanguine humanam assumens formam quæ defluerat, in pristinum statum restaurat (2). » Qualiter autem Maria supergrederetur universas creaturas in divitiis, nisi modo non tantum divitias animi, verum etiam præ cæteris divitias gloriosi corporis haberet?

## LIBER ECCLESIASTES

VERBA ECCLESIASTES FILII DAVID  
REGIS JERUSALEM

1. Qualiter in hoc libro Deiparentis Assumptio cælitus depicta nitescat, paucis ac nitide videamus. *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per meridiem* (3). Iste sol Virgo Maria, qui ortus est toti Ecclesiæ, quando nata fuit; occidit, quando per tres dies, uti Christus, contumulata permansit; ad locum suum reversus est, quando in cælo coruscans, super angelorum choros collocata sublimiter

(1) Prov. cap. ult., vers. 29.

(2) In B. M. Virg. Assumpt., Orat. XIV.

(3) Eccle. I, 5 et 6.

JANNUCCI

fuit. Id magnus Albertus evincit: « Imperatrix Virgo Maria commendatur a Salomone a suæ nativitatibus utilitate, et assumptionis suæ glorio- sitate. Eccle. I: *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur* (4). » *Ibique renascens gyrat per meridiem*: hisce verbis declaratur agilitas gloriosi Deiparæ corporis; gloriosa namque corpora quatuor illis dotibus fulgebunt quas recenset Apostolus (5), scilicet claritate, impassibilitate, subtilitate et agilitate.

2. *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio... de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur* (6). Si forte perquirimus rationem, quare cum bestiis quoad corporum resolutionem parem homines teterrimam sortem patiantur, hæc alia nequit esse nisi culpa, nisi crimen. Hanc tamen legem Deiparentis Assumptio tamquam exceptio mirifice roborat; etenim ipsa, cum a quavis integra manserit labe peccati, a quavis etiam integra mansit labe putredinis.

3. *Dulce lumen, et delectabile est oculis videre solem* (7). Sed quam dulcius et delectabilius est oculis corporis æterni verique Solis qui radiat in cælo pulcherrimus, magnum videre splendorem, ejusque dulcedine frui! Verumtamen hac prærogativa Christus et Maria tantummodo pollent, quam ille gloriosus ascenderit, ista

(4) Biblia Mariana liber Ecclesiastes, n. 1.

(5) I. ad Cor. xv, 42 seqq.

(6) Eccle. III, 18 seqq. (7) Eccle. XI, 7.

putrefacta est. Ideoque bene Augustinus (incertus scilicet sermonis auctor Augustino adscripti) ait: Tam præclarum thesaurum servare dignius est cælum quam terra; tantamque integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis ulla resolutio sequitur (1). » His concinit Aquinas, cum ait: « Cum corpore (Maria) est assumpta in cælum. Credimus enim, quod post mortem resuscitata fuerit, et portata in cælum: Psalm. 131: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tue* (2). » Hoc loco Petrus Galatinus contra Thalmudistas utitur, quo Virginem Mariam mox resuscitatam et in cælum assumptam probat (3).

## PARABOLÆ SALOMONIS

PARABOLÆ SALOMONIS FILII DAVID  
REGIS ISRAEL

1. Filius patri, Salomon Davidi plane cohæret. Ille sane Virginem Mariam specialius commendat a fortitudine: *Mulierem fortem quis inveniet* (4)? Textum hunc magnus Albertus sic concinne tradidit: « *Mulierem fortem quis inveniet*, sicut Mariam? Tria sunt quibus fortitudo maxima appropriatur, scilicet Deus, mors, et diabolus. Deum per humilitatem quodammodo superavit. Item mortem, cui nemo mortalium resistere potest, superavit resurgens. Item diabolum in nihilum cum omni ejus potestate redegit (5). »

(1) Spec. B. M. Virg. Lect. II, 38.

(2) Opusc. 4 in Expositione Salut. Angelicæ.

(3) De arcanis catholicæ veritatis, lib. 7, c. 10.

(4) Prov. cap. ult., vers. 10.

(5) Biblia Mariana liber Parabolarum, n. 8.

2. *Non extinguetur in nocte lucerna ejus* (6). Petrus Bleesensis hac in re apte disserit: « Hæc est illa mulier fortis, quam Salomon patrus prophetando non dubitando quærebat. Sapiens inter ejus laudes accenset, quod ejus lucerna non exstingueretur in nocte, sæpe enim in sacris eloquiis noctis tempus pro mortis tempore accipitur (7). » Quare si lucerna ejus seu vita Deiparentis tempore mortis extincta non fuerit; igitur e tumulo gloriosa surrexit. Huic autem interpretationi et A Lapide subscribit, qui hunc locum expendens, ait: « Dum moritur, illico resurrexit (Maria), ac tam corpore quam anima felix et gloriosa assumpta est in cælum; quare mors illi non tam mors quam vita fuit. Lucerna ejus ergo, id est vita ejus non fuit morte extincta sed magis accensa (8). »

3. *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus* (9). Cum autem Maria specialissime fuerit domestica Christi, dum vitam agebat mortalem, nunc duplicibus eam vestitam, scilicet veste gloriosa animæ, ac alia splendida corporis, jure meritoque putaverim. Unde Richardus a S. Victore: « O! quam præclara rutilat duplicibus vestita, vere surrexit dulcis mater Christi. »

Ad cætera vero pergit Sapiens: *Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo* (10). Quibus verbis instruimur, incorruptibilitatis vestimento præcinctam fuisse sideribus Virginem Deiparam receptam.

(6) Prov. ibid., vers. 18.

(7) Serin. XXXIV de Assumpt.

(8) Comment. in cap. XXXI Prov.

(9) Prov. ibid., vers. 21.

(10) Prov. ibid., vers. 25.

Hæc sententia cum illa bene congruit quæ ait: *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate*. Quinam deauratus vestitus? corpus reginæ, nempe Virginis, auro cælestis gloriæ circumamictum, uti nuper explicavimus.

Mulieris fortis laudationem perficit Sapiens: *Multæ filice congregaverunt divitias, tu supergressa es universas* (1). Ad quæ scite Leo inquit: « Deus, hujus specie ac pulcritudine captus, ex omnibus unam hanc sibi matrem delegit, exque ejus sanguine humanam assumens formam quæ defluerat, in pristinum statum restaurat (2). » Qualiter autem Maria supergrederetur universas creaturas in divitiis, nisi modo non tantum divitias animi, verum etiam præ cæteris divitias gloriosi corporis haberet?

## LIBER ECCLESIASTES

VERBA ECCLESIASTES FILII DAVID  
REGIS JERUSALEM

1. Qualiter in hoc libro Deiparentis Assumptio cælitus depicta nitescat, paucis ac nitide videamus. *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per meridiem* (3). Iste sol Virgo Maria, qui ortus est toti Ecclesiæ, quando nata fuit; occidit, quando per tres dies, uti Christus, contumulata permansit; ad locum suum reversus est, quando in cælo coruscans, super angelorum choros collocata sublimiter

(1) Prov. cap. ult., vers. 29.

(2) In B. M. Virg. Assumpt., Orat. XIV.

(3) Eccle. I, 5 et 6.

JANNUCCI

fuit. Id magnus Albertus evincit: « Imperatrix Virgo Maria commendatur a Salomone a suæ nativitatibus utilitate, et assumptionis suæ glorio- sitate. Eccle. I: *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur* (4). » *Ibique renascens gyrat per meridiem*: hisce verbis declaratur agilitas gloriosi Deiparæ corporis; gloriosa namque corpora quatuor illis dotibus fulgebunt quas recenset Apostolus (5), scilicet claritate, impassibilitate, subtilitate et agilitate.

2. *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et æqua utriusque conditio... de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur* (6). Si forte perquirimus rationem, quare cum bestiis quoad corporum resolutionem parem homines teterrimam sortem patiantur, hæc alia nequit esse nisi culpa, nisi crimen. Hanc tamen legem Deiparentis Assumptio tamquam exceptio mirifice roborat; etenim ipsa, cum a quavis integra manserit labe peccati, a quavis etiam integra mansit labe putredinis.

3. *Dulce lumen, et delectabile est oculis videre solem* (7). Sed quam dulcius et delectabilius est oculis corporis æterni verique Solis qui radiat in cælo pulcherrimus, magnum videre splendorem, ejusque dulcedine frui! Verumtamen hac prærogativa Christus et Maria tantummodo pollent, quam ille gloriosus ascenderit, ista

(4) Biblia Mariana liber Ecclesiastes, n. 1.

(5) I. ad Cor. xv, 42 seqq.

(6) Eccle. III, 18 seqq. (7) Eccle. XI, 7.

gloriosa pariter assumpta sit. Unde biblicus locus utrumque dumtaxat designare mystice queit.

## CANTICA CANTICORUM

## OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI

1. De beata Virgine totum hoc canticum explicat Rupertus, Guilielmus, Rosecus, Honorius augustodunensis, Hailgrinus, Cardinalis Alanus, Placidus, Nigidius et Joannes Picus carthusianus, ut ait Cornelius A Lapide. Nos autem totum hoc magnum divinumque carmen pro Assumptione Deiparentis esegetice depromemus atque discutiemus.

*Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum* (1). Bis pulchram sacer Sponsus appellat Virginem Mariam; quia tum in anima tum in corpore pucherrimam conspexit. Si Virgineum porro corpus, nitore pulchritudinis amisso, in sepulcro jaceret, clamitare Sponsus non pergeret: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es*. Immo Sponsus Sponsam nedum bis pulchram, sed absolute pulchram vocat, et ideo in anima et corpore pulchram; *nilhil enim excipitur*, mellitus ait doctor, *ubi distinguitur nihil*. Divinus autem Sponsus pulcherrimum suæ Sponsæ corpus, toto venustatis nitore caligante, putriferi pateretur? Rationem deinde suppeditat, inquiens: *Ligna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina* (2). Ad quas voces A Lapide scribit: « Beata Virgo fuit quasi domus, templum et cælum cedrinum et cypressinum; in qua habitavit Ver-

(1) Cant. Cantic. i, 14. (2) Ibid. vers. 16.

bum. Audi Alanum: domus hæ intelliguntur corpus Christi et corpus Virginis, ligna domorum substantiæ corporum, quæ dicuntur cedrina id est imputribiles. Cedrus enim imputribilis est, sicut enim credimus corpus Christi putredine non esse resolutum, unde legimus Ps. 15: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: ita probabile est a corruptione putredinis alienum esse corpus Mariæ. Unde S. Augustinus in sermone de assumptione Mariæ Virginis, Non solum, ait, carnem quam Christus assumpsit, sed etiam carnem de qua assumpsit, credimus esse assumptam in cælum. Unde in oratione edita legitur: *Non tamen mortis nexibus deprimi potuit*. Et nisi resurrexerit, quare de ipsa dicitur, *Assumpta est Maria in cælum? Laquearia nostra cypressina?* »

2. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni* (3). Hisce verbis instrui-mur, tria Deum in Virgine patrasse sublimia portenta, suam mirabilem Conceptionem, suam mirabilem Maternitatem, suam mirabilem Assumptionem. *Surge, vive* scilicet in anima et corpore; siquidem in animæ et corporis unione nostra vita consistit: *surge* tamen et vive, non sicut cæteri mortales qui sunt *natura filii iræ*, sed sicut *amica mea* sine labe, sine culpa. *Propera*, scilicet evola tamquam *columba mea* in sublimis dignitatis culmen, ad divinam Maternitatem. Denique *veni*, sed quemadmodum vivere cœpisti cum anima et corpore; quia es *formosa mea, et jam hyems*

(3) Cant. Cantic. ii, 10.

*transiit, imber abiit et recessit*, brevis nempe mortis hyems, ærumnarum atque dolorum imber. Quare sanctissimam bizantinæ urbis Patriarcha Germanus Mariam alloquebatur: « Tu, juxta quod scriptum est, *speciosa es*, tumque illud corpus virgineale totum sanctum est, totum purum, totum Dei domicilium, ut ideo quoque a resolutione in pulvere sit liberum. Quod quidem ceu humanum, ad summam incorruptionis vitam sit immutatum, sit nihilominus ipsum incolome et pergloriosum, perfectæ vitæ consors et pervigile, quatenus impossibile erat, ut mortuorum sepulcro clausum teneretur quod vas Dei susceptivum esset, ac sanctissimæ Unigeniti deitatis animatum corpus (1). » Hinc Augustus Nicolas, egregius sane vir, ad argumentum scribit, Mariam tanto Dei amore flagrasse, ut divinæ Maternitatis gaudia promeruerit, et a-

(1) Orat. in Deip. Concept.

(2) Hæc ille: « L'amore di Maria pel suo Dio, così forte nel principio, che ha attirato questo Dio a diventare suo figliuolo, così accresciuto prodigiosamente dall'operazione dello Spirito Santo che ne l'ha renduta madre, così consumato da tutta una vita di fedeltà e di martirio, quest'amore di figlia, di sposa e di madre di Dio, il più spirituale, il più divino, e per conseguenza il più potente di tutti gli amori, giunto al suo colmo ha dovuto spezzare i legami che lo ritardavano dal suo supremo oggetto, e portare la madre verso il figlio, la sposa verso lo sposo, la figlia verso il padre, con tutto l'impeto, con tutto il peso della natura, della grazia e della gloria. È questo amore e non la morte che ha separato l'anima dal corpo della Vergine santissima, e che li ha ricongiunti subito per unirli per sempre nel seno di Dio. I tratti della morte sono dissolventi, che recano la corruzione; quelli dell'amore sono tratti vivificanti che operano l'unione, la congiunzione dell'essere amante e dell'essere amato. Che sarà dunque de' tratti dell'eterno amore che unisce il suo più degno soggetto col suo supremo centro?

moris vi defecisse, ut in cælesti gloria Christum nancisceretur: unde Deus ut tanta charitatis incendia temperaret, dulcissima voce dormientem suscitavit: *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni*, quibus ille verbis eam in gloriam immortalem deduxit (2).

3. *Ostende mihi faciem tuam* (3), scilicet faciem humilitatis quam ostendisti in incarnatione dicens: *Ecce ancilla Domini*; faciem palloris quam ostendisti in mea passione; faciem summi decoris quam ostendisti in tua Assumptione. Ita magnus Albertus (4). — *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris, et universi pulveris pigmentarii? ... Ecce lectulus Salomonis, columnas ejus fecit argenteas, et reclinatorium ejus aureum, ascensus ejus purpura* (5). Quæ divus Andreas cretensis expendens, sic in-

« Questo centro finalmente con le sue sovrane attrattive ha dovuto precipitare Maria negli abissi infiniti della sua bellezza, della sua beatitudine e della sua gloria. Per averne qualche idea, bisogna figurarsi che Dio si comunica alla sua creatura in ragione dell'amore, dell'umiltà, della fedeltà che ella arreca nel suo commercio con lui. La bellezza di Dio risponde all'amore, la sua gloria all'umiltà, la sua felicità alla fedeltà dell'anima. Se dunque da una parte, consumata dal celeste amore Maria esala morendo questo canto della sua anima accesa: *Ite, de-nunciato dilecto meo quia amore langueo, mitgate flammam, temperate incendium, fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo*. D'altra parte il Diletto dell'anima sua non la lascia languente in questo spasimo d'amore, egli la risveglia con quella voce potente che fece uscire Lazzaro dalla tomba, ma pigliando per lei gli accenti della più soave tenerezza, le dice: *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni*. (La Vergine Maria, tom. II, p. 515).

(3) Cant. Cantic. ii, 14.

(4) Biblia Mariana, liber Canticorum, n. 6.

(5) Cant. Cantic. iii, 6 et 10.

clytam Dei Matrem alloquitur: « Te sacer Canticorum liber prædescribens, indicavit: *Quæ est hæc quæ ascendit ex solitudine tamquam rami fumi suffita myrrha et thure ex omnibus pulveribus unguentariis? Ecce lectulus Salomonis, etc.* (1). » Porro memoratæ sententiæ ex sacro Canticorum carmine decerptæ circa corpoream Deiparentis Assumptionem, ut liquet, interpretari facile possunt.

4. *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te* (2). Cur tota describitur pulchra Virgo Maria? B. Jacobus de Voragine petit atque respondet: « In corpore et anima assumptionem (B. M. V.) requiri potentia, sapientia et bonitate Dei. » Potenti mox præstantique facundia diversis ad piam hanc opinionem adstruendam rationum momentis in medio productis, inquit: « Requirit ergo potentia Dei, sapientia, justitia et bonitas quod Virgo Mater non tantum in anima sit glorificata, sed etiam in corpore sit stola immortalitatis induta (3). » Genuensium archiepiscopo sanctus Andreas cretensis præluserat eadem hæc commentatus; inquit enim: « Quænam vero tuum corpus delibuturasunt unguenta? corpus illud suave flagrans, corpus intemeratum, corpus illud boni plenum, remissionem scaturiens, manans incorruptionem; corpus ex quo divinitatis conciliatio, corpus in quo fit consummatio, per quod est salus. Tu enim es illa vere pulchra, et macula non est in te (4). »

5. Sacra Sponsa divino amore suc-

censa in hanc vocem, æstuantis animi suspirium dulciter erumpit: *Veniat dilectus meus* (5). Sacer iste fervor et ardor, ista, qua languebat Sponsa, beata febris non est ab igne voraciter consumente, sed ab igne potius nobiliter perficiente: præ magno siquidem faciei Sponsi videndæ desiderio, tædium vitæ summopere patiebatur, et vix præsentis exilii moras sustinebat; hinc et resurrectione præventa, Deo ejusque Filio et Sponso conjungi vehementer exoptabat. Id melius innotescit ex iis quæ mox subsequuntur: quorsum enim Dilecta discipit ad suum venire Dilectum? *In hortum suum*. Omnes autem exegetæ doctores in eo collineant, ut *hortus* ille benedictum purissimumque Virginis Deiparæ claustrum, unde dulcissimus in nos veræ vitæ fructus manavit, intelligi proprie vereque debeat. Id autem sacra Sponsa petebat, ut Sponsus suum corpus invisens, ex amoris somno illud excuteret, et in cælum sua virtute gestaret. Hinc recte brevissimo eo temporis spatio quo sepulcro decubuit, hæc poterat usurpare verba: *Ego dormio, et cor meum vigilat* (6). Ast Dilecti vox protinus auditur pulsantis et dicentis: *Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*. Et Sponsa vix ubi de sopore suo expergefata Sponsum conspexit, ut in illas eruperit voces: *Surrexi ut aperirem dilecto meo; manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima* (7), nulla videlicet cor-

(1) Orat. III in Dormit. Deip.

(2) Cant. Cantic. IV, 7.

(3) Serm. III in Assumpt. B. Virg.

(4) Serm. in Dormit. S. Mariæ.

(5) Cant. Cantic. V, 1.

(6) Ibid. vers. 2.

(7) Ibid. vers. 5.

ruptionis labe coinquinata, et stola immortalitatis induta surrexi et Christo meo gaudenter occurri.

6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata* (1)? Quæ sic Hildebertus cenomanensis explanat: « Hodie B. Virgo et animæ beatitudinem et glorificationem corporis est adepta, quod ne cui veniat in dubium auctoritatibus adstruamus. Hodierna clamat oratio, *nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*. Eadem etiam ad imitationem angelorum in ascensione Domini dicentium, *quis est iste qui ascendit de Edom?* fuit etiam prophetice prædicta de ascensu Virginis: *quæ est ista quæ ascendit velut aurora coruscans, pulchra ut luna, electa ut sol?* Non solet in Scripturis pulchritudo solis et lunæ nisi corporibus proprie aptari. Inde etiam scriptum est, *foecundæ Virginis cælum amplectitur præsentiam, cum mater mediatoris venit*. Et illud, *elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo*. Illud autem davidicum quomodo implebitur, *adducentur regi virgines post eam*, si usque ad communem adductionem (2) dilata est adduci (3)? » Cui amice conspirat B. Jacobus de Voragine dicens: « Ex quibus verbis patet quod ipsa ascendit cum corporali claritate, et ista est claritas auroræ; sicut enim aurora post noctem oritur, tamen nullam obscuritatem retinet, sic etiam licet caro ejus nata fuerit de corruptibili carne, nullam tamen sentit corruptionem, sed omnem de-

(1) Cant. Cantic. cap. vi, vers. 9.

(2) Alii legendum putant *resurrectionem*.

posuit miseriam et pœnalitatem (4). » Unde totus fervor, totusque gaudium cælestium chorus inclamat: *Revertere revertere, Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te* (5). Consideratione digna res est, arabicum codicem posuisse ter et non quater vocem *revertere*, ut probabiliter intelligamus, Patrem Filiam, Filium Matrem, Spiritum sanctum Sponsam cum anima et corpore nulla corruptione maculatam ad cælica regna vocavisse. *Revertere* primum, tota clamat sacra Trias, per potentiam Patris qui te creavit, per sapientiam Filii qui te redemit, per charitatem Spiritus sancti qui te sanctificavit; et qualiter Spiritus sanctus te sanctificavit, qualiter Filius te redemit, qualiter Pater te creavit, cum anima scilicet et corpore, *revertere*, Filia, ad Patrem, *revertere*, Mater, ad Filium, *revertere*, Sponsa, ad Spiritum sanctum, *ut intueamur te* maximum nostrum opus, maximum nostrum miraculum, maximumque nostrum indelebile decus. *Revertere* secundo propter admirabilem tuam Conceptionem, ita, ut si nulla in te culpæ labe extiterit, nulla pariter in te corruptionis macula reperiat. *Revertere* tertio propter admirabilem tuam Maternitatem; quum plane dedeceat, illud virgineum sanctissimumque corpus cui virtus Patris obumbravit, quod pluvia charismatum Spiritus sanctus irroravit, ex quo ipse Dei Filius, stupente natura, genitus est, non in cælum de terra, sed de cælo tantæ magnitudinis in terram tantæ corruptionis revertere.

(3) Homil. in Deip. Assumpt.

(4) Serm. de Assumpt. (5) Cant. Cant. vi, 12.

7. Sponsus ut ornatum Sponsæ commendaret, et ejus affectus omnes compositos ornatosque significaret, ad pedes illius oculos suos convertit, graves et modestos intuens: quapropter illorum elegantia captus admirans ait: *Quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis* (1)! Ex calceamentis autem dignosci facile potest, an quis per lutum incesserit, necne; nam cum per lutum incedit quispiam, calceamenta illius luto coinquinari necessum est. Qualiter autem Sponsus Sponsam in calceamentis, id est in corpore, uti doctores opinantur interpretes, tam granditer commendaret, si per lutum corruptionis corpus ejus transierit? Ad gloriosam in cælos Assumptionem nonnulli prælata verba referunt. Et non immerito. Omnes siquidem animæ justæ, dum ex hac vita mortali discedunt, ad Deum videndum sine calceamentis, id est sine corporis exuviis accedunt: omnes in terra relicto corpore usque ad diem resurrectionis, ex hac vita migrare conspicimus. At beata Virgo in calceamentis, in corpore scilicet, ex hac vita migravit, et in cælum perrexit: sic enim decebat, *filiam principis* et reginam procedere: merito proinde laudatur ex calceamentis. Alii discalceati, utpote aliquando servi culpæ, de hac vita sicut e carcere proficiunt. *Educ de custodia animam meam* (2). Ast B. Virgo peccato nunquam servivit; calceata proinde esse debuit. Calceata serpentis caput contrivit, calceata pariter de illo trium-

(1) Cant. Cantic. cap. vii, 1.

(2) Psalm. cxli, 8.

(3) Exod. iii, 3.

phavit. Magnam visionem Moyses videre cupiebat: *Vadam, et videbo visionem hanc magnam* (3). Sed calceos exuere nudisque pedibus accedere justus est. Sancti Dei omnes visionem magnam videre discipiunt, id est Deum qua visione major et melior excogitari nullimode potest. Verumtamen calceamenta, videlicet membra corporis exuere, nudoque animo terram illam sanctam intrare jubentur. Una beatissima Virgo in calceamentis, cum corpore scilicet, terram illam sanctam ingreditur. Quare merito ei cum admiratione occinitur: *Quam pulcri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis!*

8. Sed ad postremum hujusce pulcherrimi Canticorum Cantici caput nostra rudis pertingit oratio. Ibi siquidem, Theodoreto testante, quæ superius loquuta sacra Sponsa fuerat, compendio claudit. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me*: quo realis innuitur præsentia Dilecti quem superius Dilecta vocabat. Istam ille conspiciens, ait: *Adjuro vos, filice Jerusalem, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit*. Deiparæ vero mors vocari quodammodo potest quies: nemo ausus est illius sepulcrum vel temnere vel saltem visere, donec resurrexit: vocari quodammodo potest sopor, quem ante culpam immisit Deus in Adam: vocari quodammodo potest dormitio, ad eum prope modum quo Christus filiam Jairi (4) et Lazarum (5) vita functos vocare dor-

(4) *Recede; non est enim mortua puella, sed dormit* (Matth.).(5) *Lazarus amicus noster dormit* (Joan. xi, 11).

mientes maluit, eo quod a morte revocaturus erat: immo Deiparentis mortem Ecclesia græca *dormitionem* vocat; hinc tot ejus illastrum PP. atque DD. orationes de *Dormitione Virginis Marice*. Quapropter in versu 5<sup>o</sup>, perinde ac si Deiparentis resurrectio contigisset, magno stupore quaeritur: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Heic congrue mirum: etenim istud desublimitate concipitur, et resurrectio et Assumptio sublimis quiddam prorsus est. Animadvertas præterea velim, nequaquam legi: *Quæ est ista quæ surgit*; eo quod surgere non huc significat resurgere, sed incipere vitam, et non eam in sua retinere plenitudine. Non legitur: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum*, quo videretur innui sua de hoc deserto vel mundo sublimitio vel elevatio quædam, sic tamen, ut ibidem remaneret, prout nuper divinus Sponsus Conceptionem Virginis ejusque divinam Maternitatem descripsit: scite tamen legitur: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, quo laconice declaratur, Deiparam Virginem de hac terra exeuntem sublimiter extolli. Adjungitur autem: *deliciis affluens*, ut ostenderetur, felicitatem animæ gloriosæ Virginis in gloriosum suum corpus redundare. Dicitur etiam: *innixa super dilectum suum*, eo quia virtute Christi cælos gloriosa conscendit. Eo vel magis quod postea ratio Marianæ resurrectionis declaretur: *Sub*

(1) Cant. Cantic. viii, 3 seqq.

(2) Sap. i, 4.

(3) Orat. in Salutationem Angelicam.

(4) In Constit. Sollicitudo omnium ecclesiarum viii

*arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua* (1). Heic duas arbores indigitat Sponsus: illam sub cujus tegmine serpentina suasionem corrumpitur Heva et morte quoque moritur: illam Crucis, ubi Christus per Mariam nobis vitam donavit. Intuitu meritorum Christi Virgo Maria, quasi sub Crucis umbraculo resurrectionis semina recipiens, resurrexit, et nos quoque resurgemus.

## LIBER SAPIENTIÆ

DILIGITE JUSTITIAM,  
QUI JUDICATIS TERRAM

1. Virgo Theotocos proprie fuit æternæ Sapientiæ habitaculum et sedes. *In malevolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis* (2). Anima porro Virginis nec malevola fuit, nec subditum peccatis corpus ejus: quoad animam igitur et corpus extitit æternæ Sapientiæ sedes et habitaculum. Hinc Andreas cretensis Mariam vocat *consecratum Regis palatium, unicum illius qui nusquam capitur, habitaculum* (3). Verumtamen in corpore Deiparentis æterna Sapientia specialiter habitavit tempore suæ *passivæ* Conceptionis, seu in primo illo instanti quo anima Virginis a Deo creata et in corpus infusa est, ut loquitur Alexander VII (4). Illa proinde disposuit corpus ejus, ne conditam animam parumper infusaret. In corpore Deiparentis æterna

decembr. 1661. De qua distinctione inter conceptionem activam et passivam, cf. Bened. XIV in op. de Pestis, lib. ii, cap. xv, num. 1, Op. edit. Rom. 1751, tom. x.

Sapientia specialiter habitavit, cum in illo cœlitus atque divinitus conceptus est, nec non ex illo speciosissimum coagmentavit sibi corpus. Sed æterna Sapientia quæ principium et finem, introitum et exitum, vitam et mortem fortiterque suaviterque disponit, in demortuo Deiparentis corpore specialiter habitaret oportuit, ne corpus laberetur in putredinem, quemadmodum ipsa disposuit, ne anima laberetur in culpam; et ut Virginis corpus cum æterna Sapientia foret in cœlo, quemadmodum ista cum corpore Virginis fuit in terra.

2. *Deus creavit hominem inexterminabilem* (1), scilicet incorruptibilem quoad corpus, ut explicant exegetæ omnes, dummodo tamen non fuisset Dei mandata transgressus; quapropter in cap. II Geneseos habetur: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, et ut Symmachus vertit: *mortalis eris*. Virgo autem Maria Dei Parens nulla fuit Dei mandata transgressa: igitur Deus et *inexterminabilem* seu incorruptibilem creavit Deiparam Virginem, et hac prærogativa non caruit ista, quam nullatenus originali justitia caruerit. *Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum* (2). Verum, qualiter serpentinum caput contere Virgo Maria poterat, si moriens et in morte jam remanens, illius trisulca lingua morderetur? antiquus namque coluber seu diabolus mortem nobis intulit. Quare, velut Christus moriens et resurgens, de illo triumphavit; sic Virgo Maria quæ Christo data fuit individua comes,

(1) Sap. II, 23.

(2) Ibid. vers. 24.

(3) Ibid. cap. IX, 15.

moriens et resurgens, viperinam superbiam et invidiam contere virginica planta debebat.

3. *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam* (3). Unde divus Gregorius: «Ipse quotidianus,» ait, «defectus corruptionis quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis (4)? Quaquæ die morimur, ut ita dicam, eo quod pars vitæ nostræ quotidie demitur. Vere proinde *corpus quod corrumpitur, aggravat animam*. Porro neque decebat, animam tantæ Virginis aggravari, neque vitæ parentem sensim pedetentimque vitam ipsam amittere. Non amittit utique vitam qui cum ipso vitæ fonte conjungitur. Unde, si retro licuit aliquando reverti, cum Veritate dicimus: *Incorruptio facit esse proximum Deo* (5). Cum autem Virgo Deipara fines Divinitatis attingat, ita, ut *sub Deo* reperiatur, prout loquitur Aquinas; inde sequitur, Virginem Mariam ob tantam cum Deo necessitudinem haudquaquam in ejus corpore potuisse corrumpi.

4. *In veste poderis, quam habebat* (Aaron), *totus erat orbis terrarum* (6); color enim hyacinthinus sive cælestis cælum ipsum et aerem, linum tellurem, purpura mare, coccinum ignem figurabat. Virginei corporis typum gessit hæc pontificia vestis: ipsum namque non *microcosmos* sed potius *megacosmos*, magnus nempe mundus, vocari congrue potest. Ratio patet. Ille qui nusquam in mundo capitur, in Mariano pectore clausus, natura mirante, visus est. Hoc Pontificis aspectu ira Dei juxta mulcetur, mors

(4) Homil. 27 in Evangelia.

(5) Sap. VI, 20.

(6) Ibid. XVIII, 24.

vorax aufugit: *His autem cessit, qui exterminabat, et hæc extimuit*. Ad eundem prope modum contra Virginem Deiparam mors voraci dente minax statim ire retro cogitur, et tam sacrum venerandumque corpus ceu deauratum vestitum pulcherrima varietate circumdatum mordere formidat.

## LIBER ECCLESIASTICI

OMNIS SAPIENTIA A DOMINO DEO EST

1. In hoc quoque sacro libro veritas enuntiata thesoro mirabiliter elucet. *Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea* (1). Hisce verbis expromitur corporea Deiparentis Assumptio de terrestri ad cælestem Jerusalem. Mox enim addit sacer locus: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion* (2). Cedrus et cypressus nunquam carie læduntur. Quare statua Jovis ex cedro facta, in Capitolio posita, post annos ducentos integra et sana reperta fuit. Cypressum etiam romani eligebant ad statuas faciendas. Et libri Numæ Pompilii chartacei reperti sunt Romæ terris infossi per annos 535 penitus incorrupti, eo quod liniti erant succo cedrino, ut scribit Plinius (3). Et Plato (4) mandavit, ut in cedro leges conscriberentur. Hinc fit, ut cum quampiam sententiam æterna memoria dignam pro-

(1) Eccli. XXIV, 15 et 16.

(2) Ibid. vers. 17.

(3) Lib. 13, cap. 13.

ferre audimus, respondeamus ex templo dicamusque: *Cedro digna locutus*, hoc est digna quæ conscribantur in cedro. Quum ergo B. Virgo Maria cedro et cypresso sese confert componitque, sui corporis incorruptibilitatem et immortalitatem satis aperte depromit.

2. *Quasi palma exaltata sum in Cades* (5). Græca versio non in Cades, sed in Engaddi legit et ponit. Sub hac metaphora palmæ Veritas Mariam adumbrat. Verum palma perpetuo virescit, semper foliis convestitur, laurumque virore plantas omnes antecellit. Deipara quoque Virgo quæ figuratur in palma, præ cæteris sanctis in cælo micantissima corpore lætantique juventute florere conspicitur.

3. *Quasi plantatio rosæ in Jericho* (6). Hortum amœnissimum variis florum generibus consitum Ecclesiam Dei esse, nemo reperitur qui ambigat. Hoc enim in divinis paginis testatissimum habemus: *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus* (7). In hoc horto cælestis ille hortulanus semper adest varia semina gratiarum atque virtutum conserens, lilia nitenti castimonia candicantia, violas cælesti conversione purpurantes, rosas martyrio puniçantes, quas inter eminent rosa venustissima Deipara Virgo, cui merito in Litaniis Lauretanis occinimus: *Rosa mystica*. Hæc est rosa illa nobilissima quæ de illustrium regum tamis progenita est; hæc insuper rosa illa fragrantissima, in quam apis illa cælestis advolavit, cui insedit, cui adhæsit, ex qua dulcem humanitatis florem decerpit. Hæc tamen animad-

(4) Lib. de legibus.

(5) Eccli. XXIV, 18.

(6) Eod. cit. loc.

(7) Cant. Cantio. IV, 12.

Sapientia specialiter habitavit, cum in illo cœlitus atque divinitus conceptus est, nec non ex illo speciosissimum coagmentavit sibi corpus. Sed æterna Sapientia quæ principium et finem, introitum et exitum, vitam et mortem fortiterque suaviterque disponit, in demortuo Deiparentis corpore specialiter habitaret oportuit, ne corpus laberetur in putredinem, quemadmodum ipsa disposuit, ne anima laberetur in culpam; et ut Virginis corpus cum æterna Sapientia foret in cœlo, quemadmodum ista cum corpore Virginis fuit in terra.

2. *Deus creavit hominem inexterminabilem* (1), scilicet incorruptibilem quoad corpus, ut explicant exegetæ omnes, dummodo tamen non fuisset Dei mandata transgressus; quapropter in cap. II Geneseos habetur: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, et ut Symmachus vertit: *mortalis eris*. Virgo autem Maria Dei Parens nulla fuit Dei mandata transgressa: igitur Deus et *inexterminabilem* seu incorruptibilem creavit Deiparam Virginem, et hac prærogativa non caruit ista, quam nullatenus originali justitia caruerit. *Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum* (2). Verum, qualiter serpentinum caput contere Virgo Maria poterat, si moriens et in morte jam remanens, illius trisulca lingua morderetur? antiquus namque coluber seu diabolus mortem nobis intulit. Quare, velut Christus moriens et resurgens, de illo triumphavit; sic Virgo Maria quæ Christo data fuit individua comes,

(1) Sap. II, 23.

(2) Ibid. vers. 24.

(3) Ibid. cap. IX, 15.

moriens et resurgens, viperinam superbiam et invidiam contere virginica planta debebat.

3. *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam* (3). Unde divus Gregorius: «Ipse quotidianus,» ait, «defectus corruptionis quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis (4)? Quaquæ die morimur, ut ita dicam, eo quod pars vitæ nostræ quotidie demitur. Vere proinde *corpus quod corrumpitur, aggravat animam*. Porro neque decebat, animam tantæ Virginis aggravari, neque vitæ parentem sensim pedetentimque vitam ipsam amittere. Non amittit utique vitam qui cum ipso vitæ fonte conjungitur. Unde, si retro licuit aliquando reverti, cum Veritate dicimus: *Incorruptio facit esse proximum Deo* (5). Cum autem Virgo Deipara fines Divinitatis attingat, ita, ut *sub Deo* reperiatur, prout loquitur Aquinas; inde sequitur, Virginem Mariam ob tantam cum Deo necessitudinem haudquaquam in ejus corpore potuisse corrumpi.

4. *In veste poderis, quam habebat* (Aaron), *totus erat orbis terrarum* (6); color enim hyacinthinus sive cælestis cælum ipsum et aerem, linum tellurem, purpura mare, coccinum ignem figurabat. Virginei corporis typum gessit hæc pontificia vestis: ipsum namque non *microcosmos* sed potius *megacosmos*, magnus nempe mundus, vocari congrue potest. Ratio patet. Ille qui nusquam in mundo capitur, in Mariano pectore clausus, natura mirante, visus est. Hoc Pontificis aspectu ira Dei juxta mulcetur, mors

(4) Homil. 27 in Evangelia.

(5) Sap. VI, 20.

(6) Ibid. XVIII, 24.

vorax aufugit: *His autem cessit, qui exterminabat, et hæc extimuit*. Ad eundem prope modum contra Virginem Deiparam mors voraci dente minax statim ire retro cogitur, et tam sacrum venerandumque corpus ceu deauratum vestitum pulcherrima varietate circumdatum mordere formidat.

## LIBER ECCLESIASTICI

OMNIS SAPIENTIA A DOMINO DEO EST

1. In hoc quoque sacro libro veritas enuntiata thesoro mirabiliter elucet. *Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea* (1). Hisce verbis expromitur corporea Deiparentis Assumptio de terrestri ad cælestem Jerusalem. Mox enim addit sacer locus: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion* (2). Cedrus et cypressus nunquam carie læduntur. Quare statua Jovis ex cedro facta, in Capitolio posita, post annos ducentos integra et sana reperta fuit. Cypressum etiam romani eligebant ad statuas faciendas. Et libri Numæ Pompilii chartacei reperti sunt Romæ terris infossi per annos 535 penitus incorrupti, eo quod liniti erant succo cedrino, ut scribit Plinius (3). Et Plato (4) mandavit, ut in cedro leges conscriberentur. Hinc fit, ut cum quampiam sententiam æterna memoria dignam pro-

(1) Eccli. XXIV, 15 et 16.

(2) Ibid. vers. 17.

(3) Lib. 13, cap. 13.

ferre audimus, respondeamus ex templo dicamusque: *Cedro digna locutus*, hoc est digna quæ conscribantur in cedro. Quum ergo B. Virgo Maria cedro et cypresso sese confert componitque, sui corporis incorruptibilitatem et immortalitatem satis aperte depromit.

2. *Quasi palma exaltata sum in Cades* (5). Græca versio non in Cades, sed in Engaddi legit et ponit. Sub hac metaphora palmæ Veritas Mariam adumbrat. Verum palma perpetuo virescit, semper foliis convestitur, laurumque virore plantas omnes antecellit. Deipara quoque Virgo quæ figuratur in palma, præ cæteris sanctis in cælo micantissima corpore lætantique juventute florere conspicitur.

3. *Quasi plantatio rosæ in Jericho* (6). Hortum amœnissimum variis florum generibus consitum Ecclesiam Dei esse, nemo reperitur qui ambigat. Hoc enim in divinis paginis testatissimum habemus: *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus* (7). In hoc horto cælestis ille hortulanus semper adest varia semina gratiarum atque virtutum conserens, lilia nitenti castimonia candicantia, violas cælesti conversione purpurantes, rosas martyrio punicantes, quas inter eminent rosa venustissima Deipara Virgo, cui merito in Litaniis Lauretanis occinimus: *Rosa mystica*. Hæc est rosa illa nobilissima quæ de illustrium regum tamis progenita est; hæc insuper rosa illa fragrantissima, in quam apis illa cælestis advolavit, cui insedit, cui adhæsit, ex qua dulcem humanitatis florem decerpit. Hæc tamen animad-

(4) Lib. de legibus.

(5) Eccli. XXIV, 18.

(6) Eccl. cit. loc.

(7) Cant. Cantio. IV, 12.

vertendum ducimus, rosam et mortuis et sepultis utilem evadere; cariei namque resistit, et putredinem odoremque fædum arcet. Id voluit Homerus, cum finxit cadaver Hectoris a Venere oleo rosaceo inunctum, et ob id a canibus et alitibus, quibus ad devorandum expositum erat, fuisse præservatum. Apud eundem Homerum legitur de Ulysse, quod marinis fluctibus squalidus a Pallade rosarum oleo delibutus pristinum decorem recuperaverit. Porro si rosa cariem et putredinem arcet, pristinumque nitorem restituit; B. quoque Virgo in suo corpore tamquam mystica rosa cariem et putredinem arcere debebat, nec non suum quem morte perdidit, rutilum recuperare splendorem: siquidem in correlativis eandem prope virtutem utrimque dignoscamus oportet.

Insuper: Maria non rosæ cuilibet, sed jerichontinæ assimilatur: *Quasi plantatio rosæ in Jericho*; non in illo Jericho a Josue maledicto, amaro, sterili, insalubri; sed in eo, cui Eliseus benedixit, salubri, fœcundo, sacro. Saligniacus (1) testatur, in Jericho prope fontem Elisei hujus generis rosas enasci quæ nocte illa qua Salvator de Virginis utero prodire dignatus est, quamvis siccæ sint, paulatim tamen sponte sua se aperiunt, et post eam noctem ramos iterum contrahunt, et in globum se colligunt. Itidem rosa dicitur quasi *rose sata*: nam secundum Galenum rosa se in aurora dulciter aperit, roremque cæli ac solis splendorem imbibit; sed recedente sole, iterum se claudit. Ad eundem prope modum rosa Mariana,

(1) Tom. 9 *Descriptionis Terræ sanctæ*, cap. 6.

nuntio Gabrielis accepto, in aurora se aperuit, et angelicam salutationem quæsi cælestem rorem accepit, et nedum solis claritatem, sed et ipsummet justitiæ Solem sibi realiter incorporavit. At iterum se clausit, ut perpetuo clausa conclusaque permaneret. Si porro Virgineum Deiparæ corpus, mystica prouti rosa, fuerit jugiter clausum, neque in eo vir unquam transierit; mors illud aperiret, et obscura pallentique facie nedum transiret, sed in eo sua corruptione maneret, infuscarer, arroderet?

4. Etiam olivæ se Virgo Deipara comparat, ut inde suam agnoscere queas incorruptibilitatem. *Quasi oliva speciosa in campis* (2). Olivarum autem est virescere semper, ita, ut diu sub diluvii aquis integræ manserint. Inquit enim Moses, Noemum ex arca dimississæ columbam, quæ ad eum reversa est, ramusculum oleæ virentibus foliis suo rostro ferens. Alia dehinc Scriptor hagiographus inserit, quæ simul interpretari de corporea Deiparentis Assumptione poterunt. Sed ne nimii fortasse simus, hucusque de hoc libro.

#### PROPHETÆ MAJORES

ISAIAS, JEREMIAS CUM BARUCH,  
EZECHIEL, DANIEL

VISIO ISALÆ PROPHETÆ FILII AMOS

1. B. Virg. Deiparens est solium incarnationis Filii Dei. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* (3), id est B. Virginem Mariam excelsam quantum ad ani-

(2) Eccli. xxiv, 19. (3) Isa. vi, 1.

mam, et elevatam quantum ad corpus. Ita magnus Albertus (1). Non poterat autem Virgineum corpus elevari, nisi fuisset in cælum divinitus assumptum.

2. Petrus cellensis primum monachus, carnotensis dein episcopus, cum de Assumptione Virginis ad populum sibi creditum sermonem habuisset, integralis Mariæ glorificationis momenta cælites exponere fingit, iisque prophetæ verbis: *Virgo Israel revertere in civitates tuas* (2), de inclyta Dei Genitrice Maria interpretatis, addit: « Primo revertere a captivitate mundi; quia captivitati non debet subijci, per quam captivi a captivitate sua sunt absoluti. Secundo revertere ab homine sine corruptione carnis; quia sicut immunis es a corruptione peccati, sic ad immortalitatem transire debes absorta mortalitate per gratiam Dei. Tertio revertere ad libertatem gloriæ filiorum Dei; quia sicut peccatum nunquam regnavit in tuo mortali corpore, sic digna es perfrui etiam in carne virginali eadem spiritus libertate, qua fruuntur in sua spiritali substantia angeli ab ipsa sua creatione sive potius confirmatione. Quarto revertere ut intueamur te a dignitate angelorum ad superexcellentiā jam beatificorum spirituum; quia sicut in facie Filii tui desideramus prospicere, sic in specie, et in plenitudine tua vultus defigere volumus, et luce vultus tui illustrari omnimodis satagimus (3). »

(1) Biblia Mariana, liber Isaia, n. 3.

(2) Isa. xxxi, 21.

(3) Serm. II de Assumpt.

(4) Isa. xlix, 15.

3. Idem præclarissimus auctor alium Isaia locum ad rem nostram explicat; inquit enim: « Quid autem caro Virginis? Nonne fuit præjacens materia, de qua opifex Trinitas naturam humanam fabricavit, quam inseparabiliter univit Verbo Dei una simul operatione non tamen eadem Trinitatis assumptione?... De hac sanctificata massa partem sibi Filius Dei assumpsit, quam statim assumendo deificavit, et tam ille quam de illa in tota protoplasti massa tam redemptione, quam sanctificatione operatus est salutem totius ejusdem humani generis; ac deinde sprevit, dereliquit, oblitusque est lectuli sui, cubiculique sui, templi sui, ortus sui, paradisi sui, matris suæ? absit; *etsi mater*, inquit, *oblita fuerit filii sui, ego non obliviscar tui* (4). Nemo carnem suam odio habet, nec Jesus distulit quidem in matre vincula carnis solvere, nec destitit mansionem juxta se etiam parare (5). »

4. Prophetarum Domina, Virgo Maria est virga percutiens dæmones. *Quid tu vides, Jeremia? Et dixit: Virgam vigilantem* (6), id est Mariam, terribiliter super dæmones vigilantem, ita, ut isti super eam, quemadmodum super omnes homines, mortis imperium exercere nequiverint. Confer Albertum (7). — Item ipsa est civitas et domus salvationis. *Convenite, et ingrediamur civitatem munitam* (8), hoc est Virginem Mariam singulariter munitam in natura, et ideo speciosa

(5) Serm. vii de Assumpt. sub initio.

(6) Jerem. i, 11.

(7) Biblia Mariana, liber Jeremiæ, n. 1.

(8) Jerem. viii, 14.



vertendum ducimus, rosam et mortuis et sepultis utilem evadere; cariei namque resistit, et putredinem odoremque fædum arcet. Id voluit Homerus, cum finxit cadaver Hectoris a Venere oleo rosaceo inunctum, et ob id a canibus et alitibus, quibus ad devorandum expositum erat, fuisse præservatum. Apud eundem Homerum legitur de Ulysse, quod marinis fluctibus squalidus a Pallade rosarum oleo delibutus pristinum decorem recuperaverit. Porro si rosa cariem et putredinem arcet, pristinumque nitorem restituit; B. quoque Virgo in suo corpore tamquam mystica rosa cariem et putredinem arcere debebat, nec non suum quem morte perdidit, rutilum recuperare splendorem: siquidem in correlativis eandem prope virtutem utrimque dignoscamus oportet.

Insuper: Maria non rosæ cuilibet, sed jerichontinæ assimilatur: *Quasi plantatio rosæ in Jericho*; non in illo Jericho a Josue maledicto, amaro, sterili, insalubri; sed in eo, cui Eliseus benedixit, salubri, fœcundo, sacro. Saligniacus (1) testatur, in Jericho prope fontem Elisei hujus generis rosas enasci quæ nocte illa qua Salvator de Virginis utero prodire dignatus est, quamvis siccæ sint, paulatim tamen sponte sua se aperiunt, et post eam noctem ramos iterum contrahunt, et in globum se colligunt. Itidem rosa dicitur quasi *rose sata*: nam secundum Galenum rosa se in aurora dulciter aperit, roremque cæli ac solis splendorem imbibit; sed recedente sole, iterum se claudit. Ad eundem prope modum rosa Mariana,

(1) Tom. 9 *Descriptionis Terræ sanctæ*, cap. 6.

nuntio Gabrielis accepto, in aurora se aperuit, et angelicam salutationem quæsi cælestem rorem accepit, et nedum solis claritatem, sed et ipsummet justitiæ Solem sibi realiter incorporavit. At iterum se clausit, ut perpetuo clausa conclusaque permaneret. Si porro Virgineum Deiparæ corpus, mystica prouti rosa, fuerit jugiter clausum, neque in eo vir unquam transierit; mors illud aperiret, et obscura pallentique facie nedum transiret, sed in eo sua corruptione maneret, infuscarer, arroderet?

4. Etiam olivæ se Virgo Deipara comparat, ut inde suam agnoscere queas incorruptibilitatem. *Quasi oliva speciosa in campis* (2). Olivarum autem est virescere semper, ita, ut diu sub diluvii aquis integræ manserint. Inquit enim Moses, Noemum ex arca dimississæ columbam, quæ ad eum reversa est, ramusculum oleæ virentibus foliis suo rostro ferens. Alia dehinc Scriptor hagiographus inserit, quæ simul interpretari de corporea Deiparentis Assumptione poterunt. Sed ne nimii fortasse simus, hucusque de hoc libro.

#### PROPHETÆ MAJORES

ISAIAS, JEREMIAS CUM BARUCH,  
EZECHIEL, DANIEL

VISIO ISALÆ PROPHETÆ FILII AMOS

1. B. Virg. Deiparens est solium incarnationis Filii Dei. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* (3), id est B. Virginem Mariam excelsam quantum ad ani-

(2) Eccli. xxiv, 19. (3) Isa. vi, 1.

mam, et elevatam quantum ad corpus. Ita magnus Albertus (1). Non poterat autem Virgineum corpus elevari, nisi fuisset in cælum divinitus assumptum.

2. Petrus cellensis primum monachus, carnotensis dein episcopus, cum de Assumptione Virginis ad populum sibi creditum sermonem habuisset, integralis Mariæ glorificationis momenta cælites exponere fingit, iisque prophetæ verbis: *Virgo Israel revertere in civitates tuas* (2), de inelyta Dei Genitrice Maria interpretatis, addit: « Primo revertere a captivitate mundi; quia captivitati non debet subijci, per quam captivi a captivitate sua sunt absoluti. Secundo revertere ab homine sine corruptione carnis; quia sicut immunis es a corruptione peccati, sic ad immortalitatem transire debes absorta mortalitate per gratiam Dei. Tertio revertere ad libertatem gloriæ filiorum Dei; quia sicut peccatum nunquam regnavit in tuo mortali corpore, sic digna es perfrui etiam in carne virginali eadem spiritus libertate, qua fruuntur in sua spiritali substantia angeli ab ipsa sua creatione sive potius confirmatione. Quarto revertere ut intueamur te a dignitate angelorum ad superexcellentiā jam beatificorum spirituum; quia sicut in facie Filii tui desideramus prospicere, sic in specie, et in plenitudine tua vultus defigere volumus, et luce vultus tui illustrari omnimodis satagimus (3). »

(1) Biblia Mariana, liber Isaia, n. 3.

(2) Isa. xxxi, 21.

(3) Serm. ii de Assumpt.

(4) Isa. xlix, 15.

3. Idem præclarissimus auctor alium Isaia locum ad rem nostram explicat; inquit enim: « Quid autem caro Virginis? Nonne fuit præjacens materia, de qua opifex Trinitas naturam humanam fabricavit, quam inseparabiliter univit Verbo Dei una simul operatione non tamen eadem Trinitatis assumptione?... De hac sanctificata massa partem sibi Filius Dei assumpsit, quam statim assumendo deificavit, et tam ille quam de illa in tota protoplasti massa tam redemptione, quam sanctificatione operatus est salutem totius ejusdem humani generis; ac deinde sprevit, dereliquit, oblitusque est lectuli sui, cubiculique sui, templi sui, ortus sui, paradisi sui, matris suæ? absit; *etsi mater*, inquit, *oblita fuerit filii sui, ego non obliviscar tui* (4). Nemo carnem suam odio habet, nec Jesus distulit quidem in matre vincula carnis solvere, nec destitit mansionem juxta se etiam parare (5). »

4. Prophetarum Domina, Virgo Maria est virga percutiens dæmones. *Quid tu vides, Jeremia? Et dixit: Virgam vigilantem* (6), id est Mariam, terribiliter super dæmones vigilantem, ita, ut isti super eam, quemadmodum super omnes homines, mortis imperium exercere nequiverint. Confer Albertum (7). — Item ipsa est civitas et domus salvationis. *Convenite, et ingrediamur civitatem munitam* (8), hoc est Virginem Mariam singulariter munitam in natura, et ideo speciosa

(5) Serm. vii de Assumpt. sub initio.

(6) Jerem. i, 11.

(7) Biblia Mariana, liber Jeremiæ, n. 1.

(8) Jerem. viii, 14.

fuit præ filiis hominum; singulariter munitam in gratia, qua majorem nullus habuit; singulariter munitam in gloria, ita ut cum anima et corpore in cælum assumpta sit.

5. Apud ipsum Jeremiam nobile solium invenimus, beatissimam Deiparam adumbrans. *Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ* (1). Hoc solium Rabbi Haccados Mariam esse dicit: « Mater Messiae futura est sedes Dei, ut in ea sederet Rex Messias ad augendam majestatis suæ gloriæ cunctis mortalibus (2). » Idem sentit Petrus Galatinus, inquit: « Ego per solium gloriosam Virginem Messiae Matrem intelligi arbitror, quæ est sedes Dei Altissimi (3). » Solium autem gloriæ poterat sine gloria manere sepultum? si magnum extiterit a principio, scilicet a primo instanti suæ Conceptionis, ad nihilum dein reduceretur in tumulto? Id animus meminisse, lingua referre, manus scribere reformidat. Hoc solium Deo gloriæ contulit, huic solio Deus gloriæ conferre quoque debuit.

6. *Exue te, Jerusalem, stola luctus, et vexationis tuæ: et indue te decore, et honore ejus, quæ a Deo tibi est, sempiternæ gloriæ. Circumdabit te Deus diploide justitiæ, et imponet mitram capiti honoris æterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, omni qui sub cælo est* (4). Quid per *Jerusalem* nisi Maria? hæc melius quam illa Christum Dominum regumque Regem in suo purissimo

(1) Jerem. xvii, 12.

(2) In lib. revelat. arcanorum ad petitionem 3.

(3) In lib. 7 de arcanis fidei, cap. 18.

ventre continuit. Quid per *stolam luctus et vexationis* qua se Virgo Maria debet exuere, nisi miserabilis humana mortalitas? quid autem per *decorem et honorem sempiternæ gloriæ*, quid per *diploidem et mitram honoris æterni*, nisi beatissimæ immortalitatis stola refulgens? Hactenus de Baruch qui discipulus et secretarius Jeremiæ fuit.

7. *Majestas Domini ingressa est templum* (5), nempe corpus Virginis, semel cum illud sanctificavit, iterum cum illud conglorificavit. Unde sequitur: *Et repleta erat gloria Domini domus.* — Item B. Virgo est porta clausa. *Convertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad orientem, et erat clausa* (6). Glossa: Virgo Maria, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. *Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.* Virginis porro corpus quod, Deo jubente, clausum omnino esse debebat, ne quavis labe fœdaretur, mors, vermes, corruptio, putredo transirent per eam ad libitum, et per eam in quam zelotes Dominus Deus Israel ingressus est, ingrederentur? Hoc dicere vel insanus vel impius non auderet. — Præterea: thronus ille sapphirinus Ezechielis (1, 26) quid aliud, quam B. V. Mariam præsignificabat? sicut enim sapphirus, licet ex elemento terrestri, opaco et obscuro habeat originem, cælestis tamen coloris figuram

(4) Baruch v. 1 seqq.

(5) Ezech. xliii, 4.

(6) Ibid. cap. xlii, 1 et 2.

refert, et aureis punctis collucet; sic Deiparæ corpus, quamquam de terra terrenum, tamen de cælo cæleste, glorificatum est enim, quodammodo fulget.

8. Et ut ab Ezechiele gradum faciamus in Daniele, dicimus. Videbat Nabuchodonosor rex Babylonis in somno statuam protendentem quatuor imperia mundi, quæ a lapide de monte abscisso contrita sunt (1). Lapis hic *abscissus sine manibus*, Christus est, qui in conceptu et in nativitate fuit quasi lapis *abscissus sine manibus*, lapis, inquam, super quem fundata est Ecclesia. *Lapidem quem reproba-verunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* (2). *Abscissus sine manibus*, quia sponte sua, nullisque manibus intervenientibus, hoc est opere nuptiali, in mundum celeri volatu descendit, eodem modo in uterum Virginis illapsus, et ex eodem elapsus prodiit. *Abscissus est de monte*, nempe de beata Virgine, quæ ferme mons habuit omnium gratiarum ac virtutum sublimitatem. Hic autem mons, Virgineum nempe corpus, quod *lapide sine manibus abscisso* erectam statuam, videlicet diabolus magna superbia tumentem, minutatim concidit, non poterat ab ipso diabolo qui mortis imperium habet, in tumulto minutatim concidi. — Præpositi mysterii simile quidpiam natura depro-mit. Dioscorides scribit, in sapphiri visceribus innasci lapidem sane pretiosum, et ipso qui genuit, pretio-

(1) Dan. ii, 45.

(2) Psalm. cxvii, 21.

(3) In epist. ad Eustochium de custodia virgin., cap. 22.

(4) Lib. 3, cap. 28.

sorem, lucidum atque splendentem carbunculum. Ad eundem modum ex virginum gemma Maria natus est lapis angularis excissus de monte sine manibus, nobilior et matre, utpote potius nobilitatis auctor. Ita hunc typum explicant SS. Hieronymus (3), Irenæus (4), Justinus (5), Epiphanius (6), Augustinus (7), Theodoretus, Rupertus, aliique passim. Porro carbunculus, nempe Christus, et sapphirus, nempe Virgo Deipara simul pretiosa immortalitatis luce renitent, sic tamen, ut prior Ascensione, posterior Assumptione lucem illam obtinuerit.

#### PROPHETÆ MINORES

OSEAS, JOEL, AMOS, MICHÆAS,  
NAHUM, HABACUC, ABDIAS, JONAS,  
SOPHONIAS, AGGÆUS, ZACHARIAS,  
MALACHIAS

VERBUM DOMINI QUOD FACTUM EST  
AD OSEE FILIUM BEERI

1. Oseas unus ex duodecim prophetis minoribus introducit Messiam hæc verba loquentem: *Ero quasi ros* (8). Hæc metaphora mirabilem Deiparentis virginitatem, ejusdemque mirabilem Assumptionem adumbravit. Rorem ita fere generari perhibent philosophi. Calor cælestis vaporem quemdam exiguum et subtilem congregat. Is serenæ noctis frigore in arctum cogitur, hinc ros existit. Si vehementius sit frigus, eandem ma-

(5) Dialog. contra Tryph.

(6) De laud. Virg.

(7) Tract. 9 in Joannem.

(8) Osee xiv, 6.

teriam congelat in pruina. Similem in modum peracta Christi generatio fuit. Calor caelestis, hoc est Spiritus sanctus, qui divinus nuncupatur ignis, subtilissimum vaporem benedictae hujus terrae, Virginis Mariae, hoc est purissimum ejus sanguinem congregavit, et ad locum ad id a natura destinatum obumbratione, tamquam temperato serenae noctis frigore, momento temporis in corpoream massam coegit, ac divino artificio membrorum organa disposuit, corpusculique fabricam erexit, atque ita ros divinus formatus est, qui specialius in ipsam Mariam pluit: pluit in animam ejus, et eam ad omnigenae perfectionis culmen evexit; pluit in corpus ejus, et istud ad caelestia tabernacula sublimavit. Aristoteles docet, rorem in ima et humillima parte aeris generari (1). Experientia quoque monstrat, rorem non in montibus, sed in vallibus aliisque locis demissis reperiri. Ad eundem prope modum ros ille divinus descendit in imum et humillimum locum, scilicet in tumulum humillimae Virginis, quae ineffabilibus resurrectionis irrorata dulcoribus, in hanc vocem tunc iterum erupit: *Respexit Deus humilitatem ancillae suae.*

Id ipsum sacer textus magis magisque roborat; prosequitur enim, Virginis Mariae gloriam praefigurans: *Germinabit sicut lilium, et erumpet radix ejus ut Libani. Ibunt rami ejus, et erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani* (2). Quam pulcre congruunt haec verba cum metaphora

(1) Lib. 1 Meteororum, cap. 10.

(2) Osee xiv, 6 et 7.

(3) Joel 1, 20.

roris! perinde ac si diceret: ut simul Virgineum corpus rorem divinum imbibet, ut sicut lilium germinaverit, et eruperit radix ejus ut Libani, scilicet in sempiternum, et caput et manus et pedes ejus tamquam rami consurrexerint, nec non suum corpus ut oliva quae semper viret, virens, fragrantemque late diffundens odorem, fuerit in perpetuas aeternitates caelesti gloria fruiturum.

2. Domina nostra Virgo Maria est illa ad quam omnis creatura respicit post Deum. *Sed et bestiae agrum, nimirum peccatores, quasi arca sitiens imbrem, suspexerunt ad te.* Glossa: ad Virginem Mariam, quia *exsiccati sunt fontes aquarum* (3): sed tu non, quae plenitudine gratiarum superabundas. Ecquem peccatores efflagitant imbrem? illum profecto quem mystice suum gloriosum corpus generat in caelis, prout olim generavit in terris. *Fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum* (4). Per fontem intelligitur Maria quae fuit et est omnium gratiarum scaturigo. *De domo Domini, nimirum de Ecclesia militanti, egressa fuit, quando cum anima et corpore in Ecclesiam triumphantem assumpta est.* Recole magnum Albertum (5). *Et irrigabit torrentem spinarum.* Glossa: ut qui vitiorum spinis pungebantur, modo virtutum floribus adornentur.

3. *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit: et recedificabo aperturas murorum ejus, et ea quae corruerant instaurabo* (6). In

(4) Ibid. cap. iii, 13.

(5) Biblia Mariana, liber Joel, n. 2.

(6) Amos ix, 11.

hoc tabernaculo Virginis corpus satis aperte designatur. Unde Chrysostomus vel alius auctor apocryphus Virgineum corpus appellat: *Tabernaculum gloriae* (1). Et vere tabernaculum gloriae: Deus enim per prophetam tabernaculum hoc sive Marianum corpus *quod cecidit*, nempe mortem oppetiit ut Christum imitaretur, nova gloria resurrecturum spondit.

4. *Et erit: In novissimo dierum erit mons domus Domini praeparatus in vertice montium et sublimis super colles* (2). Monti comparatur B. Virgo Maria. Quare divus Gregorius inquit: « Mons sublimis est Maria, quae meritorum verticem super omnes angelorum choros usque ad solium deitatis erexit (3). » Et divus Joannes Damascenus similiter ait: « Virgo est mons ille, qui collem omnem ac montem, id est angelorum omnium et hominum sublimitatem exsuperat: mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo (4). Sed non tantum propheticè designatur *mons*, verum etiam *mons domus Domini*, Virgineum nempe corpus in quo specialissime Dominus Deus habitavit: *Sapientia edificavit sibi domum* (5). Qualem domum? Marianum corpus, Patres atque Doctores uno ore fatentur. Hoc igitur corpus, illa speciosissima domus a Deo in caelestis sublimitatis vertice collocatur. — *Et tu, turris gregis nebulosa filice Sion, usque ad te veniet* (6). Turris est aedificium altum toti fabricae sat eminens ac forte, ad quod, ingruente hoste,

(1) Serm. ix de Assumpt.

(2) Mich. iv, 1.

(3) In I. Reg. cap. 1.

(4) Orat. 1 de Nativ. (5) Prov. ix, 1.

cives confugere solent, sicut olim romani in quovis hostium incursu confugiebant ad Capitolium, babylonii ad turrinam Babel. Porro Virginis corpus cujus typum gessit illa turris per Michaeam praesignata, ut ait Justinus Miechoviensis (7), tum eminent cunctis corporibus, caelesti gloria fruens, tum forte reperitur, adeo, ut illud arrodere nulla corruptio possit, nulla putredo. Turris insuper est exterius solida, versus caelum erecta, et intus concava: tale fuit Virginis Deiparae corpus. Exterius fuit singulari Dei protectione solidatum, versus caelum stetit erectum, igne sancti Spiritus accensum: sicut autem scintilla igne protinus inflammata sursum extollitur; sic Deiparae corpus igne sancti Spiritus accensum ad alta bona caelestia sursum elevabatur. Concavum interius fuit, terrenis nempe motibus vacuum, et proin ad caelica palatia conscendenda velocius.

5. Joannes patria Euboensis haec de cathedra docuit, haec scriptis deinde tradidit: « Et nos igitur, dilectissimi, mente solventes illud Nahum prophetae oraculum, quo inquit: *Age, o Juda, solemnitates tuas, ascendit enim qui afflat in faciem tuam, te a tribulatione eripiens* (8), omnes spiritali laetitia gestientes Dei genitricis Mariae sacra solemnia celebramus. Ipsa enim ex Juda est, et Dominus ex ea secundum carnem. Quocirca inter divinos solemnesque dies, Deiparae quoque, quae spes est omnium nostrum, merito festa celebranda sunt. Ideoque

(6) Mich. iv, 8.

(7) In proem. ad disc. cccLii.

(8) Nah. 1, 15.

extra decem solemnitatum numerum, vivificum quoque illius dormitionis festum agimus et nos, post ascensum Domini N. J. C. in cælum et descensum sanctissimi et vivificantis Spiritus in beatos apostolos (1). » Inter majores igitur solemnitates et illam Virginis corporaliter assumptæ propheta Nahum de longe cognovit, et ut festive celebraretur, illexit.

6. Prophetes Habacuc tum Ascensionem Christi tum Assumptionem Virginis præcognovit. Magnus enim Gregorius inquit: « De hac ascensionis ejus gloria etiam Habacuc ait: *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo* (2). » Qualiter autem in suo ordine luna reperitur? Cum amicta sole in æthereo vertice niveo fulgore scintillat. Pariter et Maria quæ lunæ comparatur. Igitur *elevatus est sol*, nimirum Ascensione, *et luna stetit in ordine suo* (3), videlicet Assumptione. Quam pulchre geminum mysterium, quam armonice copulatimque propheta declarat!!

7. *Et in monte Sion erit salvatio, et erit sanctus* (4). Hunc montem Sion Virginem præsignasse Deiparam, sat clara res est. Hic vero mons dicitur *sanctus*, et hac de causa incorruptibilis secundum illud Psalmographi nuperius explicatum: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Hæc insuper docet Aquinas: « Nomen sanctitatis duo videtur importare. Uno quidem modo munditiam; et huic significationi competit nomen græcum *Agios*, quasi sine terra. Alio modo

(1) Serm. in Concept., num. 22.

(2) In hom. 29. super cap. xvi. Marci.

(3) Hab. iii, 11.

(4) Abd. i, 17.

importat firmitatem; unde apud antiquos Sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, ut violari non deberent. Unde et dicitur aliquid esse sancitum, quia est lege firmatum (5). » Quare mons ille sanctus, Virgo Maria, tanta munditia ac firmitate pollebat, ut sive coinquinari, sive corrumpi nequiret.

8. *Et præparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam; et erat Jonas in ventre piscis tribus diebus, et tribus noctibus... Et dixit Dominus pisci; et evomuit Jonam in aridam* (6). Id sapientissime factum non solum mortis et resurrectionis Christi, verum etiam mortis et resurrectionis Deiparæ figurativam gerebat imaginem. Unde nuperrimus hymnographus græcus Nicolaus Malaxus in Ode vi ad diem xv augusti hæc habet: « Descendisti ad ima terræ, o B. Virgo... sed incorrupta permanes, et egrederis ad æternam vitam, ut Jonas a cete. »

9. *In die illa dicitur Jerusalem: Noli timere: Sion, non dissolvantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis: ipse salvabit* (7). Porro si certum verumque sit, per Jerusalem et Sion Virginem Mariam designari, velut ante præfati sumus; certum verumque pariter est, prophetam Sophoniam hoc in loco Virginis immortalitati prælusisse. Ait enim: *Sion, non dissolvantur manus tuæ*.

10. *Magha erit gloria domus istius novissimæ, plusquam primæ* (8). Non

(5) 2. 2. quæst. 81, art. 8.

(6) Jon. ii, 1 et 11.

(7) Soph. iii, 16 et 17.

(8) Agg. ii, 10.

a gentium divitiis sed a præsentia Messæ secundi hujus templi gloria repetenda est, quum istius posterioris templi quod Zorobabel cum Jesu filio Josedech summo sacerdote post captivitatem babyloniam construxit, longe minor gloria fuerit, quam illius primi quod Salomon fabricaverat. Nam præter majorem auri et opum copiam quinque res nobilissimæ fuerunt in templo primo quibus caruit secundum, scilicet arca testamenti, *urim* et *thummim*, hoc est, doctrina et veritas aureis, purpureis byssinisque contexta litteris, ignis cælestis, prophetia, et Deus in propitiatorio sedens, et inde depromens oracula. Hisce prælatis, nulli dubium esse potest, quin domus hæc de qua vaticinatus est Aggæus, præsignificaverit Deiparam Virginem, cujus gloria certe major, quam illius primæ domus a Salomone constructæ. Prima domus, hoc est primum templum salomonicum auro fulgebatur; secunda domus auro immortalitatis refulgere conspicitur: in prima fuit arca, cherubini, propitiatorium, figuræ Messæ; in secunda fuit verus Messias, cujus splendor etiam nunc temporis eam totaliter gloriosam irradiat. Prima domus fuit a chaldæis polluta, profanata, diruta; secunda nulli unquam violentiæ tartarei hostis succubuit, nullis unquam sepulchralis corruptionis inquinamentis polluta est.

11. Pariter B. Virgo est in Ecclesia candelabrum illuminationis. *Et dixit ad me angelus: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, et ecce candelabrum au-*

*reum totum*, id est Maria, *et lampas ejus*, id est Christus, *super caput ipsius, et septem lucernæ ejus super illud* (1), nimirum septem dona Spiritus sancti. Prima qualitas auri pretium est, secunda nitor, tertia proprietatis ab aura desumitur ex qua auri etymologia dependet: hinc aurum dicitur ab aura quæ ipse splendor est, ut tradit etymologicus scriptor Isidorus (2), modulante poeta:

Discolor inde auri per ramos aura refulsit (3).

Verum, si candelabrum quod vidit Zacharias, Deiparæ typum gesserit; si totum illud refulserit auro, nempe tota Maria in anima et corpore; non poterat ista tantis irradiata fulgoribus in sepulcro auream lucem amittere, ita, ut dicere quodammodo possemus: *Aleph. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii* (4)?

12. Denique Malachias sub metaphora solis idem mysterium reseravit, cum vaticinatus est: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ* (5). Elegans metaphora; nam Christus veniens in mundum, eum quasi sol oriens illuminavit, calefecit, omnique gratia et virtute sæcundavit et vivificavit. Sol in ortu suo sine alicujus detrimento apparet, immo auratis ejus radiis totus mundus condecoratus splendescit; ita Christus sine detrimento maternæ virginitatis in hoc apparuit mundo. Præterea, sol radiis suis vitrum pervadens, illud non frangit, sed potius exornat, illu-

(1) Zach. iv, 2.

(2) Lib. 15, cap. 17.

(3) Æneid. lib. 6.

(4) Jerem. de Lament., iv, 1.

(5) Malach. iv, 2.

minat, magisque splendidum reddit; ita Christus purissimæ Virginis crystallina viscera penetrans, ea non divisit, non fregit, sed nova luce firmavit, ac nova pulcritudine decoravit. Sed ista nova lux, ista nova pulcritudo quæ crystallina Mariana viscera penetravit, ab his non poterat avelli, quum sol justitiæ sit semper oriens et nescit occasum. Hoc pia mente revolvens atque ponderans Chrysippus hunc in modum Christum salutatur: « Ave solis ortus, qui nullum ferre potes occasum. Sol oriens orientem non inficit atrore, sed decorat splendore (1). » Deinde subjungitur, hunc orientem super quem jugiter sol justitiæ micat, Virginem esse Deiparam.

## DUO LIBRI MACHABÆORUM

ET FACTUM EST, POSTQUAM PERCUSSIT  
ALEXANDER PHILIPPI, MACEDO

1. Huc iterum de Elia zelum legis zelante certiores facti sumus, ipsum in cælum receptum esse (2), et quidem in anima et corpore. Cælicus iste raptus corpoream Deiparentis Assumptionem præfiguratur. Quapropter Amadeus Lausannensis inquirens, cur ascendente Domino et ejus Mater illico non fuerit in cælum assumpta, memorat Eliam, cujus similitudine debebat in ætherea regna sublimiter evehi. Namque scribit: « Quæritur cur ascendente Domino in cælum, mater ejus quæ tanto eum amplectebatur affectu, non statim sequuta est? Cum enim nulla peccati nube depressa, nulla vitæ macula respersa,

(1) Serm. de Virgin. Deip.

(2) I. Mach. II, 58.

super ignem ruberet ob charitatem, luce clarior ob castitatem, ipsis etiam præclara cælicis ob virginei partus novitatem, mirum videbatur, quare cum filio non statim ad æthera provehebatur. Certe Henoch in cordis munditia coram Deo ambulavit, et non apparuit, quia transtulit illum Deus. Elias quoque charitatis igne nimio succensus et equis igneis raptus memoratur. Illa vero Henoch excedens cordis munditia, et amoris prærogativa major Elia, quare cum illo quem genuit, non illico in cælum efferebatur (3)? » Dein concluditur, Virg. Deiparam, non secus ac Henoch et Elias, in cælum, moram faciente nullam, sublimari.

2. Septem illi fratres qui sub Antiocho animi strenuitate martyrium passi sunt, respondebant Antiocho supplicia comminanti: *Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectionem suscitabit* (4). Hoc aptari Virgini Deiparæ potest, adeo, ut simili propemodum ratione Virginem ipsammet vitam functam vel janjamque morituram terribilissimæ morti quæ illam sub suo tenere præsumpsit imperio, divina pollicitatione fultam respondisse videatur: *Rex mundi defunctam me pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectionem suscitabit* post tres dies. Quapropter, ut alia id genus omittam, sua sponte fluit, illius purissimam carnem, cum dederit Dominus Dilectæ suæ somnum, nullimode vidisse corruptionem, sed spiritu una cum corpore in æthereas fuisse sedes inlatam.

(3) Hom. VII de Virg. Assumpt.

(4) II. Mach. VII, 9.

## NOVUM TESTAMENTUM

## EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM

LIBER GENERATIONIS JESU CHRISTI,  
FILII DAVID, FILII ABRAHAM

1. Assumptionis veritatem non minus luculenter novi fœderis sacra Biblia pandunt. *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ: de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus* (1). Magnum et palmare pro Assumptione Virginis argumentum suppeditat divina Maternitas, quum incongruum omnino videatur, inclytam Theotocon subjacuisse corruptioni. Hoc ratio docet, hoc pietas evincit, hoc demum auctoritas snadet. Unde sic loquitur Andreas cretensis: « Quæ auctorem vitæ pepererat, in eo loco jam redi-vivâ collocatur, ubi fons perennis est vitæ, qui corpus et animam illius primo inter se vinxerat, moxque soluta, indissolubili vinculo inter se rursus colligaverat (2). » Joannes quoque Damascenus ut probet, Mariam, etsi ob humanæ naturæ conditionem subierit mortem, ab omni tamen mortis nexu cito fuisse solutam, hac utitur argumentatione: « Ut filia veteris Adami veterem sententiam subiit: nam et ejus filius qui est vita ipsa, eam non recusavit; ut autem Dei vi-

(1) Matth. I, 16.

(2) Serm. de Assumpt.

(3) Orat. 2 de Dormit. B. M. Virg.

(4) Orat. 3 de Dormit. B. M. Virg.

ventis mater ad illum ipsum digne assumitur (3). » Et rursus: « Papæ, papæ, fons vitæ, Domini mei mater moritur! Oportebat enim ut quod e terra conflatum erat, ad terram reverteretur, atque ita in cælum transmitteretur (4). » Quod et plene probatum habuit Suarezius, gravis notæ theologus: « Cum Christi corpus ex corpore Mariæ sumptum sit, dici possunt quodammodo esse una caro. Quare sicut Adam dicit: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea*; ita e contrario Christus dicere potest: *Hæc nunc est caro, de qua est caro mea*. Sicut decuit carnem Christi omni ex parte esse beatam et incorruptam, ita etiam et carnem matris, cujus gloria in illius honorem redundat (5). » Hanc tamen rem solidius in 3<sup>a</sup> parte conficiemus.

2. Beatissima Virgo dicitur stella in summi cæli oriente coruscans. *Vidimus stellam ejus in oriente, et venimus adorare eam* (6). Divus Anastasius Sinaita, postquam de signis cælestibus sermonem habuit, inquit: « Sed ea quidem fabulosa et falso sunt appellata, in firmamento autem Ecclesiæ spiritualiter et semper lucent. Habet enim stellam Ecclesia luminosam, nempe sanctam Virginem (7). »

(5) Comment. in III part. div. Thomæ, q. xxxvii, art. 14.

(6) Matth. II, 2.

(7) Anagogicarum Contemplationum in Hexam.

minat, magisque splendidum reddit; ita Christus purissimæ Virginis crystallina viscera penetrans, ea non divisit, non fregit, sed nova luce firmavit, ac nova pulcritudine decoravit. Sed ista nova lux, ista nova pulcritudo quæ crystallina Mariana viscera penetravit, ab his non poterat avelli, quum sol justitiæ sit semper oriens et nescit occasum. Hoc pia mente revolvens atque ponderans Chrysippus hunc in modum Christum salutatur: « Ave solis ortus, qui nullum ferre potes occasum. Sol oriens orientem non inficit atrore, sed decorat splendore (1). » Deinde subjungitur, hunc orientem super quem jugiter sol justitiæ micat, Virginem esse Deiparam.

## DUO LIBRI MACHABÆORUM

ET FACTUM EST, POSTQUAM PERCUSSIT  
ALEXANDER PHILIPPI, MACEDO

1. Huc iterum de Elia zelum legis zelante certiores facti sumus, ipsum in cælum receptum esse (2), et quidem in anima et corpore. Cælicus iste raptus corpoream Deiparentis Assumptionem præfiguratur. Quapropter Amadeus Lausannensis inquirens, cur ascendente Domino et ejus Mater illico non fuerit in cælum assumpta, memorat Eliam, cujus similitudine debebat in ætherea regna sublimiter evehi. Namque scribit: « Quæritur cur ascendente Domino in cælum, mater ejus quæ tanto eum amplectebatur affectu, non statim sequuta est? Cum enim nulla peccati nube depressa, nulla vitæ macula respersa,

(1) Serm. de Virgin. Deip.

(2) I. Mach. II, 58.

super ignem ruberet ob charitatem, luce clarior ob castitatem, ipsis etiam præclara cælicis ob virginei partus novitatem, mirum videbatur, quare cum filio non statim ad æthera provehebatur. Certe Henoch in cordis munditia coram Deo ambulavit, et non apparuit, quia transtulit illum Deus. Elias quoque charitatis igne nimio succensus et equis igneis raptus memoratur. Illa vero Henoch excedens cordis munditia, et amoris prærogativa major Elia, quare cum illo quem genuit, non illico in cælum efferebatur (3)? » Dein concluditur, Virg. Deiparam, non secus ac Henoch et Elias, in cælum, moram faciente nullam, sublimari.

2. Septem illi fratres qui sub Antiocho animi strenuitate martyrium passi sunt, respondebant Antiocho supplicia comminanti: *Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectionem suscitabit* (4). Hoc aptari Virgini Deiparæ potest, adeo, ut simili propemodum ratione Virginem ipsammet vitam functam vel janjamque morituram terribilissimæ morti quæ illam sub suo tenere præsumpsit imperio, divina pollicitatione fultam respondisse videatur: *Rex mundi defunctam me pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectionem suscitabit* post tres dies. Quapropter, ut alia id genus omittam, sua sponte fluit, illius purissimam carnem, cum dederit Dominus Dilectæ suæ somnum, nullimode vidisse corruptionem, sed spiritu una cum corpore in æthereas fuisse sedes inlatam.

(3) Hom. VII de Virg. Assumpt.

(4) II. Mach. VII, 9.

## NOVUM TESTAMENTUM

## EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM

LIBER GENERATIONIS JESU CHRISTI,  
FILII DAVID, FILII ABRAHAM

1. Assumptionis veritatem non minus luculenter novi fœderis sacra Biblia pandunt. *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ: de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus* (1). Magnum et palmare pro Assumptione Virginis argumentum suppeditat divina Maternitas, quum incongruum omnino videatur, inclytam Theotocon subjacuisse corruptioni. Hoc ratio docet, hoc pietas evincit, hoc demum auctoritas snadet. Unde sic loquitur Andreas cretensis: « Quæ auctorem vitæ pepererat, in eo loco jam redi-vivâ collocatur, ubi fons perennis est vitæ, qui corpus et animam illius primo inter se vinxerat, moxque soluta, indissolubili vinculo inter se rursus colligaverat (2). » Joannes quoque Damascenus ut probet, Mariam, etsi ob humanæ naturæ conditionem subierit mortem, ab omni tamen mortis nexu cito fuisse solutam, hac utitur argumentatione: « Ut filia veteris Adami veterem sententiam subiit: nam et ejus filius qui est vita ipsa, eam non recusavit; ut autem Dei vi-

(1) Matth. I, 16.

(2) Serm. de Assumpt.

(3) Orat. 2 de Dormit. B. M. Virg.

(4) Orat. 3 de Dormit. B. M. Virg.

ventis mater ad illum ipsum digne assumitur (3). » Et rursus: « Papæ, papæ, fons vitæ, Domini mei mater moritur! Oportebat enim ut quod e terra conflatum erat, ad terram reverteretur, atque ita in cælum transmitteretur (4). » Quod et plene probatum habuit Suarezius, gravis notæ theologus: « Cum Christi corpus ex corpore Mariæ sumptum sit, dici possunt quodammodo esse una caro. Quare sicut Adam dicit: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea*; ita e contrario Christus dicere potest: *Hæc nunc est caro, de qua est caro mea*. Sicut decuit carnem Christi omni ex parte esse beatam et incorruptam, ita etiam et carnem matris, cujus gloria in illius honorem redundat (5). » Hanc tamen rem solidius in 3<sup>a</sup> parte conficiemus.

2. Beatissima Virgo dicitur stella in summi cæli oriente coruscans. *Vidimus stellam ejus in oriente, et venimus adorare eam* (6). Divus Anastasius Sinaita, postquam de signis cælestibus sermonem habuit, inquit: « Sed ea quidem fabulosa et falso sunt appellata, in firmamento autem Ecclesiæ spiritualiter et semper lucent. Habet enim stellam Ecclesia luminosam, nempe sanctam Virginem (7). »

(5) Comment. in III part. div. Thomæ, q. xxxvii, art. 14.

(6) Matth. II, 2.

(7) Anagogicarum Contemplationum in Hexam.

Quemadmodum autem in stella consideratur incorruptio, quia corrumpi nullimode potest; sic Virgo Maria consideratur incorrupta, quia genuit eum qui non dedit Sanctum suum, nempe Matrem, videre corruptionem. Hæc stella, Maria Virgo, apparet in orbe terrestri peccatoribus ad Deum redeuntibus; apparet in orbe cælesti beatis in Deo perfruentibus; apparet utrobique refulgens; apparet utrobique verum æternumque Solem gignens. Unde Bernardus inquit: « Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat; cujus splendor et præfulget in supernis, scilicet in cælo (1). » — Item ipsa turbat Herodem, id est diabolum, ut ibi: *Audiens autem Herodes turbatus est, etc. et postquam didicit ab eis tempus stellæ, nempe Mariæ, quæ apparuit*, per naturam in mundum nascendo, per gratiam in mente peccatorum apparendo, per gloriam in cælis cum anima et corpore mirabiliter coruscando, Herodes, hoc est diabolus qui eam mancipio utriusque mortis, mortis animæ, mortis corporis jugiter opprimere concupivit, vehementius expavescit. — Item ipsa præstat se sequentibus ducatum, ut ibi: *Stella quam viderant in oriente, antecedebat eos*, ut reconciliatrix reorum, et hospitem invitatrix, ut viam demonstrans, qua mediante cælum cum anima et corpore nitens conscendere quisquis poterit. — Item ipsa tum homines tum cælicolas magnopere lætificat, ut ibi: *Videntes autem stellam, id est Mariam, gavisi sunt gaudio magno valde*. Lætificat hæc

(1) Hom. 2 de Laud. Virg. sup. *Missus est*, n. 17.

stella mortales, in mundo æternum radium effundens; lætificat hæc stella cælicolas, novum in cælis splendorem inferens: quatuor enim dolibus refulget quas pro justorum corporibus recenset Apostolus (2); et primum claritate: stella namque totum suum lumen sole mutuatur; Maria a Christo qui est sol justitiæ, totum suum lumen se habere testatur: unde quanta claritate nitescat, intelligi facile potest. Secundo impassibilitate: stellæ namque substantia incorruptibilis est, unde nec vetustate, nec putredine aut carie corrumpitur; ita B. Virgo nullam unquam putredinem aut corruptionem sensit, adeo, ut tota semper integra manserit. Tertio agilitate: lux stellæ velocissima est, ictu siquidem oculi spargit et propagat se, suumque lumen offundit per totum orbem; ita B. Virg. Maria est velocissima ad miserendum, nunquam in succurrendo cunctatur, statimque mortalibus vero corde poscentibus lubenter se offert. Quarto subtilitate: stella quadam occulta virtute terræ viscera suo lumine penetrat, et ibidem mirabiliter operans, aurum, argentum, aliaque pretiosa metalla nostris usibus necessaria producit; ita V. Maria suo patrocinio et meritis sæpe sæpius in animis hominum occultis et nobis ignotis auxiliis mirabilia patrat: nostros ingreditur sensus, et roborat; nostras ingreditur mentes, et illuminat; nostra ingreditur corda, et medullitus inflammat.

3. Item ipsa est lucerna omnibus lucens. *Negue accendunt*, videlicet Pater, et Filius, et Spiritus sanctus,

(2) I. ad Cor. xv, 42 seq.

*lucernam*, id est Mariam, quæ accensa fuit in die Incarnationis, *et ponunt eam sub modio*, nempe sub tumulo sine honore, sine gloria, sine cultu, *sed super candelabrum*, hoc est Ecclesiam triumphantem, *ut luceat omnibus qui in domo sunt* (1).

4. Virgo pariter est sol omnimicans. *Solem suum*, id est Virginem Mariam, *oriri facit*, per nativitatem in mundo, per gratiam in mente, per gloriam festiva in cælis Assumptione, *super bonos*, ut illustrentur et collætentur, *et malos*, ut convertantur et vivant. *Et pluit super justos et injustos* (2), sed aliter et aliter. — Item ipsa est navicula, in qua transfretavit Filius Dei de litore immortalitatis ad litus mortalitatis, assumens nostram humanitatem, conferens nobis suam deitatem. *Ascendens Jesus in naviculam transfretavit, et venit in civitatem suam* (3). Hanc tamen naviculam, Deiparam nempe Virginem, quæ hospitem divinum in portum terrenæ civitatis contulit, ab hospite quoque divino in æternæ Civitatis portum inalatum fuisse condecuit. Unde clara-vallensis Abbas inquit: « Quem in castellum mundi hujus infantem prius ipsa susciperet, ab eo suscipitur hodie, sanctam ingrediens civitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta putas exultatione, cum quanta gloria? Non in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit, nec in cælis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ filius sublimavit (4). »

(1) Matth. v, 15. (2) Ibid. vers. 45.

(3) Ibid. cap. ix, 1.

(4) Serm. 1 de Assumpt., n. 2.

5. Illæ pariter quinque prudentes virgines quas Christus in Evangelio describit, Deiparam Virginem adumbrant. Illarum quinque virginum prudentia sic commendatur: *Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus* (5). Istud oleum communi sanctorum PP. conspiratione misericordiam erga pauperes significat. Ita SS. Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, alique plures. Sunt etiam qui per oleum quod prudentes virgines compararunt ad nuptias, gratiam adumbrari voluerunt. Sic. D. Chrysostomus, Theophylactus, et alii magno numero Patres. Verumtamen inter prudentes virgines et Mariam Virginem qualis distantia, quale discrimen! Illæ tantum oleum accepisse, non autem oleo vasa implevisse dicuntur: at B. Virgo nedum gratiæ oleum accepit, verum etiam eo vas animi sui affatim implevit. Hinc Angelus ad eam: *Ave*, inquit, *gratia plena*. Quod mente revolvens D. Bernardus, ait: « Non est Deipara fatua virgo, cui non modo oleum est, sed plenitudo olei in vasa recondita (6). » Et alibi: « Processit gloriosa Virgo, cujus lampas ardentissima ipsis quoque angelis lucis miraculum fuit, ut dicerent: *Quæ est ista, etc.* (7)? » Clarius enim cæteris præ participibus suis Christus Filius ejus.

Porro, gratiæ respondere gloria debet, ita, ut istam illa plane metiri debeamus. Et ideo, si gratia Virginis

(5) Matth. xxv, 4.

(6) Serm. de aqueductu.

(7) Serm. 2 de Assumpt.

maximum culmen attingit, gratia quoque Virginis opus est maximum culmen attingat: quod fieri non potest, si cum anima et corpore glorificata non esset. Habuit igitur Deipara Virgo, ut ad prudentes virgines redeamus, lampadem oleo plenam et accensam, cujus vitrum est lucida et gloriosa ejus caro; oleum copiosa istiusmet misericordia et gratia; ellychnium anima ejus charitate succensa; lumen vero semper ardens gloriæ lumen est, quod animam et corpus irradiat, et magis irradiat: quemadmodum quippe lux, formosam crystallum invadens, in pulciores perfringitur cum harmonico nexu colores; ita lumen gloriæ accendens lampadem, Virginem nempe Deiparam, oleo gratiæ plenam, et sui corporis formoso vitro circumdatam, majus in Deipara Virgine lumen, formosioreque constituit pulcritudinem.

## EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM

INITIUM SANCTI EVANGELII  
JESU CHRISTI FILII DEI

1. Evangelistarum Domina et Magistra non modicum lumen per istos acquirit, haud modicum, sed immortalam rutilumque decorem. *Decumbat autem socrus Simonis febricitans: et statim dicunt ei de illa. Et accedens (Christus) levavit eam, apprehensa manu ejus, et continuo dimisit eam febris, et ministrabat eis* (1). Divini amoris febre succensa Virgo Deipara, quasi non moritur, sed in ecclasiis rapitur; quia suus erga Deum amor, tam in suo principio fortis, ut ipsum Deum illexerit, tam dein Spi-

(1) Marc. 1, 30-31.

ritus sancti virtute cumulatus, ut ipsa Dei Mater evaserit, tam in tota sua vita perfectus, ut ipsa vivens martyr extiterit, maximum præcelsum sublime culmen attingit. Hic amor filiæ, sponsæ et matris matrem erga filium, sponsam erga sponsum, et filiam erga patrem conferre debebat toto pondere naturæ, gratiæ et gloriæ. Cælestis medicus qui venit in hunc mundum curare nostram febrim quæ superbia est, avaritia est, libido est, venit etiam in hunc mundum curare Virginis febrim, quæ amor est, dilectio est, charitas est. Decumbat Virgo Deiparens in tumulto; et accedens Christus, levavit eam, apprehensa manu ejus, et continuo dimisit eam febris; namque gloriosa resurgit, ut tota cum sui amoris objecto copularetur. Culpa dissolvit, corrumpit, ad nihilum redigit; amor vivificat, roborat, amantis amatique conjunctionem operatur. Unde non moritur Virgo febre peccati consumpta, sed divino potius amore febricitans; non moritur ut in terram, sed ut in Deum revertatur; non moritur, ut a Filio separetur, sed ut cum Filio societetur.

2. Comparatur beatissima Virgo grano sinapis, de quo dicitur, *quod, cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra*, et hoc per humilitatem quam Virgo Deiparens inoffenso pede selectatur. *Et cum seminatum fuerit, ascendit, et fit majus omnibus olivibus* (2). Qualiter autem *ascendit* Virgo? ex ancilla in Dominam, ex muliere in Dei Matrem, ex tumulto in cælum. Humiliavit semetipsum Christus, et

(2) Ibid. cap. iv, 31-32.

ascendere meruit de tumulto in cælum; humiliavit semetipsam Virgo, et de tumulto in cælum pariter ascendere promeruisse fatendum est. — Sinapis, ascendens in arborem, altitudine, amplitudine, annositate transcendit herbarum naturam. Sic præ cæteris sanctis Virgo Maria. Hæc cælestis arbor totum ejus amplitudine mundum occupat, quia eum quem mundus non potest capere, suo ventre continuit; ad cælestia ejus altitudine sublimatur, attollitur, ut cum fructu ventris sui conjungatur; nunquam ejus annositate finiatur, quia fructum immortalem pariens, immortalitatis munere pollet.

3. *Et venit quidam de archisynagogis, nomine Jairus: et videns eum procidit ad pedes ejus, et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est: Veni, impone manum super eam, ut salva sit, et vivat* (1). Cum autem Christus in domum principis Synagogæ pervenisset: *Recedite, inquit; non est enim mortua puella, sed dormit* (2). Eam Christus dormire testatur, quia facilius eam a morte revocaturus erat, quam si a somno excitaret. Nisi dicere cum Hieronymo et Chrysostomo malis, non fuisse mortuam Deo, cui omnia vivunt. Hoc miraculum tum mortem, tum resurrectionem Virginis præfiguratur. Ipsa ferme non gustat mortem, sed videtur potius dulcem suavemque captare soporem, a quo expergefata per Christum, non ad mortalem vitam, ut filia Jairi, sed ad immortalam

(1) Marc. c. v, 22-23. (2) Matth. ix, 24.

(3) Orat. 1 Dormit. B. Mariæ Virg.

(4) Marc. xiv, 13.

gloriam resurgit auratis ac gemmeis redimita coronis. In rem nostram Joannes Damascenus scribit: « Quamobrem, o Virgo, sacrum transitum tuum minime mortem appellabimus, sed somnum et migrationem, vel ut aptiori voce utar, præsentiam ad Deum: excedens enim e corpore, præsens existi ad potiora... Quocirca non te mors beatam fecit, sed ipsa mortem hilarem reddidisti; ut quæ mœstittiam ejus sustuleris, ipsamque gaudium esse præstiteris (3). »

4. *Et mittit duos ex discipulis suis, et dicit eis: Ite in civitatem: et occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans; sequimini eum* (4). Hæc verba magnus Albertus exegetice premens, ait: « Sed nunc audiamus consilium Dei: *Sequimini eam*, veraciter quia tunc non errabitis: et secure, quia ab omni incurso defendere potest: et lætanter, quia ducit ad Jesum. Unde sequitur, *in domum*, scilicet cælestem, in quam intrat, scilicet in gloriosa ejus assumptione (5). » Heic javerit iterum atque iterum commonere, vocabulum Assumptionis in psychosomatico sensu juxta mentem Ecclesiæ usurpari.

## EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

FUIT IN DIEBUS HERODIS  
REGIS JUDÆÆ SACERDOS

1. B. Virgo magnum habet et ineffabile nomen. *Et nomen Virginis Maria* (6). Blasius Viegas Apocalypsis Joannis commentator egregius (7) in-

(5) Bibl. Mar., Evang. secundum Marcum, n. 4.

(6) Luc. 1, 27.

(7) Cap. 12, commentario 2, lect. 1.



maximum culmen attingit, gratia quoque Virginis opus est maximum culmen attingat: quod fieri non potest, si cum anima et corpore glorificata non esset. Habuit igitur Deipara Virgo, ut ad prudentes virgines redeamus, lampadem oleo plenam et accensam, cujus vitrum est lucida et gloriosa ejus caro; oleum copiosa istiusmet misericordia et gratia; ellychnium anima ejus charitate succensa; lumen vero semper ardens gloriæ lumen est, quod animam et corpus irradiat, et magis irradiat: quemadmodum quippe lux, formosam crystallum invadens, in pulciores perfringitur cum harmonico nexu colores; ita lumen gloriæ accendens lampadem, Virginem nempe Deiparam, oleo gratiæ plenam, et sui corporis formoso vitro circumdatam, majus in Deipara Virgine lumen, formosioreque constituit pulcritudinem.

## EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM

INITIUM SANCTI EVANGELII  
JESU CHRISTI FILII DEI

1. Evangelistarum Domina et Magistra non modicum lumen per istos acquirit, haud modicum, sed immortalam rutilumque decorem. *Decumbat autem socrus Simonis febricitans: et statim dicunt ei de illa. Et accedens (Christus) levavit eam, apprehensa manu ejus, et continuo dimisit eam febris, et ministrabat eis* (1). Divini amoris febre succensa Virgo Deipara, quasi non moritur, sed in ecclasiam rapitur; quia suus erga Deum amor, tam in suo principio fortis, ut ipsum Deum illexerit, tam dein Spi-

(1) Marc. 1, 30-31.

ritus sancti virtute cumulatus, ut ipsa Dei Mater evaserit, tam in tota sua vita perfectus, ut ipsa vivens martyr extiterit, maximum præcelsum sublime culmen attingit. Hic amor filiæ, sponsæ et matris matrem erga filium, sponsam erga sponsum, et filiam erga patrem conferre debebat toto pondere naturæ, gratiæ et gloriæ. Cælestis medicus qui venit in hunc mundum curare nostram febrim quæ superbia est, avaritia est, libido est, venit etiam in hunc mundum curare Virginis febrim, quæ amor est, dilectio est, charitas est. Decumbat Virgo Deiparens in tumulto; et accedens Christus, levavit eam, apprehensa manu ejus, et continuo dimisit eam febris; namque gloriosa resurgit, ut tota cum sui amoris objecto copularetur. Culpa dissolvit, corrumpit, ad nihilum redigit; amor vivificat, roborat, amantis amatique conjunctionem operatur. Unde non moritur Virgo febre peccati consumpta, sed divino potius amore febricitans; non moritur ut in terram, sed ut in Deum revertatur; non moritur, ut a Filio separetur, sed ut cum Filio societetur.

2. Comparatur beatissima Virgo grano sinapis, de quo dicitur, *quod, cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra*, et hoc per humilitatem quam Virgo Deiparens inoffenso pede selectatur. *Et cum seminatum fuerit, ascendit, et fit majus omnibus oleribus* (2). Qualiter autem *ascendit* Virgo? ex ancilla in Dominam, ex muliere in Dei Matrem, ex tumulto in cælum. Humiliavit semetipsum Christus, et

(2) Ibid. cap. iv, 31-32.

ascendere meruit de tumulto in cælum; humiliavit semetipsam Virgo, et de tumulto in cælum pariter ascendere promeruisse fatendum est. — Sinapis, ascendens in arborem, altitudine, amplitudine, annositate transcendit herbarum naturam. Sic præ cæteris sanctis Virgo Maria. Hæc cælestis arbor totum ejus amplitudine mundum occupat, quia eum quem mundus non potest capere, suo ventre continuit; ad cælestia ejus altitudine sublimatur, attollitur, ut cum fructu ventris sui conjungatur; nunquam ejus annositate finiatur, quia fructum immortalem pariens, immortalitatis munere pollet.

3. *Et venit quidam de archisynagogis, nomine Jairus: et videns eum procidit ad pedes ejus, et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est: Veni, impone manum super eam, ut salva sit, et vivat* (1). Cum autem Christus in domum principis Synagogæ pervenisset: *Recedite, inquit; non est enim mortua puella, sed dormit* (2). Eam Christus dormire testatur, quia facilius eam a morte revocaturus erat, quam si a somno excitaret. Nisi dicere cum Hieronymo et Chrysostomo malis, non fuisse mortuam Deo, cui omnia vivunt. Hoc miraculum tum mortem, tum resurrectionem Virginis præfiguratur. Ipsa ferme non gustat mortem, sed videtur potius dulcem suavemque captare soporem, a quo expergefata per Christum, non ad mortalem vitam, ut filia Jairi, sed ad immortalam

(1) Marc. c. v, 22-23. (2) Matth. ix, 24.

(3) Orat. 1 Dormit. B. Mariæ Virg.

(4) Marc. xiv, 13.

gloriam resurgit auratis ac gemmeis redimita coronis. In rem nostram Joannes Damascenus scribit: « Quamobrem, o Virgo, sacrum transitum tuum minime mortem appellabimus, sed somnum et migrationem, vel ut aptiori voce utar, præsentiam ad Deum: excedens enim e corpore, præsens existi ad potiora... Quocirca non te mors beatam fecit, sed ipsa mortem hilarem reddidisti; ut quæ mœstiam ejus sustuleris, ipsamque gaudium esse præstiteris (3). »

4. *Et mittit duos ex discipulis suis, et dicit eis: Ite in civitatem: et occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans; sequimini eum* (4). Hæc verba magnus Albertus exegetice premens, ait: « Sed nunc audiamus consilium Dei: *Sequimini eam*, veraciter quia tunc non errabitis: et secure, quia ab omni incurso defendere potest: et lætanter, quia ducit ad Jesum. Unde sequitur, *in domum*, scilicet cælestem, in quam intrat, scilicet in gloriosa ejus assumptione (5). » Heic javerit iterum atque iterum commonere, vocabulum Assumptionis in psychosomatico sensu juxta mentem Ecclesiæ usurpari.

## EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

FUIT IN DIEBUS HERODIS  
REGIS JUDÆÆ SACERDOS

1. B. Virgo magnum habet et ineffabile nomen. *Et nomen Virginis Maria* (6). Blasius Viegas Apocalypsis Joannis commentator egregius (7) in-

(5) Bibl. Mar., Evang. secundum Marcum, n. 4.

(6) Luc. 1, 27.

(7) Cap. 12, commentario 2, lect. 1.

quit, hoc nomen sacerrimæ Virginis esse *tetragrammaton*, id est quadrilitterum, ut divinum nomen Jehovah: sicut enim illud ex quatuor litteris constat, nimirum, *jod, he, vau, he*; ita hoc ex quatuor litteris componitur, scilicet, *mem, res, jod, mem*. Hebraice namque nomen Virginis est *Mariam*; sic enim expressum legitur nomen Mariæ sororis Moysi Exod. 15, ubi LXX transtulerunt *Mariam*. Et sicut nomen Jehovah est ineffabile non tantum hominibus, sed etiam angelis; ita nomen Virginis: unde putamus, arch. Gabrielem, cum primum est allocutus Virginem, non dixisse: *Ave Maria*, sed: *Ave gratia plena*. Unde, qualis in hujusce nominis profundo thesaurus reperiatur, explicemus.

Maria idem quod *maris stella*. Hoc etymon placuit Philoni judæorum peritissimo, venerab. Bedæ (1), D. Bonaventuræ (2), D. Bernardo (3), Gishberto (4), quorum placita confirmat Ecclesia cum canit: *Ave maris stella*, et rursus: *Stella maris, succurre cadenti*. Et merito: omnes namque naufragos ducit, deducit, conducit, reducit, perducit ad æternæ salutis portum, in umbilico hujus mundi maris splendida luce coruscans. Hæc stella maris a quibusdam dicitur polaris; in rem proinde nostram Justinus Miechoviensis polonus inquit: «Stella polaris immobilitatem habet in situ, cum cæteræ stellæ moveantur. Beata Virgo Maria consummatam habet gloriam, proinde quietem in corpore et

(1) In cap. 1 Luca. (2) In Spec. B. M. V.  
(3) De Nativ. Mariæ.  
(4) De altercatione Synagoga.

anima; cum cæteri sancti corporum suorum resurrectionem expectantes, nondum plene quieti sint (5). »

Maria idem quod *mare amarum*, sive *myrrha maris*. Etymologiam hanc D. Hieronymus colligit ex duobus nominibus hebraicis, nempe *mor* quod significat myrrham, et *iam* quod denotat mare (6). Communiter autem Doctores B. M. Virgini hanc etymologiam accommodant, eo quod in ea impletum est olim, ut mare amarum esset, dum scilicet quod in corpore Christus, illa pariter in corde patiebatur, ita, ut si mori Christus corpore potuit, commori B. Virgo corde potuerit. Quare, si Christus ob suam passionem, ut ait Apostolus, meruit Ascensionem, et B. Virgo propter suam compassionem promereri debuit Assumptionem. — Latius hoc etymon Doctor seraphicus explicat: «B. Maria Virgo,» inquit, «mare est, gratia affluendo: amara est, Filio compatiendo: et amarum mare est, diabolus submergendo (7). » Quemadmodum enim mare rubrum fuit amarum ægyptiis in ipso submersis; ita B. Virgo amara est dæmonibus in ejus immaculata Conceptione, cum suam animam infuscare nituntur; in ejus divina Maternitate, cum suum virgineum florem partu marcescere putant; in ejus Assumptione, cum suum corpus arrodere putredine atque corruptione conantur.

Maria idem quod *illuminata* et *illuminatrix*. Hanc interpretationem amplexi sunt gravissimi PP., SS. Isi-

(5) Disc. xci, num. 4 super Litanias Lauret.  
(6) Lib. de nomin. hebraicis.  
(7) In Speculo B. M. V.

dorus, Bernardus, ven. Beda, Eucherius et alii, quam deduxerunt fortassis a nomine hebræo *Maor*, quod luminare significat. Id autem luminare majus, cujus radius universum terrestrem atque cælestem illuminat orbem, non poterat suam in tumulto micantissimam deserere lucem.

Maria idem quod *exaltata*. Hanc interpretationem præbent Angelus Caninius vir in hebraica et syriaca lingua valde peritus, et Guido Faber Boerianus, et ipse de his litteris benemeritis quorum sententiam Rutilius Benzonus refert et laudat (1). Qualiter vero dicitur exaltata Maria? tum in terris ad sublimia munera fideliter obeunda, tum in cælis anima simulque corpore non peritura gloria fruens. Unde canit Ecclesia in die Assumptionis: *Exaltata est Sancta Dei Genitrix super choros angelorum ad cœlestia regna*.

Maria idem quod *imitatrix Dei* vel *Christi*. Hæc interpretatio ex D. Augustini verbis elicitur, qui sic Virginem alloquitur: «Si formam Dei te appellem, digna existi (2). » Formam Dei vel Christi B. Virginem appellat, non utique formam intrinsecam, sed extrinsecam, hoc est specimen et exemplum Christi. Roborat hanc doctrinam Thomas Cajetanus, omnium eruditorum sui sæculi princeps. «Virgo,» ait, «debet credi similis Filio per omnia, quantum fas est (3). » Et quoniam Christus cum anima et corpore gloriosus æthera

(1) Super cant. *Magnificat*, l. 1, c. 22, dubio 5.  
(2) Serm. de Nativ. B. M. V.  
(3) De Spasmo B. M. Virg.  
(4) In Comment. ad Threnos Jeremiæ, et in ep. ad Paulam Urbicam.

scandit; et Maria cum anima et corpore cælum regnatura conscendit.

Hæc alia pariter oggeruntur, ne tamquam thesaurocrypsonychocrhrysidis hac super re vapulem. Non me fugit, litteras latinas et græcas per se nihil significare; apud latinos enim a, b, c, d, etc.; et apud græcos α, β, γ, δ, etc. nihil significant. Solius hebraicæ linguæ hoc peculiare est, quod in ea unaquæque littera proprium suum habet significatum; quæ videre licet apud Hieronymum (4) et Bellarminum (5). Nihilominus litteræ hujus venerandi nominis *Maria* tam in græco quam in latino sermone sua significata, sua mysteria tenent. Confer Pelbartum (6), Bernardinum de Bustis (7), S. Antoninum (8), Rutilium Benzonum (9) et alios innumeros. Unde sic: M margaritam intelligit: margarita lapis est pretiosissimus et micantissimus. A adamantem designat: adamas fortissimus est, nullo ferro sive malleo frangitur, ut ait Plinius. Rubinum significat: rubinus valde splendet. I jaspidem denotat: jaspis hominem se gestantem firmum atque constantem reddit. A alectoria indicat: alectoria gemma hominem fortem reddit; unde Milo crotoniensis hac gemma usus in certaminibus, invictus fuisse dicitur, ut Plinius narret (10). Hæc Leonardus de Utino prædicatorum Ordinis professor, theologus, celebrisque concionator. Hi porro quinque pretiosi lapides magnam Deiparentis firmitudinem, magnumque

(5) In principio Institutionum linguæ hebraicæ.  
(6) In suo Stellario (7) In suo Mariali.  
(8) 4 p., tit. 15, cap. 22, parag. 9.  
(9) Comment. sup. *Magnificat*, l. 2, c. 22, dub. 5.  
(10) Lib. 37, cap. 10.

suae venustatis fulgorem declarant, ita, ut in tumultu nec illa corruptione proferri, nec iste maculari putredine valuerit.

2. *Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena* (1). Sic vocem *Ave* magnus Albertus explicat: «Ave, quasi sine vae corporis et animae. Per peccatum incurrit homo triplex vae in corpore. Primum est corporis distemperatio, et naturalium appetituum inordinatio. Secundum est ipsius corporis et animae ad invicem repugnatio: *Quia caro concupiscit adversus spiritum*, ad Galat. 5. Tertium est ipsius corporis post mortem incineratio. Sine isto triplici vae fuit beata Virgo in corpore, quae corpus habet virginitate integrum, cum spiritu pacificatum, et nunquam post mortem incineratum (2). »

*Gratia plena.* Haec verba premens Aloysius Vaccari, ait: «Ne autem orationis argumenta praeripiam, in praesentiarum videre est praerogativam hanc (corpoream Virginis Assumptionem) in angeli salutatione virtualiter contineri. Mariae namque dixit angelus: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Super quae Tirinus scribit: Graeca vox proprie significat gra-

(1) Luc. 1, 28.

(2) Biblia Mariana, Evangelium secundum Lucam, n. 12.

(3) De corporea Deiparae Assumpt., a. xxxvii.

(4) En aures sua verba: «Cristo in quanto uomo fu pieno di grazia, Maria anche fu piena di grazia relativamente alla capacità dell'anima sua, che non era però eguale nella sublimità e nella capacità dell'anima di Cristo. Non vi sarà, come non vi fu, nè vi è semplice persona creata ripiena di tale e tanta grazia divina quanta ne fu Maria. Per questa pienezza della grazia ella fu il riverbero più fulgido del figlio, fu la immagine più viva e più espressiva di Cristo. Or

tificatam, gratiosam factam, gratia repletam, ut sancti Patres verterunt. Erat enim Maria, utpote futura mater Dei, supra omnes sanctos donata omnis generis gratia, maxime vero gratia sanctificante, unde et praee omnibus creaturis placuit Deo, inquit Tolletus et Suarez. Re namque vera cum nova adeo, et ante id temporis inaudita hujusmodi salutatio sit, profecto rem quae humani usus modum excedit, innuat oportet. Nec immerito inter alia quoque dona anticipatae resurrectionis privilegium in ea salutatione indigitari credimus, alioquin in Maria gratiarum desideraretur plenitudo, nec proprio suo sensu angeli posset salutatio intelligi (3). » Fuit in Virgine plenitudo gratiae; igitur et plenitudo gloriae: utraque vero redundat in corpore propter humanam naturam synthesin. Quemadmodum ita Christum praedicamus cum Joanne *plenum gratiae*, ut vel corporis gloriam consecutus ille fuerit; pariter et Virgo sic praedicatur cum Luca *gratia plena*, ut vel corporis gloriam obtinuisse fatendum plane sit. Hoc argumentum rite prosequitur Gaspar de Luise, Supremae Congregationis Qualificator (4).

« la pienezza della grazia ha per corrispondente suo termine la pienezza della gloria; l'una e l'altra ridonda nel corpo per la sintesi dell'umana natura. Onde come il corpo di Cristo nella sua vita mortale fu immacolato e santo, e nella pienezza della sua gloria il suo corpo risorse, con l'anima riunito ascese al cielo; così il corpo di Maria nella sua vita mortale compagno fedele della perfezione dell'anima di lei, fu intatto, purissimo e santo, nella pienezza della gloria fu conveniente, per virtù del suo figlio risorgere, e insieme coll'anima fosse assunto al cielo. » *L'Assunzione di Maria trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo*, p. 107, ediz. Torino.

*Benedicta tu in mulieribus.* Angelicae huic salutationi verba illa Elisabeth plane respondent Mariam exipientis: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui* (1). Hanc in rem scribit Aloysius Vaccari: «Si Maria praestantiae causa benedicta salutata fuit, in eam profecto data illa non cedit imprecatio: *Pulvis es et in pulverem reverteris* (2). » Apposite Paschasius Rabertus ad nostram rem scribit: «Beata Dei Genitrix tristitiae non subjacuit et aerumnis, libera ab omni maledictionis naevo fuit, quam Spiritus sanctus adimplevit et totam dedicavit (3). »

3. Virgo Deiparens ore fatidico cecinit: *Beatam me dicent omnes generationes* (4). Quomodo *beatam*? anima simul et corpore; quum anima simulque corpore *beatam*, prout in tota 1<sup>a</sup> parte tenuiter evincendum assumpsimus, Ss. Deiparam omnes ubique gentium locorumque generationes praedicaverint atque dixerint. Eo vel magis quod B. Virgo non ait: *Beatam animam meam dicent omnes generationes*, uti superius: *Magnificat anima mea Dominum*, neque: *beatum spiritum meum dicent omnes generationes*, uti nuperius: *et exultavit spiritus meus in Deo*, sed: *beatam me dicent*, quod personale nomen totum hominem, vel, ut alii loqui adamant, *totum nostrum ego*, animam scilicet et corpus satis aperte designat. Et ut res queat solidius confici, cum Scriptura Scripturam conferamus. *Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: et exultavit spiritus meus in*

(1) Luc. 1, 24.

(2) Loc. supra cit.

(3) De partu Virg.

(4) Luc. 1, 48.

*Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Unde Virgo Deipara magnificat Dominum, eo quod suam respexerit ancillam, et hanc ob causam generationes omnes ei benedicere debent. Qualiter autem respexit Deus humilitatem ancillae suae? Ratio in promptu est: ex ipsa nascens, aetatem gratiae conferens, et hiemem vitiorum expellens. Hac proinde de causa debent ei generationes omnes benedicere: quapropter illae voculae *ex hoc causativae* judicantur. Et quoniam nativitas plus in corpore quam in anima prospicitur; ideo generationes in anima et corpore *beatam* Virginem Mariam nosse faterique coguntur. Et id magis magisque roboratur, si forte consideremus, nomen *ancillam*, ut scite monet Albertus (5), oriri ab *ana* sursum, et *cio* cis movere. Quare *Deus respexit humilitatem ancillae suae*, eam quasi *sursum movens* tum ad gratiae culmen quo Theotocos nuncupatur et est, tum ad gloriae fastigium quo ejus anima et corpus beatifica fruitione pollent.

4. Sat superque laudatur animosa illa mulier, quae, scribis ac pharisaeis Christum contemnentibus, de turba prosiliit, et in laudes ejus prorupit, fortiter inclamans: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti* (6). Qualiter *beatus venter*? caelesti plane non terrena beatitudine. Enimvero necessum est ut ad quem ordinem pertinet illud ob quod ominamur, ad eundem ordinem pertineat omen. I-

(5) Bibl. Mar., Evang. secundum Lucam, n. 30.

(6) Luc. xi, 27.

gitur beatitudo de qua mulier evangelica loquitur, est plane cælestis atque supernaturalis: namque cæleste prorsus est atque supernaturale objectum ob quod ominatur illa mulier, nempe Christus. Hanc exegesis roborat Gaspar de Luise (1), qui putat, Deiparæ ventrem nuncupari *beatum*, eo quia cælesti beatitate perfruitur. Fatidica hæc mulier gessit typum cælicolarum, fidelium et Ecclesiæ. Illius sane verba repetunt cælites, beatissimæ Deiparæ corpus ineffabiliter contuentes; illius verba repetunt christifideles, singularem Virginis prærogativam unanimiter profitentes; illiusmet quoque verba, quando Spiritus sanctus fortiter hoc suaviterque disponet, festiva repetet Rom. Ecclesia, prærogativam hanc irreformabiliter ex cathedra docens. Hoc quidem, ipsa Beatissima æternique Regis immaculata Maria Parente auspice, factum iri confidimus. Fiat, fiat.

## EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM

## IN PRINCIPIO ERAT VERBUM

1. Beatissima Domina secundum evangelium Joannis dicitur mater restitutionis omnium. De ejus namque Filio dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt* (2). Sic dicitur de illa: *Omnia per ipsam resecta sunt*, ut inquit

(1) Loc. supra cit.: « Maria è singolarmente beata, perchè singolarmente eletta, e perchè eccezionalmente privilegiata, essa è eccezionalmente glorificata. Ed ecco come ciò si accorda con le parole della donna evangelica, che parla della beatitudine del corpo di Maria, *beatus venter qui te portavit, et ubera que suxisti*. » E la Chiesa nel lodare la Vergine canta *beata viscera Mariæ Virginis, que portaverunt æterni Patris Filium*. È attualmente beato il seno di

Anselmus (3). Et S. Bernardus similiter ait: « Merito in te respiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, et per te, et de te benigna manus Omnipotentis, quidquid creaverat, recreavit (4). » Expressius tamen card. Petrus Damianus: « Statim, » ait, « de thesauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur, et per ipsam, et in ipsa, et de ipsa, et cum ipsa totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil resectum sit (5). » Item ipsa est lux nostra *quæ post Deum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (6). Illa porro quæ cuncta cum Domino refecit, non potest in sepulcro deficere sive putrescere; qui sanè putrescit, sanè deficit: illa quæ cum Deo cuncta componit, haud quidem potest in sepulcro decomponi; decomponitur autem qui mortuus dissolvitur: illa quæ cum Christo nova micantique luce cuncta colorat, profecto nequit in sepulcro decolorari; decoloratur enim qui manet obscuro tumulto clausus. Immo caligare tota natura videtur, in tumulto caligante Maria: decomponi tota natura videtur, quum in tumulto Virgo Deipara decomponatur. Christus totam naturam refecit, et, tota congaudente natura, in cælum gloriosus ascendit; et Virgo Maria totam cum Christo na-

« Maria, perchè attualmente glorificato. Non sarebbe nè beato nè glorificato oggi il corpo di Maria, se non fosse risorto e non risplendesse nel cielo » pag. 124.

(2) Joan. 1, 3.

(3) In lib. de excell. B. Virg., capp. 10-11.

(4) Serm. 2 in festo Pentecostes.

(5) Serm. de Annunt. B. V. M.

(6) Joan. 1, 9.

turam refecit, et, tota jubilante natura, cum corpore cælica regna conscendit.

2. B. Virgo pariter est claustrum humanitatis Filii Dei, in qua *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (1), in quo Deus angelorum factus est frater peccatoris. Nota, quod bonum verbum debet habere quinque. Primo quod sit integrum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, totus apud Patrem, et integer nobiscum mansit. Secundo debet esse manifestativum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, manifestat nobis Patrem per potentiam, Filium per sapientiam, Spiritum sanctum per diffusivam benevolentiam; item manifestavit nobis vanitatem mundi, peccati damnositatem, pœnarum acerbiteriam, gloriæ cælestis æternitatem. Tertio debet esse rectum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, fuit *Deus justus et rectus* (2). Quarto debet esse lætificativum desolatorum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, pauperes lætificavit, cum dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, etc.* (3). Quinto debet esse confortativum debilium: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, dixit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus* (4). Verum, si B. Virgo ex utero tamquam ex mente genuerit Verbum æternum, uti Pater ex mente tamquam ex utero genuit illud; si B. Virgo hoc divinum genuerit Verbum integrum, manifestativum, rectum, lætificativum, atque confortativum, illud divinum quoque Verbum Ss. Deiparam, pulcherrimum quasique maximum suæ mentis verbum, ad cælestis gloriæ

(1) Joan. v. 14.

(3) Matth. v.

(2) Deut. xxxii.

(4) Matth. x.

vitam generans, generare debuit integram, anima scilicet et corpore; manifestativam, nimirum, uti Verbum, humana carne circumdatam; rectam, anima scilicet et corpore præditam harmonico cælestive nexu conjunctis juxta illud: *Deus fecit hominem rectum* (5), id est corpus inter et animam hostili pugna carentem; lætificativam cælitum, ita, ut jugiter eam videre concupiscant; denique confortativam mortalium, quibus eandem gloriam pollicetur.

3. Item B. Virgo est opus admirationis tam angelorum quam hominum. *Respondit Jesus, et dixit eis: Unum opus feci*, nempe Mariam, quæ una et singularis est, *et omnes admiramini* (6), ejus naturam singularem, ita, ut præ cunctis hominibus speciosa sit; ejus gratiam, ita, ut ista gratia nulla major existat; ejus gloriam, ita, ut ipsa sola cum anima et corpore cælesti gloria perfruatur. — *Jesus autem se inclinans deorsum. Glossa: de sede Patris in mundum, digito scribebat in terra: Qui sine peccato est, mittat in eam lapidem, etc.* Et statim subintulit: *Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, etc.* (7). Unde Filius Dei filiis Adæ protulit sententiam absolutionis, quam sententiam Virgo pariter uti corredemptrix cum Christo protulit: hanc tamen proferre nequibat, si vel animi culpis, vel corporis animique pœnis, quas inter corruptio tumuli, fortasse subjacuerit.

4. Huc præstat nos omnino silere, ut tantum queamus Albertum audire loquentem: « Item ipsa (Maria) est

(5) Eccle. xii, 30.

(7) Ibid. viii, 6 seqq.

(6) Joan. vii, 21.

gitur beatitudo de qua mulier evangelica loquitur, est plane cælestis atque supernaturalis: namque cæleste prorsus est atque supernaturale objectum ob quod ominatur illa mulier, nempe Christus. Hanc exegesis roborat Gaspar de Luise (1), qui putat, Deiparæ ventrem nuncupari *beatum*, eo quia cælesti beatitate perfruitur. Fatidica hæc mulier gessit typum cælicolarum, fidelium et Ecclesiæ. Illius sane verba repetunt cælites, beatissimæ Deiparæ corpus ineffabiliter contuentes; illius verba repetunt christifideles, singularem Virginis prærogativam unanimiter profitentes; illiusmet quoque verba, quando Spiritus sanctus fortiter hoc suaviterque disponet, festiva repetet Rom. Ecclesia, prærogativam hanc irreformabiliter ex cathedra docens. Hoc quidem, ipsa Beatissima æternique Regis immaculata Maria Parente auspice, factum iri confidimus. Fiat, fiat.

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM

IN PRINCIPIO ERAT VERBUM

1. Beatissima Domina secundum evangelium Joannis dicitur mater restitutionis omnium. De ejus namque Filio dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt* (2). Sic dicitur de illa: *Omnia per ipsam resecta sunt*, ut inquit

(1) Loc. supra cit.: « Maria è singolarmente beata, perchè singolarmente eletta, e perchè eccezionalmente privilegiata, essa è eccezionalmente glorificata. Ed ecco come ciò si accorda con le parole della donna evangelica, che parla della beatitudine del corpo di Maria, *beatus venter qui te portavit, et ubera que suxisti*. » E la Chiesa nel lodare la Vergine canta *beata viscera Mariæ Virginis, que portaverunt æterni Patris Filium*. È attualmente beato il seno di

Anselmus (3). Et S. Bernardus similiter ait: « Merito in te respiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, et per te, et de te benigna manus Omnipotentis, quidquid creaverat, recreavit (4). » Expressius tamen card. Petrus Damianus: « Statim, » ait, « de thesauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur, et per ipsam, et in ipsa, et de ipsa, et cum ipsa totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil resectum sit (5). » Item ipsa est lux nostra *quæ post Deum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (6). Illa porro quæ cuncta cum Domino refecit, non potest in sepulcro deficere sive putrescere; qui sanè putrescit, sanè deficit: illa quæ cum Deo cuncta componit, haud quidem potest in sepulcro decomponi; decomponitur autem qui mortuus dissolvitur: illa quæ cum Christo nova micantique luce cuncta colorat, profecto nequit in sepulcro decolorari; decoloratur enim qui manet obscuro tumulto clausus. Immo caligare tota natura videtur, in tumulto caligante Maria: decomponi tota natura videtur, quum in tumulto Virgo Deipara decomponatur. Christus totam naturam refecit, et, tota congaudente natura, in cælum gloriosus ascendit; et Virgo Maria totam cum Christo na-

« Maria, perchè attualmente glorificato. Non sarebbe nè beato nè glorificato oggi il corpo di Maria, se non fosse risorto e non risplendesse nel cielo » pag. 124.

(2) Joan. 1, 3.

(3) In lib. de excell. B. Virg., capp. 10-11.

(4) Serm. 2 in festo Pentecostes.

(5) Serm. de Annunt. B. V. M.

(6) Joan. 1, 9.

turam refecit, et, tota jubilante natura, cum corpore cælica regna conscendit.

2. B. Virgo pariter est claustrum humanitatis Filii Dei, in qua *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (1), in quo Deus angelorum factus est frater peccatoris. Nota, quod bonum verbum debet habere quinque. Primo quod sit integrum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, totus apud Patrem, et integer nobiscum mansit. Secundo debet esse manifestativum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, manifestat nobis Patrem per potentiam, Filium per sapientiam, Spiritum sanctum per diffusivam benevolentiam; item manifestavit nobis vanitatem mundi, peccati damnositatem, pœnarum acerbiteriam, gloriæ cælestis æternitatem. Tertio debet esse rectum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, fuit *Deus justus et rectus* (2). Quarto debet esse lætificativum desolatorum: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, pauperes lætificavit, cum dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, etc.* (3). Quinto debet esse confortativum debiliū: sic Filius Dei, ex Virgine nascens, dixit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus* (4). Verum, si B. Virgo ex utero tamquam ex mente genuerit Verbum æternum, uti Pater ex mente tamquam ex utero genuit illud; si B. Virgo hoc divinum genuerit Verbum integrum, manifestativum, rectum, lætificativum, atque confortativum, illud divinum quoque Verbum Ss. Deiparam, pulcherrimum quasique maximum suæ mentis verbum, ad cælestis gloriæ

(1) Joan. v. 14.

(3) Matth. v.

(2) Deut. xxxii.

(4) Matth. x.

vitam generans, generare debuit integram, anima scilicet et corpore; manifestativam, nimirum, uti Verbum, humana carne circumdatam; rectam, anima scilicet et corpore præditam harmonico cælestive nexu conjunctis juxta illud: *Deus fecit hominem rectum* (5), id est corpus inter et animam hostili pugna carentem; lætificativam cælitum, ita, ut jugiter eam videre concupiscant; denique confortativam mortalium, quibus eandem gloriam pollicetur.

3. Item B. Virgo est opus admirationis tam angelorum quam hominum. *Respondit Jesus, et dixit eis: Unum opus feci*, nempe Mariam, quæ una et singularis est, *et omnes admiramini* (6), ejus naturam singularem, ita, ut præ cunctis hominibus speciosa sit; ejus gratiam, ita, ut ista gratia nulla major existat; ejus gloriam, ita, ut ipsa sola cum anima et corpore cælesti gloria perfruatur. — *Jesus autem se inclinans deorsum*. Glossa: de sede Patris in mundum, *digito scribebat in terra: Qui sine peccato est, mittat in eam lapidem, etc.* Et statim subintulit: *Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, etc.* (7). Unde Filius Dei filiis Adæ protulit sententiam absolutionis, quam sententiam Virgo pariter uti corredemptrix cum Christo protulit: hanc tamen proferre nequibat, si vel animi culpis, vel corporis animique pœnis, quas inter corruptio tumuli, fortasse subjacuerit.

4. Huc præstat nos omnino silere, ut tantum queamus Albertum audire loquentem: « Item ipsa (Maria) est

(5) Eccle. xii, 30.

(7) Ibid. viii, 6 seqq.

(6) Joan. vii, 21.

potentissima in sua assumptione. Unde convenit ei illud Joan. 20: *Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum.* His verbis nullus convenienter ita uti potuit, sicut B. Virgo in sua assumptione ad regnum cælorum. Unde nota circa ejus assumptionem tria, scilicet qualiter ascendit. Primo ascendit feliciter: quia ad Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Unde dixit: *Ascendo ad Patrem meum, etc.* Item ascendit hilariter: quia conculcavit mundum, diabolum et peccatum. Item ascendit regaliter cum choris angelorum, et sanctorum, et cum ductore suo Jesu Christo. Unde ipsi admirando poterant dicere: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, etc.* Cantic. 3. Secundo videndum est, quare ascendit, scilicet ut infernum obstrueret, ut cælum aperiret, ut Deum Patrem placaret, ut cæli militiam lætificaret, ut nos ad se traheret. Cant. 1: *Trahe me post te, etc.* Tertio videndum est quo ascendit. Et sciendum, quod post Christum ad locum nobilissimum et altissimum: hoc enim triplex ratio exigebat. Prima fuit summa ejus post Deum nobilitas. Unde Aristoteles libro de mundo, cap. 7: *Nobilis res debet esse in nobili loco.* Sic et ipsa. Secunda fuit meritorum qualitas, quia ipsa meritum summum habuit. Ergo post Christum summum locum habere debuit. Tertia est Dei promittentis veritas. Constitutio enim Dei est, ut omnis qui se humiliat, exaltetur, et qui se maxime humiliat, maxime exaltetur. Hoc autem ipsa post Christum maxime fecit. Ergo maxime exaltari

(1) Bibl. Mar., Ev. secundum Joannem, n. 16.

debut (1). » Heic tamen animadverto, ratisbonensem Antistitem hoc in loco de corporea Deiparentis Assumptione perloqui, cum inter ascensionem Christi quæ corporea fuit, et ascensionem Virginis pulcherrimam instituat comparisonem.

## ACTA APOSTOLORUM

PRIMUM QUIDEM SERMONEM  
FECI DE OMNIBUS, O THEOPHILE

1. Christus, saluberrimo Redemptionis suæ negotio peracto, in cælum unde discessit, gloriose remeavit. *Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum* (2). Hæc Christi triumphalis Ascensio Deiparentis Assumptionem præsignat adamussim, sic, ut istam, non secus ac illam, graphice depinxerit ecclesia græca. Quandoquidem in sacra hymnologia Ode ix, pag. 215 hæc leguntur: « Apostoli qui corpus tuum demortuum prius in sepulcro composuerunt... ut Deum decebat, excitatum tertia die, sicut antea illud Filii tui conspexerunt. » Et pag. 209 canticum hoc legimus: « Ut fide credendas esse demonstraret Jesus filius tuus et Deus duas naturas suas, ut homo quidem moritur, ut Deus vero resurrexit: etiam te mori, o Mater Dei, juxta naturæ leges ipsi placitum est, ne œconomia (scilicet incarnationis Verbi mysterium) ab infidelibus judicaretur phantasia. Ad cælestem autem mansionem transcendis, veluti e thalamo tabernaculi tui e terra assumpta, o supercælestis sponsa... Apostoli et Angeli sacratis-

(2) Act. Apost. i, 9.

simum corpus tuum elevatum videntes in timore clamaverunt: Hæc immutatio dexteræ Excelsi; ipse enim est in medio ejus; non commovebitur. » Et enucleatius adhuc pag. 181: « Decebat quidem ut oculati ministri Verbi aspicerent Dei Matris secundum carnem obdormitionem... ita ut non modo Ascensionem Salvatoris e terra conspicerent; sed et de translatione genitricis ejus testimonium perhiberent. »

2. *Quem Christum Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conspectu meo semper... Quoniam non derelinques animam tuam videre corruptionem* (1). Apostolus Petrus ut resurrectionem Christi judæis invicte probaret, *impossibile erat, inquit, teneri illum ab eo, ne nixibus nempe mortis comprimi. Ecqua ratione? quia summopere dedecebat, Christum, Sanctum per antonomasiam, in tumulo corruptione tabescere. Et heic animadvertas velim, non dixisse Scripturam: Omnino non poteris, sed: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, nempe non sines, ut omnes opinantur interpretes: quatenus id solummodo decuit, non autem absolute conquirebatur. Hæc porro*

(1) Acta Apost. ii, 24 seqq.

(2) Hæc habet: « S. Pietro per provare a' giudei la risurrezione del Salvatore: È impossibile, diceva, che i lacci della morte lo abbiano tenuto avvinto; e perchè? per essere egli il Santo per eccellenza, Dio non poteva permettere che il suo corpo fosse soggetto alla corruzione: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Sulle quali parole notano gli interpreti che si dice non dabis (non lascerai): dal che inferiscono che as-

decentia proportionabiliter B. quoque Deiparæ convenit, adeo, ut ex mortuis utrumque resurrexisse condecuerit. Biblicam hanc exegesim mirifice roborat diarium inscriptum: *Scienza e Fede* (2).

## LITTERÆ APOSTOLORUM

BB. PAULI, PETRI, JOANNIS, JACOBI,  
ET JUDE

1. Ex resurrectione Christi arguitur humana resurrectio: igitur ex resurrectione Virginis nostra pariter resurrectio deducitur. Re vera, scribit Apostolus in sua ad Corinthios epistola: *Si Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt ex vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides nostra* (3). Dom. Gaspar de Luise, prædictis verbis in medio prolatis, disserit: « In Assumptione Deiparæ nostra fides atque nostræ resurrectionis spes alitur; namque videmus, simplicem creaturam e mortuis resurgere, et ad cælum assumi ab illo humanato Domino, qui spondit, se omnem hominem in ultimo sæculorum die resurrecturum, et ego resuscitabo eum in novissimo die (4). »

« solutamente il corpo di Cristo sarebbe stato soggetto alla corruzione senza un'azione positiva della divinità; e ciò perchè era indecente che il Santo per eccellenza fosse soggetto alla corruzione. Or proporzionalmente lo stesso deve dirsi di Maria. » Tom. x, 1869, *I voti dei cattolici e l'Assunzione di Maria Ss.*

(3) I. ad Cor. xv, 12 seqq.

(4) *L'Assunzione di Maria*, pag. 106, ed. Torino.

De Moyse D. Paulus narrat (1), quod ex consortio sermonis Domini tantus splendor faciem ejus venustavit, ut non possent intendere filii Israel in faciem ejus propter gloriam vultus ejus. Et quod erat illud consortium sermonis Domini? Mariam in figura videbat, Mariam cogitabat, de Maria loquentem Deum audiebat. Hinc sanctus Methodius sic Virginem alloquitur: « Nonne Moyses ille magnus propter figuras intellectu difficiles quæ te, Virgo, tangebant, diutius in monte commoratus, ut ignota de te, o casta, sacramenta edoceret (2)? » Et S. Ephrem syrus Virginem appellat: *Deus Aaron, Moysis splendor* (3). Qualis autem iste Deiparentis splendor? illius profecto gutta splendoris, qui glorificatum ejus vultum debebat in cælis mirabiliter irradiare.

Magister Sententiarum aliquos memorat, qui Christum nobis quidpiam, sibi vero nihil meruisse contendebant (4). Hunc pariter errorem Calvinus adoptavit, more suo Scholasticos hanc veritatem edocentes *stultæ curiositatis et temeritatis* incusans (5). Sed perperam; postquam enim Apostolus commemoravit humilitatem Christi, et obedientiam usque ad mortem crucis, infert: *Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen* (6). Id quod Apostolus ipse confirmasse videtur, inquit: *Videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum* (7). Verum, beata

(1) II. ad Cor. III, 7.

(2) Hom. de Purific. B. M. Virg.

(3) Serm. de laud. Virg.

(4) In lib. 3, initio Distinct. 18.

Virgo seipsam præ cæteris hominibus humiliavit, et dicere cum veritate potuit: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*. Præ cæteris etiam hominibus passa cum Christo fuit; quare potuit veraciter inelamare: *Non est dolor sicut dolor meus*. Erat autem plane conveniens, ut Deus congruum beatæ Virgini præmium offerret, prout contulit Christo, gloriosissimam nempe resurrectionem, nec non gloriosissimam ac triumphalem in cælos Assumptionem.

2. Coapostolum Petrum similiter auscultemus: *Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis* (8). Virgo quoque Deipara in suo tumulto tamquam in utero fecundissimo totam concepit regeneravitque naturam humanam, divinitus efficiens, ut cum ipsa resurgeret quasi nasceretur in admirabile lumen gratiæ, quemadmodum beata Virgo in admirabile lumen gloriæ. Ratio concludentissima liquet. Etenim Christus uti Redemptor et B. Virgo uti Corredemptrix debebant proportionabiliter, sed conjunctim totum et integrum reficere genus humanum.

3. *Beatus vir*, ait Jacobus, *qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se* (9). Hæc cælestis vitæ corona, secus ac Jovinianus nec non Lutherus

(5) In lib. 2 Instit., cap. 17, § 6.

(6) Ad Philipp. II, 9. (7) Ad Hebr. II, 9.

(8) I. Petr. I, 3.

(9) Jacob. I, 12.

aliquæ recentiorum temporum hæretici blaterarint, pro diversitate meritum alia est alia perfectior, nobilior, formosior. Unde, quemadmodum beata Virgo in sacræ passionis hebdomada eandem quam Christus, tentationem quodammodo sustulit; eandem igitur gloriam, quam Christus, mereri prope modum debuit. Quæ cum ita sint, Virgo Deipara gloriosissimam duplicemque vitæ coronam quam Christus meruit, accepit, coronam vitæ pro anima quæ Deo fruitur, coronam vitæ pro corpore quod ceu puram formosamque crystallum æternæ gloriæ lumen invadit.

4. *Qui non diligit, manet in morte* (1), ad orientales hebræos scripsit Joannes. Porro Virgo Maria sic dilexit, ut nec in animi, nec in corporis morte permanserit. Amor B. Virginis quatuor habebat præclara, quibus sanctorum charitatem oppido granditer antecellebat. Primum, reliqui sancti diligunt Deum, ut filii patrem: at Deipara ultra hoc diligebat eum, sicut mater diligit unicum filium suum. Amor autem parentum vehementior est, quam amor filiorum erga parentes, ut docuit Aristoteles (2), et probat D. Thomas (3). Quanto proinde vehementius B. Virgo diligeret talem Filium, cujus illa sola genitrix fuerat, inexplicabile dictu est. Sicut Pater æternus infinite diligit Unigenitum suum; ita Deipara eundem Patris Filium a se genitum, plusquam omnes sancti, diligebat incomparabiliter. Secundo, reliqui sancti non ita pure dilexerunt Deum, quin aliquando

(1) I. Joan. III, 14.

(2) Lib. 8 ethicorum, cap. 12.

diligerent quippiam præter ipsum, et quod non esset secundum ipsum. At Deipara sic Deum amabat, ut nihil unquam præter Deum dilexerit, et quod non esset secundum Deum et propter Deum. Tertio, reliqui sancti non jugiter nec continue Deum amabant: at B. Virgo continua fuit ac jugis in amore Dei. Immo bene multi graves DD. quos inter S. Bernardinus senensis, affirmant, eam dormientem in Dei pariter amore manere. Quarto, reliqui sancti tepide sæpius operantur. At beata Virgo diligebat Deum summa intentione atque conatu secundum omnem efficaciam gratiæ et charitatis. Unde tantum sanctorum charitatem excellit B. Virginis amor, quantum sol in claritate stellas, quantum pelagus in immensitate rivulos. Hac deinceps dilectione succensa et demortua, iterum uti phœnix reviviscit, et de tumulto tamquam de suo nidulo pennas amoris per aurati cæli sublimia movet.

5. *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore non est ausus judicium inferre blasphemice: sed dixit: Imperet tibi Dominus* (4). Hæc Judas apostolus. Quod olim diabolus quoad Moysis corpus, nunc diaboli versuta propago quoad Virginis corpus operatur. Nonnulli quippe neologi, ut Deiparentis Assumptionem radicitus evellant, Marianum corpus ab apostolis fuisse sublatum, et ideo nunc temporis reperiri posse comminiscuntur. At incassum: Maria, non aliter ac Michael pro Moysi corpore, conterit pro suo cor-

(3) 2. 2. quæst. 26, art. 9.

(4) Jud. I, 9.

pore sinuosum ravidumque virginea planta draconem. Quomodo et quando Marianum corpus fuit ab apostolis sublatum, ita, ut reperiri nostra ætate valeat? neologos respondere crediderim: hebræi posuerunt custodes ad sepulcrum. Sed, illis dormientibus, venerunt apostoli, et abstulerunt eam. Quid est quod dixisti, o infelix astutia? dormientes testes adhibes? vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.

## LIBER APOCALYPSEOS

## APOCALYPISIS JESU CHRISTI

1. Apostolus Joannes et vates pro Virginis Assumptione majus quiddam suppeditare videtur. Illa primum hujus revelationis aurea verba promantur: *Et apertum est templum Dei in cælo, et visa est arca testamenti ejus in templo: et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando magna* (1). Si nuper tam noemiticam tum fœderis arcam Virginem Mariam præsignasse declaraverimus; ecquis impedit quominus et in arca ista quam in templo Dei Joannes vidit, eandem Virginem et quidem in cælos assumptam conspiciamus? Non erat utique anima Virginis arca testamenti, sed ipsiusmet corpus; istud enim, qualiter illa, cæleste divinumque manna continuit: quare Joannes, si arcam testamenti, sive Marianum corpus aspexerit glorificatum, jam quidem surrexerat, inque cælum fuerat divinitus assumptum. Cui nostræ sententiæ mirifice suffragatur D. Ildephonsus:

(1) Apoc. xi, 19.

(2) Serm. 1 de Assumpt.

(3) Apoc. iv, 2.

« *Et apertum est templum Dei in cælo, et arca testamenti Dei visa est.* Quæ profecto arca non illa Moysi fabricata, sed B. V. M. est, quæ hinc jam transposita erat, quam B. Joannes evangelista testis veritatis, cui commissa est, forte recognoscens venerabiliter affatur, quia in cælo visa est (2). » Et ea verba componens cum aliis: *Et statim fui in spiritu, et ecce sedes posita erat in cælo, et super sedem sedens* (3), addit: « Super quam B. Maria in qua resedit majestas Deitatis, posita est in cælo in Assumptione ministerio angelorum, in corpore et anima, ut pie creditur. » Novam Dei arcam D. Andreae cretensi in deliciis est vocitare Mariam, quam propterea sic alloquitur: « Gaude nova Dei arca, in qua Dei spiritus conquiescit: arca in qua noster Noe, Christus humanitatem servavit: arca in qua novæ gloriæ sanctificatio, et qui natura sanctus est in virgineæ naturæ officina corpus sibi ratione mirabili fabricatus est, non deponens id quod erat, est enim incommutabilis, sed assumens id quod non erat (4). »

2. *Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua, et septem lampades ardentes ante thronum, qui erant septem spiritus Dei* (5). Super quæ Guërricus Abbas interrogans, cur thronus Maria Virgo dicatur, respondet: « Regali quidem ex progenie Virgo electa est, generositatis quidem regia nobilis proles, sed virtutis regie nobilior indoles, ut æterno regi filio regis, regalis materna quoque nobilitas regium defenderet honorem, et

(4) Orat. iii de Dormit. Deip.

(5) Apoc. iv, 5.

venientem a regali sede patris, regalis etiam thronus in aula virginali reginæ susciperet matris. In ipsa quippe et ex ipsa *Sapientia edificavit sibi domum, et in ipsa paravit sibi thronum*, cum in ea et ex ea corpus aptavit sibi, ita ad omnia perfectum et congruum, ut et domus sit ad quiescendum et thronus ad judicandum (1). » Hinc Christo per ejus in cælum Ascensionem clarificato, ut et ejus Mater integre in cælum assumeretur, consentaneum omnino videbatur; ac proinde *de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua*, etc., symbola potentie atque majestatis Dei, prout in monte Sinai. Cur autem thronus isthic in cælo erat? Sermonis auctor qui circumfertur inter D. Augustini sermones, respondet: « Possidens in Christo corpus suum quod genuit, clarificatur in dextera Patris. Et quare non suum per quod genuit? Respondeo: Vere credo, et per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior cælo est quam terra. Thronus Dei, thalamus Domini, domus atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi ipsa est (2). »

3. Rem acu denique tetigisse videtur notissima visio quæ prophetæ nuperrimo facta est: *Et signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole* (3). Teste Trombellio, cum ann. 1672 contra calvinistas jerosolymitana Synodus Dosithæo patriarcha præside celebraretur, cap. *de cultu Sanctorum*, auctoritatem Cyrilli alex. commendat, qui in homilia *de Dormitione Mariæ Virginis* talia fatur:

(1) Serm. 1 de Annunt.

(2) Serm. in Assumpt.

« Quidnam est magnum illud signum quod apparuit in cælo, ubi et Deus habitat, et cælestes virtutes assistunt? Ipsum procul dubio est virgo sanctissima, quæ magnum in terra signum cum extiterit, eo quod Deum in carne genuit, et post partum integerrima virgo permanserit; recte jam et signum esse dicitur in cælo, eo quod ipsa cum corpore assumpta est in cælum. » Areta cæsareensis, variis satanæ deceptionibus enarratis, inquit: « Eapropter matrem quidem, utpote puram et a terrenis rebus liberam et alienam, in cælo esse describit Joannes, ut angelis æqualis sit (4). »

Virginis gloriam intuitus D. Joannes, eam sic descripsit: *Mulier amicta sole*: nam sicut sol claritate sua omnia sidera vincit; ita B. Virgo suæ gloriæ claritate omnes sanctos superat. In solem præ nimia ejus claritate ac splendore figi non potest humanus obtutus; ita in B. Virginem tot tantisque cælestis gloriæ nitoribus radiantem nedum humanæ, verum et angelicæ mentis acies intendere non potest. Erat sane conveniens, ut illa quæ suo virgineo corpore divinum Solem amicit in terra, hujus divini Solis fulgore circumamicta videretur in cælis, suumque corpus illiusmet æterni Solis quem intus continuit, radios micantissimumque jubar foris mirabiliter offunderet. — *Luna sub pedibus ejus*: per lunam div. Bernardus intelligit Ecclesiam militantem et triumphantem, quæ a Deo veluti Sole gratiæ et gloriæ lucem mutuatur. Universa proinde militans atque triumphans

(3) Apoc. xii, 1, 4, 5.

(4) In Apocalypsim.



Ecclesia, constans ex angelis et hominibus, est sub pedibus Mariæ. Moyses post colloquium cum Deo habitum apparuit habens in fronte lunam. Hoc est enim quod de eo dicitur: *Ignorabat Moyses quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini* (1), videlicet ignorabat quod tam lucida esset facies ejus, ut radius luminis vibraret ad instar lunæ crescentis, quæ duo videtur habere cornua. Maria vero lunam sub pedibus habet, ut nimirum intelligas, supremum gloriæ Moysis et sanctorum omnium infimum esse Mariæ, cujus virginei pedes non in tumulo vilia, sed in cælo tam grandia, tam sublimia premebant. — *In capite ejus corona stellarum duodecim*: Christus coronat lapidibus pretiosis cæteros sanctos juxta illud psalmi: *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso* (2). Ast B. Virginem coronat *stellis*, quia corona ejus est cujusdam superioris ordinis. *Duodecim*, quia omnimodæ gloriæ; in duodecimo quippe numero quævis perfectio est: quapropter in Deipara Virgine gloria corporis nequaquam videtur excludi.

4. Disertis autem conceptisque ver-

(1) Exod. xxxiv, 29. (2) Psalm. xx, 4.  
(3) Apoc. xii, 14.

bis hanc de Mariæ Virginis Assumptione sententiam Cornelius A Lapide profitetur, cum illa verba declarat: *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum* (3): « Jam certum est, » inquit, « eam esse mortuam, et paulo post resuscitatam ascendisse in cælum, hoc enim profitetur et celebrat Ecclesia in festo assumptionis ejusdem (4). — *Ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo* (5). Hæc civitas secundum exegetas plurimos Virgo Deipara est, in qua refulget aurum propter soliditatem, pretiositatem, fulgoremque corporis, nec non vitrum propter innocentiam, puritatem atque castitatem animæ. Hinc plane videtur innui corporea Deiparentis Assumptio.

Hosce paucos inter amœna sacri Sponsi vireta flosculos quibus virginales Deiparentis exuviæ, post pretiosissimam ejus transmigrationem conspersæ largiter fuere, collegisse sat est. Hi biblici flores quos decerpimus a Genesi ad Apocalypsim, Marianam Assumptionem saltem *oblique* vel *subobscurè* declarant, nisi velimus, neglecto spiritu, litteræ tenacius, quam par est, inhærere.

(4) Comment. in Apoc. cap. xii, 14.  
(5) Apoc. xxi, 18.

## PARS TERTIA

# MYSTERIA

### PROËMIUM

1. Ab ipso hujusce disquisitionis limine veritatem Assumptionis theologica pariter ratione proposuimus evincendam. Meliori proinde methodo insistentes argumentum hoc extrinsecum quod est intrinseci argumenti pulcritudo ac splendor, involvemus; ad eum pene modum quo pictor, postquam suam confecit iconem, penicillum sumens, colorum venustate depingit.

2. Extrinseca de quibus loquimur argumenta quæ *congruentiæ* seu *decentiæ* apud theologos vocitantur, sin minus apodictica, validissimum tamen ad ea quæ dicta sunt, robur adjiciunt atque mirifice confirmant. Mirum est enim principium illud a D. Augustino præstitutum: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, tamquam bonorum omnium conditorem* (1). Ac si dicere velit: Deus semper agit quicquid aptius et rectæ rationis dictamini congruentius apparet. Rationi quippe ac intelligentiæ a quibus extrinseca ar-

(1) Lib. 3, cap. 5, n. 13.

gumenta proficiscuntur, divinus Conditor participationem luminis sui, ut loquitur div. Thomas (2), impressit ac imaginem et similitudinem suam. Si propterea de naturali ordine loquamur, ratio et intelligentia haberi tamquam suprema criteria debent, quæ hominem ad vera et honesta cognoscendum dirigant; si vero de supernaturali ordine sermo sit, inservire pariter illa debent ad credibilitatis motiva dignoscenda, ut revelationem, istorum ope cognitam, divinæ gratiæ subsidio præventus homo et adjutus rationali valeat obsequio mentis amplecti.

3. Hinc planum fit quam turpiter errarint nuperi novatores qui *nihilismum rationis* in rebus quæ fidem attingunt, reperiri debilaterarunt. Novæ semper elucubrationis Theologia capax est, ita tamen, ut, juxta præclarum Lyrinensis effatum, *dum dicis nove, non dicas nova*. Et qui hoc audacter inficiari, quod Deus avertat, præsumperit, ab illa cælestium divinarumque rerum harmonia quæ in rebus fidei micat, plane desciscit.

Quæ quum ita sint, licet Assum-

(2) 1 p., q. 84, art. 5 seqq.

Ecclesia, constans ex angelis et hominibus, est sub pedibus Mariæ. Moyses post colloquium cum Deo habitum apparuit habens in fronte lunam. Hoc est enim quod de eo dicitur: *Ignorabat Moyses quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini* (1), videlicet ignorabat quod tam lucida esset facies ejus, ut radius luminis vibraret ad instar lunæ crescentis, quæ duo videtur habere cornua. Maria vero lunam sub pedibus habet, ut nimirum intelligas, supremum gloriæ Moysis et sanctorum omnium infimum esse Mariæ, cujus virginei pedes non in tumulo vilia, sed in cælo tam grandia, tam sublimia premebant. — *In capite ejus corona stellarum duodecim*: Christus coronat lapidibus pretiosis cæteros sanctos juxta illud psalmi: *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso* (2). Ast B. Virginem coronat stellis, quia corona ejus est cujusdam superioris ordinis. *Duodecim*, quia omnimodæ gloriæ; in duodecimo quippe numero quævis perfectio est: quapropter in Deipara Virgine gloria corporis nequaquam videtur excludi.

4. Disertis autem conceptisque ver-

(1) Exod. xxxiv, 29. (2) Psalm. xx, 4.  
(3) Apoc. xii, 14.

bis hanc de Mariæ Virginis Assumptione sententiam Cornelius A Lapide profitetur, cum illa verba declarat: *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum* (3): « Jam certum est, » inquit, « eam esse mortuam, et paulo post resuscitatam ascendisse in cælum, hoc enim profitetur et celebrat Ecclesia in festo assumptionis ejusdem (4). — *Ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo* (5). Hæc civitas secundum exegetas plurimos Virgo Deipara est, in qua refulget aurum propter soliditatem, pretiositatem, fulgoremque corporis, nec non vitrum propter innocentiam, puritatem atque castitatem animæ. Hinc plane videtur innui corporea Deiparentis Assumptio.

Hosce paucos inter amœna sacri Sponsi vireta flosculos quibus virginales Deiparentis exuviæ, post pretiosissimam ejus transmigrationem conspersæ largiter fuere, collegisse sat est. Hi biblici flores quos decerpimus a Genesi ad Apocalypsim, Marianam Assumptionem saltem *oblique* vel *subobscurè* declarant, nisi velimus, neglecto spiritu, litteræ tenacius, quam par est, inhærere.

(4) Comment. in Apoc. cap. xii, 14.  
(5) Apoc. xxi, 18.

## PARS TERTIA

# MYSTERIA

### PROËMIUM

1. Ab ipso hujusce disquisitionis limine veritatem Assumptionis theologica pariter ratione proposuimus evincendam. Meliori proinde methodo insistentes argumentum hoc extrinsecum quod est intrinseci argumenti pulcritudo ac splendor, involvemus; ad eum pene modum quo pictor, postquam suam confecit iconem, penicillum sumens, colorum venustate depingit.

2. Extrinseca de quibus loquimur argumenta quæ *congruentiæ* seu *decentiæ* apud theologos vocitantur, sin minus apodictica, validissimum tamen ad ea quæ dicta sunt, robur adjiciunt atque mirifice confirmant. Mirum est enim principium illud a D. Augustino præstitutum: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, tamquam bonorum omnium conditorem* (1). Ac si dicere velit: Deus semper agit quicquid aptius et rectæ rationis dictamini congruentius apparet. Rationi quippe ac intelligentiæ a quibus extrinseca ar-

(1) Lib. 3, cap. 5, n. 13.

gumenta proficiscuntur, divinus Conditor participationem luminis sui, ut loquitur div. Thomas (2), impressit ac imaginem et similitudinem suam. Si propterea de naturali ordine loquamur, ratio et intelligentia haberi tamquam suprema criteria debent, quæ hominem ad vera et honesta cognoscendum dirigant; si vero de supernaturali ordine sermo sit, inservire pariter illa debent ad credibilitatis motiva dignoscenda, ut revelationem, istorum ope cognitam, divinæ gratiæ subsidio præventus homo et adjutus rationali valeat obsequio mentis amplecti.

3. Hinc planum fit quam turpiter errarint nuperi novatores qui *nihilismum rationis* in rebus quæ fidem attingunt, reperiri debilaterarunt. Novæ semper elucubrationis Theologia capax est, ita tamen, ut, juxta præclarum Lyrinensis effatum, *dum dicis nove, non dicas nova*. Et qui hoc audacter inficiari, quod Deus avertat, præsumperit, ab illa cælestium divinarumque rerum harmonia quæ in rebus fidei micat, plane desciscit.

Quæ quum ita sint, licet Assum-

(2) 1 p., q. 84, art. 5 seqq.

ptionis veritas solidissimis innitatur fundamentis quæ nuper extruximus, omnique fulgeat perspicuitate; nihilo tamen secius, quo clarius atque pulchrius innotescat, de nonnullis *theologumenis* seu principiis ex ratione petitis singularem quærimus habere sermonem. Has *congruentiæ* seu *decentiæ* rationes bifariam theologi dispescunt, in *positivas* scilicet et *negativas*. Ab indecentia *negativas*, *positivas* a decentia petunt. Quum vero theologica ratio a decentia simul et ab indecentia peti facile possit; hac de re *positivas* et *negativas* congruentiæ rationes per modum unius breviter attingemus.

## ARTICULUS I.

## Caput I.

Divina Prædestinatio et Assumptio.

1. In æterna prædestinatione tanta fuit cum Christo sanctissimæ Virginis unio, ut alia quævis concipi nequeat. Primum nomen in libro vitæ nomen Jesus est, secundum post illud est nomen Maria. Primus enim prædestinatorum omniumque caput est Christus, secundum post Christum locum nobilissimum B. Virgo inter prædestinatos habet. Ipsam ergo Virginem *Dominus possedit in initio viarum suarum* (1), hoc est operum suorum, non quod ipsam ante sæcula crearet, uti Theoctistus quidam eremita dicitabat, cujus Baronius an. 823 meminit; sed quod illam ab æterno prædestinavit, ut esset una cum

(1) Prov. viii, 22.

(2) Lib. 7, cap. 1, de arcanis cath. verit.

Christo princeps et domina omnium operum Dei. Unde Rabbinus, teste Galatino (2), Matrem Messiae vocant *primum hominem*. Primum intellige non creatione ac tempore, sed tum dignitate, tum fine et scopo, tum in prædestinatione et decretis Dei. Christus equidem est primus prædestinatus, immo caput omnium prædestinatorum; sed Mater a Filio disjuncta non fuit in prædestinatione divina. *Relativa enim sunt simul cognitione*. Unde de B. Virgine dicitur: *Electa ut sol* (3), quia in sui prædestinatione non fuit sejuncta a Filio qui *sol justitiæ* vocatur (4): et quemadmodum sol non habet similem inter astra; ita B. Virgo inter prædestinatos. Jure proinde merito illud aptatur Virgini Deiparæ: *Ab initio et ante sæcula creata sum* (5), idest princeps et regina constituta sum ab æterno. Sic enim dicuntur creari cardinales, episcopi, reges, cum dignitas cardinalatus, episcopalis, regalis eis confertur.

2. Ex huc usque dictis plane consequitur quod B. Virgo peculiarem cum Filio constituat hierarchiam, sic, ut concipi possit Christus sine electis, non autem sine Maria, cujus est Filius. Quæ cum ita se habeant, qualiter *partim*, quoad nempe corpus, in cælesti gloria sejungimus eam a Christo, cum quo Deus *ex toto*, ut ita dicam, obstrictis vinculis ab æternitate copulavit? Ab æterno namque Dominus Christum ut Mariæ Filium et Mariam ut Christi Matrem uno eodemque decreto prædestinavit. Verum non in anima, sed in corpore præ-

(3) Cant. vi.

(4) Malach. iv.

(5) Eccl. xxiv, 14.

sertim agnoscitur maternitas. Quam ob rem si Deiparæ corpus assumptum minime fuisset in cælo, haud quidem cum Christo, prout in æterno prædestinationis decreto, perfecta tamquam Mater consociata reperiretur. In eodem *nunc* æternitatis eodemque decreto Jesus et Mariæ nomina scripta sunt; in eodem æternitatis *hodie* iisdemque prope gaudiis Jesus et Maria, Filius et Mater itidem perfruantur oportet. A diebus æternitatis in aula divina uterque versabatur, ille ut Filius, ista ut Mater; in diebus igitur æternitatis sin ille ut Filius in anima et corpore gloriosus ascenderit; ista ut Mater, et ideo in anima et corpore, necessum est gloriosa pariter assumpta sit. Jure proinde merito div. Ildephonsus, de corporea Virginis Assumptione disserens, ait: « Hæc est sacra et venerabilis solemnitas, fratres, ante mundi constitutionem præscripta et præordinata, sed hodierna die exultanter est impleta (1). »

Uterius: Divina prædestinatio infallibilitatis munere pollet; impossibile prorsus est, ut, secus ac Deus constituerit ab æterno, contingat. Ecquid autem voluit ab æterno Deus? ut ad ablutionem scelerum quæ in hominibus præcognoverat, perpetuo flueret ex Mariana scaturigine fons aquæ vivæ, Christi nimirum sanguis, sine cujus *effusione non fit remissio* (2). Hic tamen est fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam. Et vere salit de terra in cælo, ut de cælo in terram saliret. Sed absque scaturigine quæ caro Virginis est,

(1) Serm. ii de Assumpt.

fontem, Christi carnem excogitare nequimus in cælo. Ne proin æternæ ac divinæ prædestinationis hic ordo laberetur, pneumatosomaticam Deiparentis Assumptionem fateare necessum est.

3. Ad eandem veritatem magis magisque roborandum, pergimus ita ratiocinari. Corpus juxta legem physices ad altitudinem tantum ascendit, quantum ab altitudine descendit. Igitur in vita Deiparæ finis adeo debet respondere principio, ut culmen illius ad culmen istius pertingat. Et ideo finis suæ vitæ ob quandam legem gravitatis ad suæ vitæ principium extollatur oportet; quemadmodum aqua rapitur in aerem, ut scaturiginem a qua manavit stillavit, perquirat conquirat. Verum ubi reperietur vitæ Deiparentis origo? Necessum est ut moveamus per æthera pennas, et ad æternitatis usque verticem fidenter ascendamus. Quandoquidem cum cælestis ac terrestris genealogia Christi in una eademque sua Persona jungatur, B. Virgo ex ista ad illam evehitur per eandem gratiam quæ Christum ab illa ad istam inclinat. Et quoniam hujusce Verbi quod *in principio erat apud Deum*, verum est dicere: *Et Verbum caro factum est*; ita Virginis Mariæ in qua *Verbum caro factum est*, quasi dicere faterique verum est: *In principio erat apud Deum*. Quocirca in B. Deipara principium suæ vitæ tantam attingit altitudinem, ut nec major nec melior excogitari qualibet ratione valuerit. Ergo in Virgine mors ea debet esse,

(2) Ad Hebr. ix.

qua nec melior nec nobilior alia concipi queit. Nec melior autem nec nobilior esset in Virgine mors, nisi Deus eandem Virginem in anima et corpore beatam ad æternam gloriam promovisset.

Christus tantum ascendit, quantum descendit. De cælo venit in uterum, de utero venit in præsepe, de præsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in cælum. Id ipsum putari de beata Virgine potest. Ab æternitate venit in uterum, de utero venit ad præsepe, de præsepe venit ad crucem, de cruce venit ad sepulcrum, de sepulcro redire debebat in æternitatem.

Nec satis: prosequimur enim. Duo copulative requiruntur, ut corpus, quantum descendit, tantum infallibiliter ascendat: quod nempe jugiter vis impellens præsto sit, quodque nullum refragetur obstaculum. Porro Deiparens vim semper habuit impellentem, id est gratiam, ita tamen, ut de die in diem, de hora in horam, de minuto in minutum maximopere creverit. Nec in suam carnem fuit grave vulnus inflictum, adamiticum nempe facinus quo ceterorum hominum caro aliquantisper etiam infirma et languida in consummatione sæculi ad æternam gloriam, moram faciente, perveniet. Contra Deiparæ caro a primo suæ conceptionis momento cælestibus irrorata liquoribus, cælestique jugiter nitore coruscans in ipsa sua morte nullum reperiens obstaculum, potuit divini amoris impulsu ad ætherea tabernacula ferri.

4. Sed Virginem audiamus per os

Ecclesiæ ipsa æternæ Sapientiæ verba loquentem. *Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram*: jussit Dominus, et factum est cælum; jussit Dominus, et facta est terra; jussit Dominus, et factum est mare. Sed ante mare, ante terram, ante cælum jussit Dominus me in sua collucere prædestinatione. Cælum non erat, terra non erat, mare non erat; sed antequam quicquam faceret Dominus, possedit me; ante sæcula creata sum; ab initio rerum omnium sancta coram ipso ministravi. Post me igitur fuit adamitica culpa. Ut simul ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, et humanæ existentiae tetigi limen, antiqua vipera meam in animam nisa est propinare venenum. At furere potuit, mordere non potuit: plusquam filia hominis, filia Dei cælico nitore coruscabam. Poena tamen sequitur culpam; ita ut si post me adamitica culpa, post me quoque fuerit adamitica poena. Illa proinde meam animam in introitu meo infuscare peroptat, et non potest; meum ista corpus in exitu meo denterodere cupit, et frustra molitur; ad eum prope modum quo Tantalus (si sacris mihi licet miscere fabellam), mento tenus Eridani fluvii aquis immersus vel guttulam fugientis aquæ haurire non poterat. Meus animus in tumulo materni corporis tamquam lux quam extinguere nemo potest, animæ mortem vix cernit, evadit; meum corpus in tumulo lugubris gelidæque telluris, ceu pura crystallus quæ purior servatur in arca, corporis mortem vix tangit, aufugit.

Quare Virginis prædestinatio et As-

sumptio duo sunt velut annula quæ magnam conjungunt in Virgine Deiparente coronam, ut hac in suis redimita temporibus, æternum gestiens incommutabili Bono frueretur. Vere grandis harmonia! Postremum B. M. Virginis mysterium primo mysterio plane cohæret, et sua iccirco prædestinatio suam mirabiliter includit Assumptionem.

Est sane pulcherrimum optimumque ab æternitatis fundo quandam introspicere veritatem; ea profecto ratione qua pulcherrimum atque optimum evadit ex oceani profunditate pretiosam trahere concham.

## Caput II.

### Immaculatus Conceptus et Assumptio.

1. Mulier illa singularis quam tot deliciis ab æternitate Deus in sua menteolvebat, tamquam aurora de cælis rosea micantique facie consurgens, in actum, quia *Ipsedixit*, erumpit. Et ecce cacodæmon gravi percitus ira tenebrosam in *totam pulcram* evomit caliginem. At ipsa levis nubecula, flatu propemodum sublata divino, super nigram sinuosamque viperam quam virgineo pede contrivit, formosior micuit atque splendidior, ea (opinor) ratione qua pulcrior ac nitidior elucet dies, postquam procellis gravida de cælo præcipitat nox. Mira proinde Conceptio! Nam quid Deus in suæ Conceptionis diluculo cum B. Virgine gesserit, qualiter eam sanctificaverit, solus ipse novit, quum id Scriptura non doceat, Ecclesia non loquatur, et nos potius mirari quam loqui præsumptuose conveniat.

Dicere possumus faterique dumtaxat: hæc est arca illa noetica ab aquarum inundatione immunis. Aquis diluyii etiam celsissimi montes cooperti fuerant, arca tantummodo Noe ita salva remansit, ut nec una gutta aquarum in illam intrare posset. Sic peccatum omnes altissimos montes, puta sanctos excellentes, reges, patriarchas, prophetas, apostolos pervasit: sola beata Virgo, arca Dei viventis, ab illo prorsus libera remansit; ita ut participare quodammodo possit eo græco nomine quod uni Deo tribuitur, *αγιος*, sine terra nempe, sine macula; ita ut ipsa ferme sit nova creatura novumque figmentum. Porro si beatissima Virgo quoad animæ corruptionem inter omnes extiterit singularis, quoad vero corporis corruptionem quod unum substantiale cum anima constituit, omnibus dicendum foret extitisse parem? Occurrit igitur animo quiddam mirum, sed tamen verum, B. nempe Virginem, quoniam in suo Conceptu animæ mortem evasit, in obitu corruptionem, corporis mortem, evasisse pariter. Opus est ut utrimque stupor, utrimque miraculum, utrimque reperiatur Assumptio, Assumptio illic ad gratiam, Assumptio istic ad gloriam; ibi Conceptio vel infusio animæ in corpore sine primigenia noxa ad vitam temporalem, nova heic Conceptio vel nova infusio animæ in corpore sine ulla corruptione ad vitam immortalem. Unde sic mihi liceat ratiocinari pro Assumptione, qualiter pro Imm. Conceptu ratiocinari licuit Augustino. Istic a quavis labe peccati Virginem Mariam declarat immunem, eo quod

qua nec melior nec nobilior alia concipi queit. Nec melior autem nec nobilior esset in Virgine mors, nisi Deus eandem Virginem in anima et corpore beatam ad æternam gloriam promovisset.

Christus tantum ascendit, quantum descendit. De cælo venit in uterum, de utero venit in præsepe, de præsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in cælum. Id ipsum putari de beata Virgine potest. Ab æternitate venit in uterum, de utero venit ad præsepe, de præsepe venit ad crucem, de cruce venit ad sepulcrum, de sepulcro redire debebat in æternitatem.

Nec satis: prosequimur enim. Duo copulative requiruntur, ut corpus, quantum descendit, tantum infallibiliter ascendat: quod nempe jugiter vis impellens præsto sit, quodque nullum refragetur obstaculum. Porro Deiparens vim semper habuit impellentem, id est gratiam, ita tamen, ut de die in diem, de hora in horam, de minuto in minutum maximopere creverit. Nec in suam carnem fuit grave vulnus inflictum, adamiticum nempe facinus quo ceterorum hominum caro aliquantisper etiam infirma et languida in consummatione sæculi ad æternam gloriam, moram faciente, perveniet. Contra Deiparæ caro a primo suæ conceptionis momento cælestibus irrorata liquoribus, cælestique jugiter nitore coruscans in ipsa sua morte nullum reperiens obstaculum, potuit divini amoris impulsu ad ætherea tabernacula ferri.

4. Sed Virginem audiamus per os

Ecclesiæ ipsa æternæ Sapientiæ verba loquentem. *Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram*: jussit Dominus, et factum est cælum; jussit Dominus, et facta est terra; jussit Dominus, et factum est mare. Sed ante mare, ante terram, ante cælum jussit Dominus me in sua collucere prædestinatione. Cælum non erat, terra non erat, mare non erat; sed antequam quicquam faceret Dominus, possedit me; ante sæcula creata sum; ab initio rerum omnium sancta coram ipso ministravi. Post me igitur fuit adamitica culpa. Ut simul ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, et humanæ existentiae tetigi limen, antiqua vipera meam in animam nisa est propinare venenum. At furere potuit, mordere non potuit: plusquam filia hominis, filia Dei cælico nitore coruscabam. Pœna tamen sequitur culpam; ita ut si post me adamitica culpa, post me quoque fuerit adamitica pœna. Illa proinde meam animam in introitu meo infuscare peroptat, et non potest; meum ista corpus in exitu meo denterodere cupit, et frustra molitur; ad eum prope modum quo Tantalus (si sacris mihi licet miscere fabellam), mento tenus Eridani fluvii aquis immersus vel guttulam fugientis aquæ haurire non poterat. Meus animus in tumulo materni corporis tamquam lux quam extinguere nemo potest, animæ mortem vix cernit, evadit; meum corpus in tumulo lugubris gelidæque telluris, ceu pura crystallus quæ purior servatur in arca, corporis mortem vix tangit, aufugit.

Quare Virginis prædestinatio et As-

sumptio duo sunt velut annula quæ magnam conjungunt in Virgine Deiparente coronam, ut hac in suis redimita temporibus, æternum gestiens incommutabili Bono frueretur. Vere grandis harmonia! Postremum B. M. Virginis mysterium primo mysterio plane cohæret, et sua iccirco prædestinatio suam mirabiliter includit Assumptionem.

Est sane pulcherrimum optimumque ab æternitatis fundo quandam introspicere veritatem; ea profecto ratione qua pulcherrimum atque optimum evadit ex oceani profunditate pretiosam trahere concham.

## Caput II.

### Immaculatus Conceptus et Assumptio.

1. Mulier illa singularis quam tot deliciis ab æternitate Deus in sua menteolvebat, tamquam aurora de cælis rosea micantique facie consurgens, in actum, quia *Ipsedixit*, erumpit. Et ecce cacodæmon gravi percitus ira tenebrosam in *totam pulcram* evomit caliginem. At ipsa levis nubecula, flatu propemodum sublata divino, super nigram sinuosamque viperam quam virgineo pede contrivit, formosior micuit atque splendidior, ea (opinor) ratione qua pulcrior ac nitidior elucet dies, postquam procellis gravida de cælo præcipitat nox. Mira proinde Conceptio! Nam quid Deus in suæ Conceptionis diluculo cum B. Virgine gesserit, qualiter eam sanctificaverit, solus ipse novit, quum id Scriptura non doceat, Ecclesia non loquatur, et nos potius mirari quam loqui præsumptuose conveniat.

Dicere possumus faterique dumtaxat: hæc est arca illa noetica ab aquarum inundatione immunis. Aquis diluyii etiam celsissimi montes cooperti fuerant, arca tantummodo Noe ita salva remansit, ut nec una gutta aquarum in illam intrare posset. Sic peccatum omnes altissimos montes, puta sanctos excellentes, reges, patriarchas, prophetas, apostolos pervasit: sola beata Virgo, arca Dei viventis, ab illo prorsus libera remansit; ita ut participare quodammodo possit eo græco nomine quod uni Deo tribuitur, *αγιος*, sine terra nempe, sine macula; ita ut ipsa ferme sit nova creatura novumque figmentum. Porro si beatissima Virgo quoad animæ corruptionem inter omnes extiterit singularis, quoad vero corporis corruptionem quod unum substantiale cum anima constituit, omnibus dicendum foret extitisse parem? Occurrit igitur animo quiddam mirum, sed tamen verum, B. nempe Virginem, quoniam in suo Conceptu animæ mortem evasit, in obitu corruptionem, corporis mortem, evasisse pariter. Opus est ut utrimque stupor, utrimque miraculum, utrimque reperiatur Assumptio, Assumptio illic ad gratiam, Assumptio istic ad gloriam; ibi Conceptio vel infusio animæ in corpore sine primigenia noxa ad vitam temporalem, nova heic Conceptio vel nova infusio animæ in corpore sine ulla corruptione ad vitam immortalem. Unde sic mihi liceat ratiocinari pro Assumptione, qualiter pro Imm. Conceptu ratiocinari licuit Augustino. Istic a quavis labe peccati Virginem Mariam declarat immunem, eo quod

sine labe Dei Filium peperisse meruerit; concipere et parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum (1). Eadem igitur ratione procedentes, Mariam V. colimus ad immortalem vitam resurgentem; quia concipere et parere meruit eum quem constat ad immortalem resurrexisse splendorem; gaudenter enim occinit Ecclesia: *Alleluja; quia quem meruisti portare, alleluja; resurrexit, sicut dixit*, etc. Quocirca si B. Virgo, eo quia concipere et parere meruit Immaculatum, Immaculata refulserit in conceptione et partu; igitur eo quia concipere et parere meruit Immortalem, Immortalem extitisse condecuit.

2. Id ex eo mirifice confirmatur quod tanta conceptionem inter et mortem necessitudo intercedat, ut sub duobus terminis una eademque res concipi valeant, ut illæ duæ veritates una veritas quodammodo sint. Eapropter illud regii Psaltis conceptionem et mortem copulatim amplectens: *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum* (2). Misericordia Dei longinquam Psalmographi precem, cum venit plenitudo temporis, auscultavit, hominem per baptismum a protoparentum crimine in quo concipimur, et per resurrectionem a morte misericorditer liberans. Cælestis vero medicus sanavit vulnus, cicatricem relinquens, concupiscentiam nempe quoad animam in hoc vitæ curriculo duraturam, et corruptionem quoad corpus ad diem usque universalis iudicii in qua, fortiter Archangeli tuba clangente per

(1) Lib. de Nat. et Grat., cap. 36.

sepulcra regionum, ad immortalem gloriam resurgemus incorrupti. Ast in B. Virgine nulla penitus occurrit sananda cicatrix, quum historice certum verumque dogmaticè sit: « Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem, » prout eruitur ex dogmatico decreto a summo Præsule Pio IX fel. mem. in Constitutione *Ineffabilis Deus*, 6 Decemb., an. 1854. Ergo cum B. Virgo præservata tantummodo fuerit, non autem sanata; neque in ea concupiscentiam titillantem, cicatricem animæ, neque corruptionem deprimentem, cicatricem corporis, reperiri posse contingit. Quam pulcre conceptio et mors conjunguntur! quam harmonico nexu Immac. Conceptus et Assumptio copulantur! Sicut ex anima rationali et carne unus est homo; ita ex Imm. Conceptu et Assumptione, altero spiritum, corpus altera respiciente constituitur una veritas. Et audacter concludere licet: estne Immaculata Deiparens? igitur et Assumpta.

Hæc est tota ratio, quare christifideles, vix ubi lacrymarum imbre perfusi dogmaticam de Imm. Conceptu per tot sæcula, conquisitam litteram deosculati sunt, aliam extemplo, Virginis Assumptionem pontificio decreto constituentem magna prece ardentique voto petierint. Pius et doctus ephemeridis auctor, cui titulus *La Vergine*, multis numeris de alma

(2) Psalm. cxx, 8.

Roma benemeritus, clerique romani decus atque jubar, Vincentius Anivitti (1) cum in Liberiana Basilica de Imm. Conceptu panegyricam haberet orationem, præsignatum parallelismum pro virili tuetur. In eandem sententiam concedit clariss. diarium *Scienza e Fede* inscriptum (2). Quocirca Frassen in suo Scoto Academico (3) bene concludit: « Quamquam autem assumptio Mariæ in cælum una cum corpore nondum sit ab Ecclesia definita de fide; attamen

(1) « Ma per dire alcun che più acconcio alla ragione del luogo, qual gloria non potrebbe un giorno riflettere il mistero dell'immacolato Concepimento su quello dell'Assunzione totale della maggiore solennità a questa patriarcale Basilica? E in verità troppe sono le relazioni che questi due misteri collegano. Il pontefice santo che dalla vicina sua tomba parmi esultò al gran fatto che Dio concesse di compiere al IX e non al V dei Pii, condannava egli la LXXV proposizione di Baio, nella quale asseriva che gli stenti della vita, ed egualmente la morte, come negli altri uomini, così pure in Maria tener si dovessero conseguenza della colpa di origine, o di attuali peccati. Orsù: fuor d'ogni dubbio, anzi di fede essendo oggimai l'uno pel Tridentino Concilio, l'altro per la recente definizione, che Maria nè di colpa attuale si fu mai rea, nè dall'originale reato mai lesa; e come non vageggiare un bel giorno, in cui, quando che sia, e nuovo onore si aggiunga alla ferale istoria de' suoi patimenti nel corso del vivere, e nuovo onore soprattutto alla cara credenza che morta la narra per puro slancio di carità, incorrotta nella sua tomba di fiori, anticipato il più giocondo risorgimento, e fra le angeliche melodie levata carne ed anima in paradiso? Certo è che come Davide contemplando in ispirito la sua detta nipote, incontro le metteva l'augurio che Iddio la custodirebbe nell'ingresso e nell'uscita: *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in sæculum*; così di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la pietà verso l'immacolato Concepimento, e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne veggiamo indotta fra i Greci la Festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero nell'autorità l'esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Lau-

cum declaratum fuerit dogma de ipsius B. M. Virg. immaculata Conceptione, maximum inde huic veritati affulget lumen. Siquidem pœna mortis, corporis ipsiusque reductionis in pulverem inflicta fuit Adamo, ejusque posteris ob originale peccatum. Ergo ab illa pœna eximenda B. Virgo immaculata, ac]per consequens æquum est dicere quod assumpta fuerit cum corpore in cælum, anticipando scilicet illi gloriam corporis, quam Deus cunctis justis daturus est in æternum post

noio non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente (e ben per altro spirito che le antiche emulazioni di scuole) osteggiare l'immacolato Concepimento. Il tipo stesso di quella donna che apparve ne' cieli, e di sol si veste, e monta la luna, e cinge le stelle, e dal venefico serpe non resta contaminata, ma palpitante al piè sel vede, lo calpesta e passa; questo tipo non esprime il mistero della sua origine ad un tempo, e quello della sua immortale glorificazione?... Oh! bello, oh! dolce spettacolo, se dopo averci la fede additato Maria in tutta la luce della grazia fra le ombre dell'alvo materno, ci dischiudesse i cieli a vederla con uguale sentimento in tutta la luce di gloria! »

Il dì anniversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento, ragionamento detto nella Patriarcale Basilica Liberiana.

(2) « Noi vogliamo fermarci ad una ragione la quale, al presente, rende, a nostro modo di vedere, prossimamente definibile l'assunzione corporea. Essa è riposta nella relazione tra l'Assunzione e l'immacolato Concepimento ultimamente definito dogma di fede. Che cosa infatti noi professiamo di credere proclamando Maria dall'origine immacolata? la esenzione d'ogni macchia di peccato, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem. Or se questa proposizione direttamente annuncia la esenzione del reato di colpa, implicitamente contiene la esenzione da quelle penalità, le quali importano una indecenza nell'individuo che le soffre. Ciò viene insinuato da quell'aggettivo universale omni (da ogni macchia) sì dell'anima come del corpo; e tale è il senso che rilevasi da tutto il contesto della Bolla *Ineffabilis Deus*, Tom. X, 1839, I voti dei cattolici e l'Assunzione di Maria Ss.

(3) Tom. VIII.

universalem resurrectionem. » Ex quo prono alveo fluit, Assumptionem Virginis sequelam logicamve consequentiam sacri dogmatis de Immac. Conceptu posse vocari; adeo ut plana Constitutio *Ineffabilis* directe Virgineam Conceptionem et *oblique*, uti ajunt, Marianam Assumptionem respexisse videatur.

3. Eadem dictante ratione theologica, idem argumentum tenuiter evolendum prosequimur. Sanctissima Virgo, ubi primum in ejus corpore pulcherrimus illaxit suæ animæ nitor, gratia fuit et aliis adnexis ornata muneribus quæ *Originalis Justitia* copulative nuncupantur. Aliter ipsa qua sub Deo nil majus vel melius, nil purius vel formosius, nil præstantius vel excellentius, eis muneribus caruisset quibus, si Adam non fuisset Dei mandata transgressus, ipse ceterique sui magno numero filii citra ullam dubitationis aleam fruerentur. Quatuor autem illa munera syntheticam sive complexivam phrasim constituunt *Originalem Justitiam*, gratia nempe sanctificans, seu elevationis, integritas, scientia et immortalitas: et ita Deus hæc simul mirifica dona contulit, ut a gratia sanctificante et in esse suo et in ipsorum conservatione tria recensita penderent. Jam vero Maria *tota pulchra* ab ipso suæ Conceptionis momento gratia sanctificante refulsit instructa, prout Pius IX anathemate sanxit. Alia igitur tria munera quæ prorsus ab illa dependent, Virginem Mariam obtinuisse fatendum est. Cum autem perfectam immortalitatem, ut suum imitaretur Filium, habere nequiverit; sic mor-

tem oppetiit, sed in morte remanere non potuit; per mortem transit, sed eam nulla mors corruptione momordit; mortua est Mater, quia mortuus est Filius. Hic mortuus est, et per suam virtutem gloriosus æthera scandit; illa mortua pariter est, et per gratiam qua præservatur a culpa, præservatur a corruptione, cælos virtute superna triumphatura conscendens.

Nec satis. Gratiam B. Virgo sanctificantem obtinuit, veluti præfati sumus. Obtinuit donum integritatis qua significamus, nullis suam voluntatem pravis affectionibus fuisse viliatam, nullis pravis motibus exagitatam; adeo ut nulli luctæ obnoxia fuerit carnem inter et spiritum, sed per plenam Deo adhæsiōnem plena pace fruebantur. Scientiæ donum obtinuit, adeo ut, excepto Christo, quoad notitiam rerum supernaturalium, ita div. Antonino comprobante (1), omnibus hominibus sacram scientiam apprime callentibus qui cunctis ante ac retro sæculis vixerint, divinitus collustrata præcelluerit. Si B. proinde Deipara triplex hoc *Originalis Justitiæ* munus acceperit, cur quarto munere, illa saltem quæ mortem sequitur immortalitate caruisset? quod Deus conjunxit, homo non separet.

4. Ast mortem Virgineum corpus sepulchrali corruptione momordisse fingamus. Hominum conditio fuisset Virginis conditione nobilior: illi namque, si Dei numen vererentur, fuissent immortalitate gavisi, B. vero Deipara non. Quia imo Deus aliam condere legem debebat, ut illa legi-

(1) Part. iv, tit. 15, cap. 20.

bus mortis post mortem obnoxia foret. Sane Deus suo nutui parentibus immortalitatem spondit. Unde Deus B. Virginem in Imm. Conceptu quoad animam sublimeriter evexit, ut in morte quoad corpus ignobiliter dilaberetur; et eo proinde vilior lapsus, quo sublimior altitudo. Quæ maximam contra Deum temeritatem saperent. Hac de re diarium *Scientiam atque Fidem* confer (1).

5. Id autem quo melius lumen acquirat, hanc cupimus breviter ac nitide doctrinam persequi. Adam ejusque tota propago, si divino mandato parerent, minime fuissent essentialiter immortales: hi sane per *fructum vitæ* mortem præcavebant, et ideo, ut scite loquitur Augustinus, *habebant posse non mori*. Ex quo sua veluti sponte fluit, mortem bina sub ratione spectari, tamquam effectum peccati et tamquam naturalem conditionem. Mors tamquam effectus peccati corruptionem carnis infert, illius *carnis peccati* aut *corporis mortis* de quo Apostolus: hæc caro in nobis est turpium voluptatum fomes, ideoque non meretur cum anima beata protinus conjungi. Omnes indigent corrumpi, tametsi Deo nubere plerique maluerint, et occidentes in se concupiscentiam libidinis, in primævi paradisi statum suæ carnis honorem

(1) « La legge delle membra in Maria fu estinta; « la corruzione e l'inceneramento nel sepolcro a lei non doveva toccare. In vero la immortalità « de' nostri progenitori non era una qualità naturale, ma era un dono della grazia, che dovevasi trasmettere a' discendenti insieme colla giustizia originale, diveniva dono gratuito largito a tutta la nuova natura; la quale era così nobilitata e soprannaturalizzata. Di questo dono essi furono privi pel peccato; divenendo allora

restituerint. Omnibus inest originaria labes quæ tamquam pestifera lues totum infecit genus humanum. Oportet sub terra, quodam veluti Purgatorio, corpus emaculetur, antequam illi ad regna cælorum pateat aditus: non enim *intrabit in eam* (nempe gloriam) *aliquid coinquinatum* (2); ne parva quoque putaretur culpa, si cum illa finiretur et pœna, ut magis magisque criminum terrore percelleremur. Ea ratione qua ruere sinimus ædificium, ut magis affabre construeretur; eadem quidem ratione opus est, hocce nostri corporis ædificium ob crimina labens ac sordidum in pulverem reverti, ut meliori sapientia reficeretur. Mors autem ceu naturalis conditio nullam omnino maculam nullamque prorsus injuriam præbet, quum rationabile sit, morti subjacere mortalem. Ex quo plene colligitur: caro quæ ab hac morte corripitur, quamvis naturaliter pati corruptionem queat, hanc tamen non pati maximopere decet. Res per se loquitur. Hæc siquidem caro non est ædificium ob crimina labens ac sordidum quod ut reficeretur, opus est destrueretur, sed ædificium perfectum est quod utique meret cum anima beata sine magna mora conjungi.

Hæc doctrinā nostram in rem optime quadrat.

« pena di peccato quella che sarebbe stata condizione di natura, la quale decadendo dal primiero suo stato, si trovò in una condizione di degradazione e abbiezione. Se dunque un individuo per singolare privilegio non contrae la macchia della colpa, non dee sottostare a questa condizione degradante. Tom. x, 1869. *I voti de' cattolici e l'Assunzione*, ut alla id genus omitam.

(2) Apoc. xxi, 27.

In B. Virgine mors haud quidem contingit tamquam effectus peccati, sed tamquam naturalis conditio. Hinc opus erat, ut morti tantummodo tributum solvisset, confestimque anima et corpore micans, cælestis Noe columba movisset ad Civitatem æternam niveas per æthera pennas.

6. Hac ratione præstituta, si beata Virgo corruptioni subjacisset, de ipsiusmet Imm. Conceptu quidquam ambiguitatis suboriri facile posset; quum humanæ corruptionis scatebra ex primæva quæ in nobis transfusa est culpa, velut effectus repetenda sit. Corruptionis quippe nomen usurpari metonymice potest ad significandam causam, nempe peccatum, quatenus humana infirmitas malorumque collyies quæ humanum genus invasit, inde repeti debet. B. Virgo proia, ad vincendum omni ex parte peccatum, per mortem quæ ipsam non lædit, ad gloriam transit, quemadmodum per peccatum quod eam non attingit, ad gratiam evehitur; ut etiam cum carne perpetuo viveret, vivere desiit: non permittit Deus luto primigeniæ labis Ancillam suam coinquinari, non patitur Deus corruptione mortis Sponsam suam in putido deformari sepulcro.

Insuper: haud perperam ex regno mortis inferitur regnum peccati, regnumque mortis in præsentis providentiæ necessario connexum est cum regno peccati quoad naturaliter ab Adam genitos. Exinde fit, ut Deus, *cujus providentiæ in sui dispositione non fallitur*, uti canit Ecclesia, permiserit quidem commori Christum,

(1) Lib. II.

(2) Lib. VII.

sed non permiserit diu mortis vinculis detineri atque constringi, ne forte suspicaremur, in eo mortis imperium cum imperio criminis habere ligamen, sive gratiam in eo non fuisse perpetuam. Eo vel magis quod Christus in Adam extiterit *secundum corpulentam substantiam*, uti loquitur Augustinus, *nequaquam secundum seminalem rationem*. Id ipsum de B. Virgine fateare quodammodo necessum est. Perpetuam quippe gratiam quam Christus per naturam, Virgo per privilegium habuit. Non aliud in Filio, prope dixerim, aliud in Matre; sed idem: aliter in Filio, aliter in Matre.

Oportuit igitur assumpta Virgo fuisset, tum ne suspicaremur in ea originale peccatum, tum quia corruptione non eguit, ut cum cæteris hominibus in consummatione sæculorum materiali labe defæcata resurgeret. Ad rem tamen hanc aliam præ se ferre rationem cogimur.

Semiramis assyriorum regina naves quæ facile et dissolvebantur et compingebantur, habuit, ut quocumque opus esset, per terram circumferrentur, uti Diodorus Siculus (1) auctor est. Item Alexander magnus, ut Arianus (2) et Strabo (3) referunt. Idem denique posterioribus sæculis Mahumetem II fecisse constat, qui naves per corinthiacum isthmum ex uno in alterum mare traduxit. Pari ratione naves humani corporis non illico potest æternitatis oceanum transmeare, cum ei terrena planities obstet, nempe peccatum quod tamquam materialis macula post mortem remanet in corpore. *Terram diligis?*

(3) Lib. XVI.

inquit Augustinus, *terra es*. Unde requiritur, ut in partes dissolvatur, donec eas, isthmo terrenæ maculæ transacto, prope novum, mirum arcumque pelagus aliquando divinus Nauta suo digito compingat. Sola beata Virgo Deiparens a quavis integra labe peccati nihil terreni contraxit. Sui proinde corporis navicula quæ, velut hospitem, divinum Nautam in hujusce mundi procelloso æquore gestavit, nullum plane reprensens terrenum obstaculum, non indiguit corruptione resolvi; quapropter illico post mortem mirificum peragrare coepit æternitatis oceanum, dum, prosperis suæ gratiæ ventis efflantibus, in ejus arbore tamquam in cruce Christus erigitur, in puppi Pater residet gubernator, proram Paracletus servat Spiritus, et angeli, de suis pectoribus suaviter erumpente melos, ad infinitæ gloriæ portum turmatim remiges certatimque movent.

7. Sed fas mihi sit hoc alio adminiculo substratam complere doctrinam. Peccatum corruptionem secum attrahit, uti patet ex protoparentum lapsu. Attamen B. Virgo debuit corruptione carere; nulla sane serpentina suasionem corrumpitur, sed mirum potius in modum angelico solidatur alloquio. Eadem B. Virgo non fuit, sicut Adam cæterique homines, a paradiso voluptatis extorris; et ideo non caruit arbore vitæ: immo fructum ipsiusmet vitæ in suo ventre continuit, geminare fecit, atque secus ac omnes homines venenatum fructum degustaverint, tota flagrans, tota nitens, tota parens salutiferum fructum in cælesti paradiso florentem magno gaudio

suavique faucibus suis dulcore comedit.

Præterea. Qui plus contulit, minus contulisse fatendum est. Id maxime postulat ordo. Quam ob rem Deus qui soli flumen lucis posse gignere dedit, nunquam patitur eam lucem minui. Quæ cum ita sint, quum Mariam V. Deus in Imm. Conceptu totam animam et corpore pulcrum condiderit, totam pariter in obitu anima et corpore pulcrum servavisse decebat. Qui animam redemit, ne in culpam laberetur, et corpus redimere decuit, ne in pulverem dissolveretur. Sanguis enim Christi, cum infinita virtute polleret, redimere quavis ratione debebat, ideoque bina vi, liberativa nempe ac præservativa. Prior evexit lapsum, posterior ne quis laberetur, adjuvit. Illa cunctos homines, ista B. Virginem speciali modo redemit. Illa Redemptionis ostendit virtutem, Redemptionis ista virtutem nobiliori quadam ratione patefecit. At in Deo mirificus ordo collucet: et ideo si in Conceptu Virginis copiosior micuit Redemptio, in morte copiosior itidem fulgere Redemptio debuit. Et ita res est. Animæ sanctæ recipiuntur in cælum, et divinæ Redemptionis fructum manifestant. Decuit igitur ad magis magisque copiosam Redemptionem ostendendam esse quempiam (nempe Mariam) in anima simulque corpore beatam. Imo quemadmodum in inferno ad majorem divinæ Justitiæ declarationem nonnulli torquentur nedom in anima, verum et in corpore damnati ante generalem resurrectionem, uti Dathan et Abiron, veluti plerique opinantur doctores; ad ma-



jorem pariter divinæ Misericordiæ et Redemptionis ostensionem congruit esse quemquam (Mariam scilicet) quæ in anima et corpore etiam ante generalem resurrectionem æterna beatitudine frueretur. Unde B. Virgo Deipara Lucifer nuncupatur et Hesperus. Quemadmodum vero Sol justitiæ ex ea processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione præveniens, in eam lucis suæ radios copiose transfudit; ita Sol justitiæ oportuit quadam vespertina coruscatione carnem suam irradiaret, mortem in fugam convertens.

Non est igitur ambigendum, quin Virgo Deiparens illam cui tot hominum myriades subjiuntur, corporis solutionem evaserit. Quomodo namque poterat in obscuro decolorari sepulcro nitor illius corporis quod ipsos angelos a primo suæ Conceptionis momento in sui admirationem rapiebat? Utique nequibat hoc præcipuum corrupti Dei Opt. Max. simulacrum, ipsius manibus fabricatum et depictum, hæc parva Divinitatis imago, hæc Patris æterni creata tamen figura. Non poterat, sicut vestimentum quod comeditur a tinea, illud putrescere corpus in quo pura veluti crystallo candor Lucis æternæ in ipso sui Conceptus instanti pulcherrima et dulcissima colorum venustate radiavit, quodque minime prorsus tetigit primævæ culpæ rubigo.

### Caput III.

Divina Maternitas et Assumptio.

1. Aurora quæ per adamiticæ noxæ fœditatem transibat, quin radiorum puritatem infuscaret, nivea penitus

hilarantique facie surgebat, ut æternum toti mundo justitiæ Solem gigneret. Quale divinam Maternitatem inter et Assumptionem peculiare ligamen! jure proinde merito *inter omnia nostræ Religionis mysteria*, ait meldensis aquila Bossuetus, *mirabilem attentis oculis contuemur harmoniam* (1). Age, videamus.

2. Corpus B. M. Virginis est illud insigne vas, illud opus magnificentum ac pretiosum, manu Sapientiæ excisum, in quo magnum pietatis sacramentum peractum fuit ac celebratum. Nam ex eo velut auri fodina effossum erutumque est aurum Divinitatis cum terra nostræ humanitatis conjunctum. Richardus ait: « Corpus ejus, » scilicet Mariæ, « terra est Hevilath, Gen. ii, de qua exortum est aurum peroptimum, scilicet caro Christi, ex cujus pretio impretiabili omnes justi locupletati sunt et redempti (2). » Jam vero qualiter a sepulcro poterat comprehendere quod in seipso comprehendit Deum cælum et terram pugillo tenentem, *cujus centrum est ubique*, uti fatur Euripides, *et peripheria nusquam?* qualiter poterat continere sepulcrum quod majus cælo fuit, latius terra, toto orbe spatiosius; namque Deum quem mundus capere non potest, B. Virgo in suo contulit utero? Divus Joannes Damascenus eundem prope sensum aperit: *Is, ait, qui cælum et terram implet, cujus cælum thronus et terra scabellum pedum est, ex ancille ventre latissimum sibi domicilium fecit* (3). Huic concinit divus

(1) Serm. 1 de Assumpt.  
(2) Lib. 2 de laud. Virg.  
(3) Orat. 1 de Nativ. Mariæ.

Petrus Damianus: *Quid, inquit, grandius Virgine quæ magnitudinem summe Divinitatis intra sui ventris clausit arcanum* (1)? Equis ergo Virginei corporis immensitatem dimetiri potest? *Altitudinem cæli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est?* ait Scriptura (2). Sed Mariæ Virginis altitudinem, latitudinem atque profunditatem quisnam comprehendit? cælum est Maria, terra est Maria, abyssus est Maria. Quis hujus cæli altitudinem, quis hujus terræ latitudinem, quis hujus abyssi profunditatem dimensus est? Id recolit div. Epiphanius, et admirans ac stupens inelamat: « O uterum impollutum habentem circulum cælorum, qui Deum incomprehensibilem, in te vero comprehensum portasti! O uterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! O uterum qui cælum es septem circulis constans et capaciore illis existis! O uterum septem cælis sublimiorem ac latiore! O uterum qui es octavum cælum septem firmamentis latiore (3)! »

3. Immo Deiparæ corpus nedum cælo et terra latius est, verum quoque dignius. Quod satis abunde liquet, si forte perpendamus, in Virgine Deipara Deum speciali modo reperiri. Tribus sane modis in omnibus rebus Deus est, per potentiam nempe, per præsentiam, per essentiam; in justis specialiter est per gratiam. In beata Virgine specialissime fuit nedum per gratiam, verum et per corporalem habitationem in utero. Istic proin omni-

(1) Serm. de Nativ.  
(2) Eccl. i, 2.  
(3) Serm. de laud. Deiparæ.

JANNUCCI

bus omnino rebus dignior nuncupari posse videtur; quum Deum illa speciali ratione qua suis continuit visceribus, continere nequiverint. His igitur præactis, fatendum rationabiliter est, quod Deiparæ corpus intra sepulcri angustias paulo ante conclusum in æternam gloriam angelica contulerint agmina: non erat quippe conveniens, ornatissimum Dei Filii templum, sacrosanctum Regis regum palatium, domicilium cælo et terra latius ac præstantius quod immensum Gigantem sui ventris thalamo contulit, intra sepulcri limites fœditatesque concludi. Quam ob rem concludere mihi collibet cum præclaro carmelita Jo. Bapt. Mantuano:

Hæc est illa dies, qua Christus in æthera Matrem  
Sustulit indutam membris! sic credere  
sanctum est:  
Nam nec erat locus in terris, ubi viscera condi  
Fas foret, æternum quæ progenuere  
Tonantem (4).

4. Ad alia tamen theologica momenta pergamus. Debuerat mundus Dei Filium de cælo in terram venientem ut humanam naturam assumeret, summa cum reverentia ac pleno amoris amplexu recipere; sed cæcus, sed ingratus, sed indignus eum despexit: *In propriu venit, et sui eum non receperunt* (5). Sola Virgo ex omnibus una, eum in immaculato utero excepit, recondidit, et officium cæterorum hominum supplens, suarum virtutum flagrantia eum illexit. Corpus autem

(4) Festor. lib. viii.  
(5) Joan. i, 11.

jorem pariter divinæ Misericordiæ et Redemptionis ostensionem congruit esse quemquam (Mariam scilicet) quæ in anima et corpore etiam ante generalem resurrectionem æterna beatitudine frueretur. Unde B. Virgo Deipara Lucifer nuncupatur et Hesperus. Quemadmodum vero Sol justitiæ ex ea processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione præveniens, in eam lucis suæ radios copiose transfudit; ita Sol justitiæ oportuit quadam vespertina coruscatione carnem suam irradiaret, mortem in fugam convertens.

Non est igitur ambigendum, quin Virgo Deiparens illam cui tot hominum myriades subjiuntur, corporis solutionem evaserit. Quomodo namque poterat in obscuro decolorari sepulcro nitor illius corporis quod ipsos angelos a primo suæ Conceptionis momento in sui admirationem rapiebat? Utique nequibat hoc præcipuum corrupti Dei Opt. Max. simulacrum, ipsius manibus fabricatum et depictum, hæc parva Divinitatis imago, hæc Patris æterni creata tamen figura. Non poterat, sicut vestimentum quod comeditur a tinea, illud putrescere corpus in quo pura veluti crystallo candor Lucis æternæ in ipso sui Conceptus instanti pulcherrima et dulcissima colorum venustate radiavit, quodque minime prorsus tetigit primævæ culpæ rubigo.

### Caput III.

Divina Maternitas et Assumptio.

1. Aurora quæ per adamiticæ noxæ fœditatem transibat, quin radiorum puritatem infuscaret, nivea penitus

hilarantique facie surgebat, ut æternum toti mundo justitiæ Solem gigneret. Quale divinam Maternitatem inter et Assumptionem peculiare ligamen! jure proinde merito *inter omnia nostræ Religionis mysteria*, ait meldensis aquila Bossuetus, *mirabilem attentis oculis contuemur harmoniam* (1). Age, videamus.

2. Corpus B. M. Virginis est illud insigne vas, illud opus magnificentum ac pretiosum, manu Sapientiæ excisum, in quo magnum pietatis sacramentum peractum fuit ac celebratum. Nam ex eo velut auri fodina effossum erutumque est aurum Divinitatis cum terra nostræ humanitatis conjunctum. Richardus ait: « Corpus ejus, » scilicet Mariæ, « terra est Hevilath, Gen. ii, de qua exortum est aurum peroptimum, scilicet caro Christi, ex cujus pretio impretiabili omnes justi locupletati sunt et redempti (2). » Jam vero qualiter a sepulcro poterat comprehendere quod in seipso comprehendit Deum cælum et terram pugillo tenentem, *cujus centrum est ubique*, uti fatur Euripides, *et peripheria nusquam?* qualiter poterat continere sepulcrum quod majus cælo fuit, latius terra, toto orbe spatiosius; namque Deum quem mundus capere non potest, B. Virgo in suo contulit utero? Divus Joannes Damascenus eundem prope sensum aperit: *Is, ait, qui cælum et terram implet, cujus cælum thronus et terra scabellum pedum est, ex ancille ventre latissimum sibi domicilium fecit* (3). Huic concinit divus

(1) Serm. 1 de Assumpt.  
(2) Lib. 2 de laud. Virg.  
(3) Orat. 1 de Nativ. Mariæ.

Petrus Damianus: *Quid, inquit, grandius Virgine quæ magnitudinem summæ Divinitatis intra sui ventris clausit arcanum* (1)? Equis ergo Virginei corporis immensitatem dimetiri potest? *Altitudinem cæli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est?* ait Scriptura (2). Sed Mariæ Virginis altitudinem, latitudinem atque profunditatem quisnam comprehendit? cælum est Maria, terra est Maria, abyssus est Maria. Quis hujus cæli altitudinem, quis hujus terræ latitudinem, quis hujus abyssi profunditatem dimensus est? Id recolit div. Epiphanius, et admirans ac stupens inelamat: « O uterum impollutum habentem circulum cælorum, qui Deum incomprehensibilem, in te vero comprehensum portasti! O uterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti! O uterum qui cælum es septem circulis constans et capaciore illis existis! O uterum septem cælis sublimiorem ac latiore! O uterum qui es octavum cælum septem firmamentis latiore (3)! »

3. Immo Deiparæ corpus nedum cælo et terra latius est, verum quoque dignius. Quod satis abunde liquet, si forte perpendamus, in Virgine Deipara Deum speciali modo reperiri. Tribus sane modis in omnibus rebus Deus est, per potentiam nempe, per præsentiam, per essentiam; in justis specialiter est per gratiam. In beata Virgine specialissime fuit nedum per gratiam, verum et per corporalem habitationem in utero. Isthic proin omni-

(1) Serm. de Nativ.  
(2) Eccli. i, 2.  
(3) Serm. de laud. Deiparæ.

JANNUCCI

bus omnino rebus dignior nuncupari posse videtur; quum Deum illa speciali ratione qua suis continuit visceribus, continere nequiverint. His igitur præactis, fatendum rationabiliter est, quod Deiparæ corpus intra sepulcri angustias paulo ante conclusum in æternam gloriam angelica contulerint agmina: non erat quippe conveniens, ornatissimum Dei Filii templum, sacrosanctum Regis regum palatium, domicilium cælo et terra latius ac præstantius quod immensum Gigantem sui ventris thalamo contulit, intra sepulcri limites fœditatesque concludi. Quam ob rem concludere mihi collibet cum præclaro carmelita Jo. Bapt. Mantuano:

Hæc est illa dies, qua Christus in æthera Matrem  
Sustulit indutam membris! sic credere sanctum est:  
Nam nec erat locus in terris, ubi viscera condi  
Fas foret, æternum quæ progenuere Tonantem (4).

4. Ad alia tamen theologica momenta pergamus. Debuerat mundus Dei Filium de cælo in terram venientem ut humanam naturam assumeret, summa cum reverentia ac pleno amoris amplexu recipere; sed cæcus, sed ingratus, sed indignus eum despexit: *In proprium venit, et sui eum non receperunt* (5). Sola Virgo ex omnibus una, eum in immaculato utero excepit, recondidit, et officium cæterorum hominum supplens, suarum virtutum flagrantia eum illexit. Corpus autem

(4) Festor. lib. viii.  
(5) Joan. i, 11.

illud quod Deum excepit in terris, non excepisset Deus in caelis? Prisci Prophetæ suis hospitibus, quaqua potuerint, grati valde fuerunt, res domi angustas amplificando, nonnunquam et filios hospitem suorum suscitando, ut de Elia (1) et de Eliseo (2) legitur. Et ipse Christus hospitalitatem Marthæ suscitatione Lazari fratris, Zachæi vero totius domus salute compensavit. Justum namque est gratiam pro gratia reddere, ac bonum quod acceperis ab alio, vicissim rependere. Sed Virgo Maria venientem in hunc mundum Dei Filium in domum suam excepit, et uteri sui thalamo collocavit, corporis indumento vestivit: ejus deinde carnem jam grandiusculam veste inconsutili, uti et antea parvulum pannis congruis involvit, lactavit, curavit, domique suæ 30 totos annos, non ut hospitem, sed ut Filium suum charissimum et Matris delictum habuit. Ergo et Christus semper gratissimus hospes Mariam Matrem suam, tam charam, tam sollicitam, tamque bonam hospitalem, mortuam ad se recepit, et ut pari par redderet, in caeli palatio ad dexteram suam collocavit.

S. B. Virgo insuper est thalamus requiei, in quo nunquam Filius Dei pro aliquod peccatum inquietatus fuit. *In omnibus requiem quæsi*, et non inveni nisi in Maria; propterea *in hæreditate Domini morabor* (3), hoc est in Maria, quæ antonomastice portio et hæreditas Domini nuncupatur et est. Unde propter hanc requiem ab Ecclesia dicitur ei, quod Domino

(1) III. Reg. xvii.

(2) IV. Reg. iv.

caeli præbuit hospitium sui sancti corporis:

Jubilemus in hac die.  
Hodiernæ lux diei  
Dies fuit requiei  
Plasmatoris omnium.  
Sic quievit in Maria,  
Dum ipsius in hac via  
Virgo sit hospitium.

Quare et ipse Christus ei versa vice in ejus Assumptione præbuit hospitium, suam animam et corpus apud se recipiens; idque Filius ne a Matre in qua propter majora vincebat, in hospitalitate vinceretur.

Quod his exemplis ex historiis sacra et profana petitis mirifice confirmatur. Rahab evasit mortem, propterea quod judæorum exploratores domo excepit, et tutata est (4). Et Deipara Virgo non debebat corruptionem evadere, quæ Dei Filium excepit in hospitium uteri sui, novem mensibus gestavit, suisque lactavit uberibus? Augustus præterea Cæsar urbi alexandrinæ pepercit, ne funditus everteretur, tum propter conditorem Alexandrum, tum propter Arium amicum, uti Plutarchus in apophthegmatibus scribit: et Matri suæ Christus id non præstaret? pepercit Cæsar Alexandriae propter Alexandrum et Arium qui sunt ibidem commorati, et Christus maternæ carni non parceret, in qua ipse novem per menses tot tantisque deliciis commoratus est?

Id ipsum ex hac sententia ab ipso Dominico ore prolata magis magisque roboratur: *Qui recipit prophetam in*

(3) Eccli. xxv.

(4) Josue vi.

*nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet*, id est hanc quam ipse propheta recepturus est; quia talis apud Deum reputatur, ac si prophetæ fungeretur officio. Div. Gregorius hanc rem pulcro declarat exemplo: *Proprium*, inquit, *fructum ulni non habet, tamen portare fructum cum vite solet. Sic et sæculares viri, quamvis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros donis spiritualibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam vitam cum fructibus portant* (1)? Quibus ita præstitutis, cum Deipara sui ventris hospitio magnum illum Prophetam mundi Salvatorem receperit, æquum erat, ejus mercedis fuisse participem: et ita factum est ut, sicut Christus cum anima et corpore cælesti gloria fruatur, ita et Maria cum anima et corpore cælesti gloria perfruatur. Judices tam rebelles quam illos qui eos domi recipiunt occultantve, pari supplicio torquent, quum *facientes, consulentes et recipientes*, uti liquet ex illo apud juridicos vulgato axiomate, *par poena constringat*. Ita Deus, supremus Judex, eadem ferme gloria præmiat prophetam et receptorem illius.

Tobias junior, peregre proficiscens, atque reductus domum ab archangelo Raphael, statim cum patre suo conferre cœpit de præmio quod dandum esset illi viro qui eum de itinere salvum reduxit et incolumem. Pater, inquit, quam mercedem dabimus ei? quidve dignum poterit esse beneficii ejus? me duxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me

(1) Homil. 20 in Evangel.

habere fecit, et dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, meipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen caeli, et bonis omnibus per eum repleti sumus (2). Id ipsum ego Christum Patri suo retulisse contemplor. Pater mi, quam mercedem dabimus Virgini Mariæ, aut quid dignum poterit esse beneficii ejus? ut rem totam ab origine petam, sic tu Deus dilexisti mundam, ut in eum me Filium tuum unigenitum miseris. Sed lux in tenebris lucet et tenebræ eam non comprehenderunt. Una Virgo Maria me concepit in utero castissimo; nam Ille qui a nobis mutuo amore procedit, Virgineum uterum cælitus irroravit, vim sementinam sacri corporis excitans. Ipsa me fecit in tempore, qualiter Tu in toto æternitatis hodie me gignis, ut indeficiens lumen oriri. Per ipsam, quid dicam? tota Trias nova luce collustratur!!! Tua namque generativa virtus in creaturam diffunditur, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: mea perficitur filiatio, in æternitate Patrem habens, in tempore Matrem: Spiritus sanctus a quo nulla Persona procedit, Personam ab Ipso procedentem acquirit; nam *evangelizare pauperibus misit me* (3) ut hominem. Missio autem et processio, ut Ego doceo tuus primus maximusque Theologus, una eademque res est. — Ipsa, Virgo Maria, antequam in lucem Ego prodirem, custodiebat me diligenter in utero; deinde jam natum me duxit et reduxit de Bethlehem in Jerusalem, et inde in Nazareth. Ipsa quo me eriperet ab ore sævissimi

(2) Tob. xii, 2 seqq. (3) Isa. lxi.

leonis, videlicet Herodis, in Ægypti longinquam regionem me conduxit, et in Nazareth deinceps reduxit incolumem. Ipsa mihi esurienti cibum, mihi sitienti potum suavi cordis affectu porrexit: ad ea omnia quæ mihi opus erant, ministraverunt manus illæ. Quid igitur ei ad hæc poterimus dignum offerre? Conferamus ei majorem quam possimus gloriam, et iccirco in anima et corpore divino Sole radiantem super excelsum thronum in hac nostra cælesti curia colloceamus. Sic Filium Patri suo habuisse sermonem opinor. Oportebat igitur eam quæ Dei Verbum in sui ventris hospitio exceperat, in divinis Filii sui tabernaculis superexaltari.

6. Neque huc sistimus: nobis namque seges præbetur opima. In reliquis fœminis, dum concipiunt, virginitalis claustra violantur, cum immunditia, fœtore, sordibus, secundinarum illuvie pariunt, et præ nimio dolore quasi franguntur. Deipara tamen instar solidissimi vasis tanta fuit soliditate ac firmitudine prædita, ut nec conceptus virginitatem, nec partus integritatem diruperit, sed inviolata prorsus, integerrima ac solidissima permanserit. Honoravit igitur Deus Mariam, cum eam integram inviolatamque servaverit cum virginitalis pudore; cur non honoraret eandem incorruptam a putredinis fœtore? Ecquis poterit intelligere, eam Potentiam Patris, eam Sapientiam Filii, eamque Bonitatem Spiritus sancti quæ Virginis integritatem servavit illæsam, fuisse penitus oblitam suum corpus, et hoc in sepulcro nostræ sortis infamia reliquisse? Hoc sentire non au-

deo, dicere pertimesco. Fieri enim omnino non potuit, ut illa quæ corpus sine corporis macula peperit, in sepulcro putredine maculata videretur.

Et id eo vel magis, quod in eo corpore qualibet prorsus ratione virgineo humores terrenos, carnales, voluptuosos concoxerat ignis ille divinus, qui eam totam accenderat, et ut esset dignum Filii Dei habitaculum, debite disposuerat. In eo, inquam, corpore in quo animæ sensus tanto harmonico nexu parebant, ut alterum sine altero sejungi vel in morte nequirent. Rebelles urbes æquantur solo: Deiparæ caro spiritui ne levissime quidem repugnavit; cur ergo debebat in cineres redigi?

7. Sed aliæ suppetunt rationes; locupletissima namque res est. Omne nomen significans in concreto naturam aliquam, hujusce naturæ tribuitur hypostasi. Quemadmodum vero concipi et nasci humanam in concreto naturam significant; sic divinæ pariter hypostasi, Verbo nimirum quod humanam naturam assumpsit, prædicantur. Hinc Dei Genitricem proprie vereque B. Virginem prædicamus. At si B. Virgo Deum genuerit; genuit ergo vitam: *Ego sum via, veritas et vita*. Illud porro corpus quod ipsam peperit vitam, jugiter in sepulcro sine vita maneret? Deus, si ita nobis loqui fas est, hanc plantam paradisi nobis vitæ fructum præbentem avulsit, in paradiso verum consevit. A paradiso in paradysum translata est. Quam ille pulcher oculus est qui Deum aspicit!!

B. Virgo Deum genuit; genuit ergo lumen æternum: *Erat lux vera*. Et Ecclesia in illa sublimi prece in qua

*sursum corda trahuntur, inquit: Lumen æternum mundo effudit, Jesum Christum Dominum nostrum*. Illud autem corpus quod ipsum candorem lucis æternæ generavit, adeo summ optimum amisit colorem, ut in sepulcro sine luce caligaverit? B. Virgo genuit Deum; ergo genuit immortalem: *Qui solus habet immortalitatem*. Christus hominibus immortalitatem donavit, cum corpus et sanguinem suum eis in potum et cibum dedit. Unde dixit: *Qui manducat me, ipse vivet propter me*; et iterum: *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet*. Hujus immortalitatis Virgo largitrix extitit, quæ corpus et sanguinem Christi ex propria substantia ministravit. Ergo Virgini post Christum totum genus humanum immortalitate donatum plurimum debet, quoniam ex ejus utero hæc medicina prodiit, quæ curandis animæ morbis esset proficua. Et id eo magis dicendum quo *in principio*, ut loqui in scholis theologi solent, *principiati* virtus reperitur necesse est. Ut enim merito arguit Aquinas (1), quod reducit aliquid de potentia ad actum, debet esse in actu; sicut ut aliquid calefaciat aliud, debet esse in se calidum. Ergo Deiparæ corpus quod ipsum genuit immortalem et per hunc immortales reddidit homines, in sepulcro mortale jacuisset?

B. Virgo Deum genuit; ipsam ergo Dei creatis hypostasin genuit. Et illud corpus quod peperit eum *per quem omnia facta sunt*, cum omnibus quæ relecta sunt, perpetuæ morti obnoxia foret? B. Virgo Deum Verbum genuit;

(1) 3 part., q. 9, art. 2.

ergo per *circuminsessionem* in suo corpore fulsit divinarum trium hypostaseon splendor, prout divina testantur eloquia: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Cum igitur B. V. Mariæ corpus quod divini Amantis operatio cælitus irroravit, æternique Gignentis obumbravit virtus, eundem Dei Patris Logon genuerit; concludere fas est, quod beata illius corporis viscera tot divinis irradiata fulgoribus corruptionis legi ab ipso suo Filio latæ subjacere nequiverint. In plerisque regionibus obtinuit mos, neminem uti posse cubiculo in quo rex quieverat. Corpus autem illud in quo Rex regum quieverit et Dominator dominantium, vermes et putredo sub ditione tenuissent?

8. Quæ ut clariore in lumine collocemus, neque Patrem, neque Filium, neque Spiritum sanctum condecuisse fatemur, Virgineum corpus manere sepultum. Non decuit Patrem, ipsa namque fuit ejusdem sui Filii — ut ita dicam — Congenitrix: *Non alter ex Patre, alter ex Virgine*, inquit div. Ambrosius; *sed idem: aliter ex Patre, aliter ex Virgine* (2). Pater enim generat Verbum in æternitate; B. Virgo generat Verbum in tempore: Pater generat absque ulla suæ substantiæ læsione; B. Virgo generat absque ulla suæ virginitalis offensione: Pater generat Verbum *per quem omnia facta sunt*; B. Virgo generat Verbum *per quem omnia relecta sunt*. Suam corrigant formulam semiariani, sic, ut τὸν ὁμοῦτον (Patri consubstan-

(2) Lib. de Incarnat., cap. 5.

tiale) in Filio, et in Matre τῶν ὁμοιω-  
στων (simile Patri) dicere non ambigant  
faterique. Jam vero decebat Patrem  
illud in latebris recondere corpus  
quod, quum eundem Filium suum  
genuerit, ad eum quodammodo per-  
tinet, et eandem quam sua substantia,  
dicere ausim, videtur habere virtu-  
tem; cum eundem effectum, nempe  
Filium, produxerit?

Nec Spiritum sanctum decuit esse  
tam inurbanum; imo tam sævum in  
Sponsam suam, sua ineffabili opera-  
tione gravidatam, ut corpus ejus in  
visceribus terræ sepultum ullo sine  
honore relinqueret. Cælestis ille Spon-  
sus putredini deseruisset ac vermibus  
virgineum suæ Sponsæ corpus, in  
quo suis ipse manibus secreta virtute  
carnem illius a quo procedit, elabora-  
vit? Regia namque Virgo davidicæ  
stirpis eligitur, quæ sacro gravidanda  
fœtu, per divinum non humanum  
sponsum divinam humanamque prolem  
mente concepit et corpore. Verum hæc  
Sponsa, tot stupendis cumulata mira-  
culis, quæ in cælo quasi nupsit, quæ-  
que Filium qui Deus est, generavit,  
cum aliis sponsis nulloque discrimine  
contumulata misceretur? Id avertat a  
nobis Deus opinari.

At Filium speciali ratione dede-  
cuit, totam ac integram non assumere  
Matrem. Ipse namque qui voluit san-  
ctorum corpora manifestari, aureis  
argenteisque thecis et bene genimatis  
includi, altaribus constitui, et ab om-  
nibus coli; corpus vero Matris suæ  
tot jam sæculis in pulvere jacere per-  
misit, in visceribus terræ putrescere,  
a nullo sepulcrum ejus agnosci? Et

(1) Gen. XLVI.

id ne colatur, ne floribus aspergatur,  
ne in altaribus cum reliquiis aliorum  
sanctorum collocetur? quid faciet ho-  
stis, si Filius ita? Imo non tantum  
decuit, verum et debuit. Aliter ipse  
nequaquam suæ Matris honori apprime  
consulisset, si eam maculari corrup-  
tione pateretur, dum potuit et non  
voluit eam ab istiusmodi macula im-  
munem servare.

Probi filii est, cum proventus ad  
sublimia fuerit, parentes quoque pro-  
movere, ac participes sui honoris fa-  
cere. Sic Joseph Ægypti prorex ac  
dominus factus patrem cum tota fa-  
milia ad se vocavit, curribus et equis  
adeum missis, in Ægyptum invexit (1).  
Salomon quoque matri suæ ad se ve-  
nienti ob negotia Adoniæ surrexit,  
occurrit, thronum statuit, et ad dex-  
teram suam sedere jussit (2). Quid au-  
tem de Christo dicemus qui legem de  
honorandis parentibus tulit, ipse pri-  
mus ejus transgressor et violator ex-  
titisset? absit. Ergo proventus ad dex-  
teram regnumque Patris primo quoque  
tempore Matrem jam mortuam ad se  
recepit, et gloriæ suæ in anima simul  
et corpore participem reddidit. Nam-  
que putredo et vermis opprobrium  
est humanæ conditionis. Quod si pater  
Demetrii ad multa milliaria egressus  
est cineres corporis filii sui suscipiendi  
gratia; quanto majori dilectionis af-  
fectu censendus est obsequentissimus  
Filius Matri suæ in cælum ascen-  
denti gratulanter occurrisset, non ut  
emortui corporis cineres, sed vivum  
et gloriosis dotibus præditum Mariæ  
corpus susciperet? Igitur nequimus  
vel leviter suspicari, quod ausa sit

(2) III. Reg. II.

terra maternum illius tangere corpus,  
*qui respicit terram, et facit eam tre-  
mere: qui tangit montes, et fumi-  
gant* (1), uti regius Vates inimitabili  
fatur eloquio.

Erat insuper plane conveniens,  
Christum in gloriam gestaret sinum  
illum qui eum in humilitate gestavit:  
et quemadmodum per illum sinum  
Christus in hunc mundum venit; ita  
opus erat ut per eum ille sinus in  
cælum veniret. Eo vel magis ut in  
Deiparentis titulo *Filii hominis* titu-  
lum melius agnosceret tota curia cæ-  
lestis. In illo sane virgineo corpore  
B. Virgo Christi refulget Mater, qua-  
liter Christus in sua veneranda carne  
Virginis coruscat Filius. Filius recepit  
a Matre corpus quod fruitur in cælo,  
Mater gloriosum recipere debebat a  
Filio corpus, ut pariter in cælo frue-  
retur. Per Matrem Christus ascendit  
in cælum ea ratione qua non poterat  
ut Deus; per Christum ascendere Ma-  
trem opus erat ea ratione qua non  
poterat ut homo. Creator creaturam  
vestire sua carne debebat in cælo,  
prout creatura Creatorem in cælo sui  
purissimi ventris sua carne vestivit.  
Non potuit igitur corpus adhuc habere  
sepulcrum æterni Patris Filia, Verbi  
incarnati Mater, immaculata Spiritus

(1) Psalm. cIII.

(2) Tra i misteri del Cristianesimo vi è una  
concatenazione ammirabile, e quello dell'As-  
sunzione di Maria ha un legame particolare  
con l'incarnazione del Verbo eterno. Perocchè  
se la divina Maria ha ricevuto altre volte il  
Salvatore Gesù, è giusto che il Salvatore riceva  
alla sua volta la beata Maria; e non avendo  
sdegnato di discendere in Lei, egli doveva po-  
scia innalzarla a sé per farla entrare nella sua  
gloria. Non si vuol dunque stupire, se la beata  
Maria risuscita con tanto splendore, nè se ella  
trionfa con tanta pompa. Gesù a cui questa

sancti Sponsa, Ss. Trinitatis cognata,  
affinis, propinqua.

9. Exinde patet illud, ut ita vocem,  
*theologumenon* cui omnes ferme do-  
ctores innituntur ac mordicus adhæ-  
rent, quod nempe divina ex Mater-  
nitate omnes Virginis prærogativæ  
sua veluti sponte tamquam radii ex  
centro cooriri dignoscuntur. Hic nam-  
que titulus principium est ac fœcun-  
dissima vena ex qua cuncta cælestia  
charismata, divina beneficia ac por-  
tentosa privilegia in Mariam divinitus  
profluxerunt. O donum ingens! o en-  
comium singulare! o titulum admi-  
rabilem! Rationem proinde theologi-  
cam Marianæ Assumptionis bene ac  
pulcre suppeditat divina Maternitas:  
immo quid dicam? specialissima ra-  
tione suppeditat (2), quum omnino  
incongruum videatur tam inelytam  
Theotocon sordidam pertulisse corrup-  
tionem.

Non poterat igitur Deiparæ corpus  
corrumpi (toto cordis affectu cælestique  
gaudio pleni dicamus), non poterat,  
inquam, Deiparentis caro putrescere,  
venerabilis illa pyxis quæ per 9 men-  
ses divinum in mundo gestavit Sa-  
cramentum. Non poterat illud corpus  
corrumpi, ex cujus ventre genitus  
est ille fructus et nobis in cibum da-

« Vergine ha dato la vita, gliela rende oggi per  
« riconoscenza, e siccome appartiene sempre ad  
« un Dio di mostrarsi più magnifico; così quan-  
« tunque egli non abbia ricevuto che una vita  
« mortale, è degno della sua grandezza dargliene  
« in ricambio una gloriosa. Questi due misteri  
« sono in cotal guisa connessi fra loro; e perchè  
« vi sia una più gran relazione, gli angeli inter-  
« vegono nell'uno e nell'altro, e si allegnano  
« oggi con Maria di vedere così bene eseguito  
« il mistero che essi hanno annunziato. » *Sermi.  
sull'Assunzione, Bossuet.*

tus, cujus gustu ad æternæ vitæ delicias et perennitatem enutrimur. Non poterat corrumpi hæc arca deifera, hoc templum Dei, hæc urna pulcherrima, cælesti balsamo plena. Non poterat denique corpus illud corrumpi; cum nihil castius eo quod corpus sine corporis læsione generavit; nihil pulchrius eo quod Christi corpus pulcherrima forma venustavit, nihilque splendidius eo quod splendor elegit.

## ARTICULUS II.

### Caput I.

Unio Christi cum Maria  
in hac mortali vita degentis et Assumptio.

1. Deipara Virgo familiarissima Christo et conjunctissima fuit non meditatione tantum, contemplatione atque mentis unione, sed etiam conversatione, usu et domestica consuetudine. Illa sane — quod nulli creaturæ concessum est, neque in æternum concedetur — Deum novem mensibus in utero portavit; ipsa Deum ubere de cælo pleno lactavit; ipsa Deum pluribus annis dulciter educavit; ipsa Deum puerum in amplexibus et osculis familiarissime contrectavit. Ejus lateri jugiter adhæsit, individua comes nullo ferme tempore abfuit, simul oravit, simul jejunavit, simul comedit, simul contemplata est, simul locuta, simul cælestibus desideriis inflammata, simul sanctis operibus vacans, simul gratia et sapientia crevit apud Deum et homines. Benedicta illa dierum ac mensium intervalla, quibus B. Virgo cum Unigenito suo in eadem domo conversata est!! Propter quod Epiphanius eam vocat:

*Perpetuam Jesu sectatricem* (1). Hinc in Evangelio vix quid operatum esse vel circa Christum vel a Christo legimus, ubi non fuerit Virgo Deiparens adjuncta Christo. Incarnatur Christus, non in angelis, non in aliquo sanctorum, sed in utero Mariæ. Nascitur parvulus in mundo, sed de utero Mariæ. Fasciis involvitur infans, sed a Maria. Ponitur in cunis, in aspero præsepe puerulus, sed per Mariam. Lactis guttæ instillantur esurienti, sed ab uberibus Mariæ. A Magis invenitur, a stella demonstratur, sed cum Maria. Visitatur a pastoribus, non sine Maria. Adoratur ab angelis, sed primum a Maria. Fugit a sæviante Herode in Ægyptum, fugit secum et Maria. A Simeone Pontifice benedicitur, sed in manibus Mariæ. Docet et interrogat in medio doctorum, sed quæritur et invenitur a Maria. Prædicat multitudini turbarum, audit ipsum Maria. Signa divinitatis suæ ostendere cœpit in Cana Galilææ, sed ad supplicationem Mariæ. Moribundus in cruce pependit, omnes fugiunt ab eo, stabat illic Maria cunctis consociata doloribus.

Verum quæ Christi fuit *in solidum*, mortalem vitam degens, Christi pariter *in solidum*, quoad animam scilicet et corpus, esse debebat, immortalis gloria fruens. Qui fieri potuit, ut Deus corpus illud quod in hac via cum Christo tanta charitate devinxit, in patria vero tanta longinquitate removerit? Si B. Virgo parum abfuit a Christo, et dolorum ictibus quassata, itinere dierum trium, eum ubique petebat, et invenit, atque secum ma-

(1) Hæres. 78.

terna dulcedine tulit; Christus autem Matris suæ corpus, nisi ad cælestem evexerit beatitatem, nullatenus in hoc mundo petisset? Hoc ingratum animum saperet, magnamque redoleret in Filio negligentiam.

2. At meliori cordis affectu Virginis hanc cum Christo unionem meditemur, ut meliori rem nostram rimari luce possimus. Olim Apostolus divino ebrius amore clamabat: *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus*. Id potiori ratione Deipara Virgo usurpare poterat. Nunquam enim sic soli unitus fuit radius, fonti suo rivus, trunco suo ramus, ferrum candens igni, anima corpori, uti Filio suo conjuncta fuit per amorem hæc ter benedicta Virgo. Erat ipse cordis illius cor, animæque ejus anima, quin imo animæ et cordis illius vita.

Hiscæ positis, si tum gratia, tum gloria non destruant, sed perficiant et quodammodo illustrent naturam, qualiter in cælo unio Virginis cum Christo fieri potuit imperfecta, dum perfecta in hoc mundo extitit, heic nempe cum anima et corpore, et illic dumtaxat cum anima? Cato senior dicebat, amantis animum in alieno corpore vivere. Nos ultro fatemur Virginis mirum in modum amantis animam in Filii non solum corpore, sed animo etiam ac Divinitate vixisse semper, potiusque, ut cum divo Bernardo loquamur, ibi fuisse, ubi amabat, quam ubi animabat. Tanta igitur hæc unio fuit, ut ex Christo in Virginem tota virtus motiva diffundi propemodum videretur. Et hanc ob causam Virginis corpus in cælis ab unione Christi dissociare idem est ac

membrum ipsiusmet Christi corpori amputare. Virginis corpus semper consociatum cum Christi corpore fuit in terra; igitur et in cælis, ideoque generalem ante resurrectionem; alioquin non esset in cælo cum Christo semper, uti semper in terra fuit. Virginis corpus præ cæteris hominibus conjunctum est cum Christo in terra; igitur et in cælis, ideoque præfinitum ante tempus: aliter non esset in cælis, non secus ac in terris, præ cæteris hominibus cum Christo conjunctum.

3. Insuper: si pie olim de S. Gertrude dictum est, Redemptorem, si in cælo aut in venerabili Eucharistiæ sacramento præsens non esset, illius in corde quærendum: quid de Deipara dicere possumus aut debemus, quæ perfecta quadam charitate sponsum ac Filium suum semper apud se retinuit? Nihil inter puras creaturas Deo conjunctius aut arctiori vinculo cum eo copulatum concipi cogitarive potest, quam Deipara Virgo. Quævis enim alia rerum conjunctio, sive inter se, ut animæ et corporis, sive cum Deo per gratiam aut gloriam, separari potest, vel reipsa per mortem aut divinam virtutem, vel saltem cogitatione nostra; sed hæc Matris ac Filii conjunctio nequaquam potest. Jesus itaque et Maria in hac mortali vita degentes tanta devincti charitate conjunctique tanto amore fuerunt, ut nequeat alia quævis unio concipi; nec non sancti omnes, dummodo Virginis unioni cum Christo comparentur, a Christo longinqui fere videantur. Et hæc est ratio quare dicere certa ratione queamus: Jesus illa terræ cæ-

tus, cujus gustu ad æternæ vitæ delicias et perennitatem enutrimur. Non poterat corrumpi hæc arca deifera, hoc templum Dei, hæc urna pulcherrima, cælesti balsamo plena. Non poterat denique corpus illud corrumpi; cum nihil castius eo quod corpus sine corporis læsione generavit; nihil pulchrius eo quod Christi corpus pulcherrima forma venustavit, nihilque splendidius eo quod splendor elegit.

## ARTICULUS II.

### Caput I.

Unio Christi cum Maria  
in hac mortali vita degentis et Assumptio.

1. Deipara Virgo familiarissima Christo et conjunctissima fuit non meditatione tantum, contemplatione atque mentis unione, sed etiam conversatione, usu et domestica consuetudine. Illa sane — quod nulli creaturæ concessum est, neque in æternum concedetur — Deum novem mensibus in utero portavit; ipsa Deum ubere de cælo pleno lactavit; ipsa Deum pluribus annis dulciter educavit; ipsa Deum puerum in amplexibus et osculis familiarissime contrectavit. Ejus lateri jugiter adhæsit, individua comes nullo ferme tempore abfuit, simul oravit, simul jejunavit, simul comedit, simul contemplata est, simul locuta, simul cælestibus desideriis inflammata, simul sanctis operibus vacans, simul gratia et sapientia crevit apud Deum et homines. Benedicta illa dierum ac mensium intervalla, quibus B. Virgo cum Unigenito suo in eadem domo conversata est!! Propter quod Epiphanius eam vocat:

*Perpetuam Jesu sectatricem* (1). Hinc in Evangelio vix quid operatum esse vel circa Christum vel a Christo legimus, ubi non fuerit Virgo Deiparens adjuncta Christo. Incarnatur Christus, non in angelis, non in aliquo sanctorum, sed in utero Mariæ. Nascitur parvulus in mundo, sed de utero Mariæ. Fasciis involvitur infans, sed a Maria. Ponitur in cunis, in aspero præsepe puerulus, sed per Mariam. Lactis guttæ instillantur esurienti, sed ab uberibus Mariæ. A Magis invenitur, a stella demonstratur, sed cum Maria. Visitatur a pastoribus, non sine Maria. Adoratur ab angelis, sed primum a Maria. Fugit a sæviante Herode in Ægyptum, fugit secum et Maria. A Simeone Pontifice benedicatur, sed in manibus Mariæ. Docet et interrogat in medio doctorum, sed quæritur et invenitur a Maria. Prædicat multitudini turbarum, audit ipsum Maria. Signa divinitatis suæ ostendere cœpit in Cana Galilææ, sed ad supplicationem Mariæ. Moribundus in cruce pependit, omnes fugiunt ab eo, stabat illic Maria cunctis consociata doloribus.

Verum quæ Christi fuit *in solidum*, mortalem vitam degens, Christi pariter *in solidum*, quoad animam scilicet et corpus, esse debebat, immortalis gloria fruens. Qui fieri potuit, ut Deus corpus illud quod in hac via cum Christo tanta charitate devinxit, in patria vero tanta longinquitate removerit? Si B. Virgo parum abfuit a Christo, et dolorum ictibus quassata, itinere dierum trium, eum ubique petebat, et invenit, atque secum ma-

(1) Hæres. 78.

terna dulcedine tulit; Christus autem Matris suæ corpus, nisi ad cælestem evexerit beatitatem, nullatenus in hoc mundo petisset? Hoc ingratum animum saperet, magnamque redoleret in Filio negligentiam.

2. At meliori cordis affectu Virginis hanc cum Christo unionem meditemur, ut meliori rem nostram rimari luce possimus. Olim Apostolus divino ebrius amore clamabat: *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus*. Id potiori ratione Deipara Virgo usurpare poterat. Nunquam enim sic soli unitus fuit radius, fonti suo rivus, trunco suo ramus, ferrum candens igni, anima corpori, uti Filio suo conjuncta fuit per amorem hæc ter benedicta Virgo. Erat ipse cordis illius cor, animæque ejus anima, quin imo animæ et cordis illius vita.

Hiscæ positis, si tum gratia, tum gloria non destruant, sed perficiant et quodammodo illustrent naturam, qualiter in cælo unio Virginis cum Christo fieri potuit imperfecta, dum perfecta in hoc mundo extitit, heic nempe cum anima et corpore, et illic dumtaxat cum anima? Cato senior dicebat, amantis animum in alieno corpore vivere. Nos ultro fatemur Virginis mirum in modum amantis animam in Filii non solum corpore, sed animo etiam ac Divinitate vixisse semper, potiusque, ut cum divo Bernardo loquamur, ibi fuisse, ubi amabat, quam ubi animabat. Tanta igitur hæc unio fuit, ut ex Christo in Virginem tota virtus motiva diffundi propemodum videretur. Et hanc ob causam Virginis corpus in cælis ab unione Christi dissociare idem est ac

membrum ipsiusmet Christi corpori amputare. Virginis corpus semper consociatum cum Christi corpore fuit in terra; igitur et in cælis, ideoque generalem ante resurrectionem; alioquin non esset in cælo cum Christo semper, uti semper in terra fuit. Virginis corpus præ cæteris hominibus conjunctum est cum Christo in terra; igitur et in cælis, ideoque præfinitum ante tempus: aliter non esset in cælis, non secus ac in terris, præ cæteris hominibus cum Christo conjunctum.

3. Insuper: si pie olim de S. Gertrude dictum est, Redemptorem, si in cælo aut in venerabili Eucharistiæ sacramento præsens non esset, illius in corde quærendum: quid de Deipara dicere possumus aut debemus, quæ perfecta quadam charitate sponsum ac Filium suum semper apud se retinuit? Nihil inter puras creaturas Deo conjunctius aut arctiori vinculo cum eo copulatum concipi cogitarive potest, quam Deipara Virgo. Quævis enim alia rerum conjunctio, sive inter se, ut animæ et corporis, sive cum Deo per gratiam aut gloriam, separari potest, vel reipsa per mortem aut divinam virtutem, vel saltem cogitatione nostra; sed hæc Matris ac Filii conjunctio nequaquam potest. Jesus itaque et Maria in hac mortali vita degentes tanta devincti charitate conjunctique tanto amore fuerunt, ut nequeat alia quævis unio concipi; nec non sancti omnes, dummodo Virginis unioni cum Christo comparentur, a Christo longinqui fere videantur. Et hæc est ratio quare dicere certa ratione queamus: Jesus illa terræ cæ-

lique magnetica gemma quæ propiora solummodo corpora trahit, corpus Virginis trahere potuit, corpora sanctorum trahere non potuit. Aliter moventur a Deo gravia, aliter levia propter diversam utriusque naturam. Illa ut sursum volitent, ista deorsum. Virginis proinde corpus, quia nullo culpæ pondere premitur, levissimum ad cælum evolat: alia vero corpora, quum peccatorum sarcina premitur, ad terram collabuntur. Non ad centrum telluris, prout quæque corpora, suum corpus ruit; sed velut astrum per æthera scandit, ut æternum justitiæ Solem circumiret, mille trahens rutilos adverso illo lucis torrente colores.

## Caput II.

Similitudo Christi cum Maria et Assumptio.

1. Omnium physiognomonum constans assertio est, filios matres suas ut plurimum forma, magnitudine ac indole referre solitos. Ita Galenus, Avicena, Aristoteles, B. Albertus magnus et alii quos late recenset Tiracquellus (1). Unde et lacedæmoni hac opinione imbuti Archidamum regem gravi pecunia mulctarunt, quod pusilli corporis fœminam uxorem duxisset, subinde dicentes futurum, ut pusillos etiam et imbelles reges pareret, uti refert Plutarchus in vita Agesilai. Jurisperiti quoque dixerunt: *Filii ut plurimum matrizant*, hoc est, matres suas non corpore solum, sed gestibus etiam, motibus et indole referunt. Et nos ut plurimum videmus a bonis parentibus bonos nasci filios.

(1) Ad 2. lib. connub., num. 73.

Quod multo magis de Christo quam de aliis sentiendum est. Christus enim totus erat ex Matre, non habens patrem in terris: totus igitur Matri simillimus debuit esse in omnibus.

Id paucis ad trutinam vocemus. Nam sicut Filius est Verbum incorruptibile Patris; sic Virgo Mater fuit Virgo semper incorrupta ante partum, in partu et post partum. Sicut Filius est unicus, cui a sæculo nullus similis est visus, nec auditus, qui nimirum esset creator et creatura, summus et infimus, æternus et temporaneus, Deus simul et homo; ita Mater est rara, unica, illustris ac toto orbis sæculis omnibus inaudita quæ simul est genitrix et virgo, mater et filia, domina et ancilla, plasmatio ejus quem ipsa genuit. Et non solum in divinitate, verum et in humanitate vera Christi fuit imitatrix. Qui viderunt Christi et Mariæ imagines ad vivum depictas vel exculptas, fateri coguntur, nunquam fuisse sic filium matri similem vultu et moribus, verbis et habitu. Illa humilis, ille humilis: illa mansueta, ille mansuetus: illa benigna, ille benignus: illa pauper, ille pauper: illa purissima, ille purissimus: illa modesta et sobria, ille modestus et sobrius. Firmat hanc doctrinam magnus ingenio vir Thomas Cajetanus in opusculo de spasmo B. M. Virginis: *Virgo*, ait, *debet credi similis Filio per omnia, quantum fas est*. Licet enim sancti conati sint assimilari Christo, in quo vera perfectio sita est; nullus tamen eorum potuit ex integro, sed ex parte: unus in humilitate, alius in castitate; hic in mansuetudine, ille in paupertate. In omni-

bus sola Mater nihil fuit, nisi Filii adumbrata imago, et Filius Matris expressa figura.

Porro B. Virgo Maria quæ fuit in omnibus simillima Christo, in cælesti gloria quæ naturam et gratiam non destruit, sed perficit, dissimillima fieret, adeo ut Christus in anima et corpore, dum Maria in anima solum æterna beatitudine frueretur? Quemadmodum Filius qui est perfecta Patris imago, a Patre cum omnibus suis dotibus nulla potest ratione divelli; sic Mater quæ est Filii suppar imago, a Filio cum omnibus ferme suis dotibus, et ideo cum anima et corpore, separari nullatenus potest. Id autem nobis ad aliud argumentum viam quodammodo stravit.

2. Similitudo est causa amoris et unionis. Uti puella se ad speculum intuens, visam in speculo imaginem suam amat; ita Pater æternus seipsum in purissimo substantiæ suæ speculo, nempe Filio qui est figura substantiæ Patris (1), exprimens, et eam imaginem cognoscens sibi perfectam et coequalem, illam diligit, quæ dilectio est Spiritus sanctus qui Patrem Filiumque connectit, adeo ut non solum unaquæque divina persona in aliarum cognitione et dilectione tota sit, verum etiam altera ab altera se jungi nullimode queat. — Quod autem in divinis, in naturalibus itidem rebus pertingit. Et ideo similitudinem esse causam amoris, sacræ Litteræ docent: *Omne animal diligit simile sibi* (2). Quam sententiam attulit Plato in Lyside, aliamque subjunxit: *Simile, inquit, simili semper amicum*

(1) Ad Hebr. 1, 3.

(2) Eccil. xiii, 19.

*est*. Hinc videmus apes, formicas, columbas gregatim vivere, in eadem quippe natura communicant; pisces vero cum volucris, accipitres cum columbis, lupos cum ovibus minime convenire, quia in natura dissimiles sunt. Quocirca similitudo est causa amoris, et amor est causa unionis: *amor*, enim, testante Areopagita, *in unione consistit*.

Verum, si Deipara Virgo perfecta ejus Filii refulserit imago, omne quippe generans, prout generans, generat sibi simile: perfecta pariter eorumdem esse debuit unio, cum anima scilicet et corpore. Si quis enim quempiam amet, etiam illa quæ sibi naturaliter conjuncta sunt, amore prosequitur. Unde homo, diligens seipsum, diligit subinde membra sua, manum, pedem, atque alia omnia quæ sibi conjunguntur et ad personæ conservationem postulantur. Quam ob rem si Christus beatissimam Virginem mire dilexerit, suum quoque corpus mirum in modum diligebat: et utrumque diligens, cum utroque suam in cælis dilectionem aperire condecurt: *amor enim, dixi equidem et dico, in unione consistit*.

3. Præterea: B. Virgo fuit ab ipso Verbo elaborata, ut eum in sua elaboraret humanitate. Ipse Deus propria manu condidit Genitricem, qualiter ab ipsa condi discupiebat, omnes in ea prærogativas abscondens, quas in sua conceptione ac nativitate desumpsisset. Suam ipsemet physicam et moralem humanitatem in physica et morali Virginis humanitate prædisposuit. Unde Bossuetus jure meritoque Mariam vocat: *Christum ince-*



ptum. Quare Maria est illa arca immaculata ex qua divinus debebat hospes exire. Et sicut iste *plenus gratiæ et veritatis* (1) erat; illa pariter erat *gratia plena* (2). Sicut Jesus erat *fructus benedictus ventris sui* (3); Maria est *benedicta in mulieribus* (4). Sicut ille *flos*; ista *radix* nuncupatur (5). Ast B. Virgo nedum est *Christus inceptus*, ut ait meldensis Antistes; verum et *Christus dilatatus*, tamquam crepusculum Solis justitiæ, ab hujus irradiatione confectum. Sane cum Christus suam carnem ex Matris carne desumpserit, caro Virginis est caro Christi. Quo factum est, ut Christus *resurgens ex mortuis* incorruptibilem in Matre suam carnem servare cogeretur. Et quoniam tota christiana fiducia super fidem Verbi incarnati et resurgentis alitur et fultur; oportebat idcirco Christus nedum, ut ita dicam, partem carnis, suum nempe corpus, ad cælum evertisset, sed aliam quoque partem, Virginis nempe carnem.

4. Ut rem vero solide conficiamus, aliud suppeditare conititur argumentum. B. Virgo speciali Dei privilegio ita ad omnes actus suos invigilabat, ita in justitia et sanctitate firma manebat, ut nunquam ne leviter quidem Deum offenderit. Unde tridentina Synodus definit: *Si quis hominem semel justificatum dixerit posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Maria Virgine tenet Ecclesia; anathema sit* (6). Gravis est hac in parte divi

(1) Joan. i, 14.  
(3) 42 ibidem.

(2) Luc. i, 28.

Augustini sententia lib. de natura et gratia inserta: « Virgine excepta, si cunctos sanctos et sanctas quæ in Scripturis sanctis non modo non peccasse, verum etiam juste vixisse referuntur, cum hic viverent, congregare possemus et interrogare, utrum essent sine peccato; quid fuisse responsuros putamus? Quantalibet fuerit in hoc corpore excellentia sanctitatis, una voce clamassent, quod ait Joannes: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est.* » Quis enim nostrum primam illam innocentiae vestem quam in baptismo accepimus, non maculavit? Quis cum prima baptismi tabula post naufragium ita servatus est, ut secunda pœnitentiæ tabula non indigeat? Alexander alensis sanctitatem et suavoloquentiam div. Bonaventuræ contemplans, de illo pronuntiavit: *Non videtur Adam in homine isto peccasse.* Sed per hyperbolen hæc verba componuntur. Sola Virgo Deiparans florem illum puritatis atque innocentiae candorem nullo unquam tempore labefactavit. Et quoniam in Christo nedum peccati macula reperta non est, sed nec reperiri quoque potuit; sic et Maria nedum non peccavit, verum etiam peccare nequivit: licet impeccabilitas hæc, si originem spectes, diverso ex fonte processerit. Christus enim naturaliter et ab intrinseco, Maria vero per gratiam et per privilegium peccare nullatenus potuit.

Verum, si beata Virgo in re majoris momenti Christo similis extite-

(4) Ibidem.

(5) Isa. ii, 1.

(6) Sess. vi, can. 23.

rit, in re minoris ponderis, nimirum quoad gloriam corporis, dissimilis extitisset? Rem superius allatam tanti facio, ut pene dixerim: quidquid per essentiam tribuitur Christo secundum rationem humanæ naturæ per gratiam tribuitur Virgini, quadam proportionem constituta. Hinc si Christus, qua homo, gloriosus æthera scandit, beata quoque Virgo cælum regnatura conscendit.

5. Hoc demum argumento capiti huic collibet imponere finem. Caro Christi Verbo divino hypostatice conjuncta est eadem caro Mariæ, quæ cælesti glorificatione perfusa nullatenus suam amittit naturam: sicut Deus non mutatur miseratione; ita homo non consumitur dignitate: sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit; ita caro, cælestem gloriam ingrediens, naturam maternæ carnis non reliquit. Unde si caro Christi caro est Mariæ; igitur caro istius carnis illius sortem debebat experiri: quandoquidem similem effectum præ se similia ferunt. Quam ob causam, prout corpus Christi, Virginis quoque corpus incorruptibilitate præditum resurgere debuit.

Hæc autem inter carnem Christi et carnem Virginis præclara similitudo in sanctissimo Eucharistiæ sacramento perfectionis culmen attingit. Cum enim beatissima Virgo angelica vescebatur alimonia, et divino ebria cruore fervebat, caro et sanguis Christi propter similitudinem cum carne et sanguine Virginis unum idemque plane fiebat, ad eum pene modum quo liquori liquor conjunctus, unum idemque corpus evadit. Unde medici di-

ctitant, cibum quo plus carni par est, eo plus cum carne manere; et quo magis est impar, eo magis ab ea separari. Christi proinde Resurrectionis germina propemodum Virginea caro suscepit, quæ utique germina erant tempore suæ mortis evolvenda. Ipsa mortua est; sed uti moritur dies: intra se divinum Solem continens, super cælestem horizontem perpetuo splendore colluxit.

### Caput III.

Miraculorum series in Maria et Assumptio.

1. In divino quolibet opere mirabilis refulget harmonia qua finis principio totumque partibus respondet. Huic innixæ rationi naturales scientiæ creationis secreta perscrutantur, illius opera demolita partim, partimque dissuta componentes. Jam vero, nisi Deus Mariæ corpus extulisset ad cælum, neque finis principio, neque totum partibus in excelso opere suo adamussim cohæreret. Deiparæ namque vita supernaturalis omnino coruscet, adeo ut in ipsa supernaturale naturale quodammodo videatur. Quapropter si Deiparæ mors ceterorum hominum morti æquipolleret, nulla suam inter conceptionem et mortem, suam inter vitam et ipsam mortem proportio reperiretur; quum miraculis illa coruscaverint, et ista solummodo caruisset. Hinc necessum est uni miraculo tot alia deinde superaddi, quot copulative requiruntur, ut miraculosum opus ad perfectionis verticem pertingat: aliter esset magnum sine acroterio palatium, quod divinæ Sapientiæ refragatur.

2. Nonnulla Virginis portenta, quoad nobis fieri poterit, attentis oculis suavique meditatione percurramus. Nata est miraculo ex parentibus sterilibus: educata non sine miraculo in penetralibus templi: desponsata Joseph cum miraculo, salvis virginitatis claustris atque sigillis: gravidata miraculo omnium maximo sine viro, manens nempe purissima Virgo. A sæculo non est auditum, virginem esse quæ peperit, et matrem esse quæ virgo permansit. Nunquam visa nec lecta virginitas fecunda et fecunditas cum virginitate conjuncta. Sensum quippe ac intellectum excedit, quod Virgo pariat, et in partu integra conservetur. Majus fuit miraculum Christum de Virgine nasci, quam eum a mortuis resurgere; illud enim singulare fuit in Deipara, mortuorum autem plerique resuscitati leguntur. Ex utero ante luciferum genui te, dixit Dominus Domino meo; ex utero post luciferum genui te, dicere Domina potest Domino suo. Unigenitus Filius qui est in sinu Patris (1), in sinu Matris et est.

Fuit insuper in ea gravidatio sine gravitate. Nulla fieri potuit gravado in utero gestante foetum quem conceperat: lumen enim quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Hoc Isaias spiritu prævidens, agebat: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem* (2). Hæc nubes levis est B. V. Maria, ex sententia divi Hieronymi, divi Ambrosii, divi Cyrilli. Vere nubes levis, quia nullo humani seminis imbre prægravata. Hinc factum quod Virgo prægnans in Bethlehem una

(1) Joan. i, 18.

(2) Isa. xix, 1.

cum Joseph pedibus ivit; ejus namque uterus neque gravis neque molestus extitit, quæ enim sine viro concepit, sine dolore peperit, credendum pariter est uterum absque molestia gestasse.

Neque B. Virgini dolorem parturitionis dedit. Et hoc est miraculum, cum sit præter ordinem totius naturæ creatæ, maxime post illam a Deo prolatam maledictionem: *In dolore paries filios* (3). Gloriosam vero Dei Genitricem sine dolore peperisse Scriptura et ratio docet. Id non obscure S. Lucas capite 2 declarat; nam cum præmisisset de Virgine, quod Filium genuisset, statim subjungit: *Et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio*, ut intelligas ipsam ad omnia illa fuisse promptam officia, utpote viribus integram. Hoc itidem ratio suadet. Hevæ protoparenti quæ sicut dea esse concupivit, cum scientiam appetiit, in poenam ærumnæ atque dolores in partu datæ sunt. Sapienter itaque Deus disposuit, cum nasci ex muliere voluit, ut sine Matris dolore nasceretur, ut nimirum non hominem purum, sed etiam Deum se esse loqueretur.

Deum B. Virgo gignit!!! Hoc est summum miraculum quod Deus operatus est in Maria. Causam dare causæ primæ, primum principium ultimum constituere, æternitatem tempori subicere, immensum metiri, infinitum circumscribere limitibus, spiritum purum carne convestire, supremam exinanire majestatem, ipsam divinam subjugare potentiam. Hoc miraculum superat omnia quæ Scriptura

(3) Gen. iii, 16.

recenset. Majus est hoc, quam quod homo de limo terræ fiat, et mulier de costa viri formetur; quod centenarius senex et nonagenaria pareret anus; quod rubus ardeat et non comburatur; quod virga in serpentem, aqua in sanguinem aut vinum convertatur; quod ferrum aquis supernatet; quod asina in verba prorumpat; quod manna cælum pluat; quod virga arida floreat; quod aquæ Jordanis retrorsum convertantur; quod solis cursus retineatur. Majus, inquam, est hoc miraculum et miraculis omnibus superius, ex creatura creatorem oriri, fontem a rivo produci, solem e stella nasci, figulum a vase fingi, architectum a domo construi, sphæram in centro consistere, et mundum ipsum totum, quantus est, in angusto mundo reperire sedem! O miraculum miraculorumque cumulum!! Jure proinde merito Ignatius martyr in ejus ad Joannem evangelistam littera Mariam vocat: *Cæleste prodigium et sacratissimum spectaculum*. Cui bene congruit syrus Ephrem, cum Mariam salutatur: *Ave præstantissimum universi orbis miraculum* (1). Joannes Damascenus stupens inclamat: *O miraculum omnium miraculorum maxime novum* (2). Immo Andreas jerosolymitanus eam nuncupat: *Miraculorum officinam* (3). Nam sicut artifices solent officinas habere, in quibus sua opera servant; ita supremus omnium rerum artifex Deus voluit sibi officinam construere, in qua prodigiosa et

(1) Orat. de laud. Virginis.

(2) Orat. de Nativ.

(3) In salutatione Deiparæ.

(4) \* Sola fra le pure creature, „ ita pulcre ratiocinatur Antistes, „ meritò Maria la gloria sin-

maxime miranda opera conservaret. Hæc autem est Virgo Deipara.

Si in toto igitur Deiparentis vitæ curriculo usque adeo nova miracula coruscaverint, ut totam miraculum vocare potueris, ex miraculis compositam totam atque compactam; in vitæ hujus dumtaxat limitibus miraculum, Assumptio nempe, deesset? Si pro Virgine Deus majora patraverit, adeo ut filia sit Mater sui Patris, Genitrix sui Creantis, factrix sui Factoris, ut stella generet solem, rivulus producat fontem, opus faciat suum artificem, pariat foemina Deum; pro eadem Virgine patrare minora noluisse, ejus videlicet Assumptionem? Totam parumper evolve beatissimæ Deiparæ vitam; et illam veluti coronam maximis portentis intextam reperies. In hac porro miraculorum catena illud tantummodo deficeret annulum quod Virginem Mariam in anima et corpore gloriosam cum suo Creante mirum in modum consociare debebat? Eapropter alterutrum: aut in opere Omnipotentis maximam dignoscamus oportet deordinationem, aut in vita Deiparentis gloriosam necessum est profiteamur Assumptionem: nam si forte contingat, in Virginis solummodo morte deesse portentum, in illa cohærere non amplius cum præcedentibus insequentia possent. Jamdiu hoc argumentum confecit Archipræsul Baris illustrissimus atque reverendissimus Franciscus Pedicini (4).

\* golare di risorgere dalla tomba per non morire

\* più mai. Sola fu Maria che venne al mondo non

\* tocca dalla colpa originale: fu sola Maria fra

\* tutte le donne vergine e madre insieme: a Ma-

\* ria solamente era ancora serbata la gloria sin-

3. Mirabile dictu est quot in Ægypto Deus per Moysen pro salute hebræi populi miracula gesserit, portenta patrarit! Vicaria Dei voce singula quatiuntur elementa naturæ, ignis, cælum, æquora, tellus. Tunc visum mirabiliter est, in sanguinem fluentia mutari, ranis et locustis ubilibet scatere tellurem, et in universam perniciem coruscare fulgura, mugire tonitrua, imbres et grandinem ruere. Sed tot tantisque portentis ullimum conquirebatur portentum. Induravit enim Dominus cor Pharaonis, qui persecutus est filios Israel de Ægypto egredientes: omnis equitatus et currus Pharaonis et universus exercitus erant in Pihahiroth contra Beelsephon, ubi erant Israelitæ. Sed extendit Moyses manum suam super mare, vertit in siccum, et divisa est aqua. Tunc ingressi filii Israel per medium sicci maris, erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et læva, incolumes aufugerunt.

Verum, quot Deus portenta compleverit tum in gloriam Virginis tum in odium tartarei Pharaonis, impossibile relatu est. Filius totam exhaurit potentiam *generativam* Patris, ita ut alius Filius haberi non possit; et Spiritus sanctus totam exhaurit potentiam *spirativam* Patris et Filii, adeo ut alius Spiritus sanctus concipi nequeat: sic quodammodo Virgo totam exhaurit potentiam Patris, sapientiam Filii et bonitatem Spiritus sancti, immensa ac nova portenta recipiens, ita ut alia Virgo Deiparens esse non poterit. Illa tamen

\* gloriosissima di salire al cielo non solo con l'anima, ma ancora col corpo prima incorrotto e

omnia portenta ultimum portentum a Domino posebant, ut Virgo scilicet, tartareo Pharaone demerso in profundum, omnibusque suis nisibus pessumdati, per mare rubrum mortis incorrupto pede transiret, et æternitatis appelleret oram. Hoc magnopere decuit divinam sapientiam: quid igitur? utique fecit. Vere Deipara de littoribus mundi, quin vel anima infuscaretur a culpa, vel a corruptione corpus, ad cælica venit littora, et ipsa Maria, instar Mariæ sororis Moysis, Deo uno et trino insequens hoc cecinit triumphale canticum, sacram hanc mirabilemque doxologiam:

Gloria, gloria, gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Gloria Patri, sicut erat in principio, cum me in ejus semper cogitationeolvebat, ancillam suam constituens ab æternitate theotocion. Gloria Filio, sicut erat in principio, cum matrem suam possedit me, antequam quidquam faceret a principio; cum ante sæcula creata sum Genitrix ejus: cum sancta coram ipso ministravi: quapropter ex tunc, scilicet ante colles ego parturiebar et parturiebam. Gloria Spiritui sancto, sicut erat in principio, quando prior dilexit me, et sponsam suam divinæ charitatis splendore pellexit. Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto, sicut erat in principio, et nunc, quando creaturæ omnes, de potentia in actum erumpentes, maximopere certatimque potentiam Patris glorificant, sapientiam Filii attollunt, bonitatem Spiritus sancti uno suaviter hymno concelebrant. Gloria

\* poi tosto glorificato: *optimam partem elegit sibi Maria.* — *Discorso sull'Assunzione*, n. 2.

Patri, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum sua tum *ad intra* tum *ad extra* imperitura gloria conjungetur, cum sua fulgebit misericordia glorificando, cum sua fulgebit justitia puniendo. Gloria Filio, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum non singuli singulis, sed uni unus præerit universo gregi pastor, nempe Christus, destructis adversitatibus et erroribus universis, dæmonumque phalange devicta. Gloria Spiritui sancto, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum quisque sanctus, divino suo catenatus amore, copulabitur Deo, copulabitur beatitati, copulabitur corpori, non secus ac speciali privilegio hoc meum corpus, omnium in me portentorum seriem complens, meo animo copulaverit tota Trias, cui honor, cui gloria, cui potestas et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### ARTICULUS III.

#### Caput I.

Passio Christi et Assumptio.

1. Unio Virginis cum Christo in dominica passione ad stuporem crevit. Div. enim Joannes Chrysostomus in hoc mysterio sacratissimæ passionis duplex altare contemplatur. Alterum in quo Christi corpus in cruce per passionem offerebatur, alterum in quo anima Matris per compassionem transfigebatur. Cum enim amor ex div. Thoma (1) vim habeat, ut amans videatur esse in amato: consequens est, B. Virginem in Chri-

(1) 1 part., q. 20, art. 2.

JANNUCCI

stum transformatam eundem fuisse passam in mente dolorem quem Filius patiebatur in corpore. Mactabat se Filius in cruce, offerebat se beata Virgo in eadem cruce; Christus carnem, Maria immolabat animam; et quia utriusque una voluntas erat, unum etiam sacrificium offerebant, Christus in sanguine carnis, Maria in sanguine cordis. Abraham mactaturus filium, se mactabat in filio, eo quod corpus suum immolabat in eo, attestante Petro Chrysologo: *Quid aliud Abraham, quam corpus suum immolabat in filio* (2)? ita ut idem esset sacerdos et victima, pontifex et sacrificium. Perfectius hoc Virgo præstitit, quæ non in solo voto, sed re ipsa carnem suam immolavit in Filio, et tanto gratius sacrificium B. Virginis Deo fuit, quo a majori dilectione processit. Ut solis deliquio luna protinus obscuratur, utpote quæ nonnisi de illius splendore mutuato renitet; ita se res in hisce duobus habebat, ut quod uni contingebat, alteri quoque contigisse videretur. Ut uno oculo lacrymante, protinus alter in lacrymas prorumpit; ita Christo patiente, statim in Mariam passio ejus transibat. Ut vulneratus intuens se ad speculum, necessum est ut vulnera sua speculum recipiat; ita beata Virgo, cum esset speculum tersissimum et clarissimum, omnes sui Filii dolores, ictus et vulnera in seipsa excipiebat et exprimebat. Orante Filio in horto, et ipsa orabat. Illo voluntatem suam in voluntatem Patris resignante, et ipsa resignabat. Illo sanguineum sudorem emittente, san-

(2) Serm. 108.

3. Mirabile dictu est quot in Ægypto Deus per Moysen pro salute hebræi populi miracula gesserit, portenta patrarit! Vicaria Dei voce singula quatiuntur elementa naturæ, ignis, cælum, æquora, tellus. Tunc visum mirabiliter est, in sanguinem fluentia mutari, ranis et locustis ubilibet scatere tellurem, et in universam perniciem coruscare fulgura, mugire tonitrua, imbres et grandinem ruere. Sed tot tantisque portentis ullimum conquirebatur portentum. Induravit enim Dominus cor Pharaonis, qui persecutus est filios Israel de Ægypto egredientes: omnis equitatus et currus Pharaonis et universus exercitus erant in Phihahiroth contra Beelsephon, ubi erant Israelitæ. Sed extendit Moyses manum suam super mare, vertit in siccum, et divisa est aqua. Tunc ingressi filii Israel per medium siccæ maris, erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et læva, incolumes aufugerunt.

Verum, quot Deus portenta compleverit tum in gloriam Virginis tum in odium tartarei Pharaonis, impossibile relatu est. Filius totam exhaurit potentiam generativam Patris, ita ut alius Filius haberi non possit; et Spiritus sanctus totam exhaurit potentiam spirativam Patris et Filii, adeo ut alius Spiritus sanctus concipi nequeat: sic quodammodo Virgo totam exhaurit potentiam Patris, sapientiam Filii et bonitatem Spiritus sancti, immensa ac nova portenta recipiens, ita ut alia Virgo Deiparens esse non poterit. Illa tamen

\* gloriosissima di salire al cielo non solo con l'anima, ma ancora col corpo prima incorrotto e

omnia portenta ultimum portentum a Domino posebant, ut Virgo scilicet, tartareo Pharaone demerso in profundum, omnibusque suis nisibus pessumdati, per mare rubrum mortis incorrupto pede transiret, et æternitatis appelleret oram. Hoc magnopere decuit divinam sapientiam: quid igitur? utique fecit. Vere Deipara de littoribus mundi, quin vel anima infuscaretur a culpa, vel a corruptione corpus, ad cælica venit littora, et ipsa Maria, instar Mariæ sororis Moysis, Deo uno et trino insequens hoc cecinit triumphale canticum, sacram hanc mirabilemque doxologiam:

Gloria, gloria, gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Gloria Patri, sicut erat in principio, cum me in ejus semper cogitationeolvebat, ancillam suam constituens ab æternitate theotocion. Gloria Filio, sicut erat in principio, cum matrem suam possedit me, antequam quidquam faceret a principio; cum ante sæcula creata sum Genitrix ejus: cum sancta coram ipso ministravi: quapropter ex tunc, scilicet ante colles ego parturiebar et parturiebam. Gloria Spiritui sancto, sicut erat in principio, quando prior dilexit me, et sponsam suam divinæ charitatis splendore pellexit. Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto, sicut erat in principio, et nunc, quando creaturæ omnes, de potentia in actum erumpentes, maximopere certatimque potentiam Patris glorificant, sapientiam Filii attollunt, bonitatem Spiritus sancti uno suaviter hymno concelebrant. Gloria

\* poi tosto glorificato: *optimam partem elegit sibi Maria.* — *Discorso sull'Assunzione*, n. 2.

Patri, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum sua tum *ad intra* tum *ad extra* imperitura gloria conjungetur, cum sua fulgebit misericordia glorificando, cum sua fulgebit justitia puniendo. Gloria Filio, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum non singuli singulis, sed uni unus præerit universo gregi pastor, nempe Christus, destructis adversitatibus et erroribus universis, dæmonumque phalange devicta. Gloria Spiritui sancto, sicut erit semper et in sæcula sæculorum, cum quisque sanctus, divino suo catenatus amore, copulabitur Deo, copulabitur beatitati, copulabitur corpori, non secus ac speciali privilegio hoc meum corpus, omnium in me portentorum seriem complens, meo animo copulaverit tota Trias, cui honor, cui gloria, cui potestas et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

### ARTICULUS III.

#### Caput I.

Passio Christi et Assumptio.

1. Unio Virginis cum Christo in dominica passione ad stuporem crevit. Div. enim Joannes Chrysostomus in hoc mysterio sacratissimæ passionis duplex altare contemplatur. Alterum in quo Christi corpus in cruce per passionem offerebatur, alterum in quo anima Matris per compassionem transfigebatur. Cum enim amor ex div. Thoma (1) vim habeat, ut amans videatur esse in amato: consequens est, B. Virginem in Chri-

(1) 1 part., q. 20, art. 2.

JANNUCCI

stum transformatam eundem fuisse passam in mente dolorem quem Filius patiebatur in corpore. Mactabat se Filius in cruce, offerebat se beata Virgo in eadem cruce; Christus carnem, Maria immolabat animam; et quia utriusque una voluntas erat, unum etiam sacrificium offerebant, Christus in sanguine carnis, Maria in sanguine cordis. Abraham mactaturus filium, se mactabat in filio, eo quod corpus suum immolabat in eo, attestante Petro Chrysologo: *Quid aliud Abraham, quam corpus suum immolabat in filio* (2)? ita ut idem esset sacerdos et victima, pontifex et sacrificium. Perfectius hoc Virgo præstitit, quæ non in solo voto, sed re ipsa carnem suam immolavit in Filio, et tanto gratius sacrificium B. Virginis Deo fuit, quo a majori dilectione processit. Ut solis deliquio luna protinus obscuratur, utpote quæ non nisi de illius splendore mutuato renitet; ita se res in hisce duobus habebat, ut quod uni contingebat, alteri quoque contigisse videretur. Ut uno oculo lacrymante, protinus alter in lacrymas prorumpit; ita Christo patiente, statim in Mariam passio ejus transibat. Ut vulneratus intuens se ad speculum, necessum est ut vulnera sua speculum recipiat; ita beata Virgo, cum esset speculum tersissimum et clarissimum, omnes sui Filii dolores, ictus et vulnera in seipsa excipiebat et exprimebat. Orante Filio in horto, et ipsa orabat. Illo voluntatem suam in voluntatem Patris resignante, et ipsa resignabat. Illo sanguineum sudorem emittente, san-

(2) Serm. 108.

guineas illa lacrymas fundebat. Illo comprehenso et victo, amoris illa vinculis stringebatur. Illo spinis coronato, flagellato, consputo, colaphizato, crucifixo, aceto potato, lancea perforato, sepulto; dolorum illa spinis in corde coronabatur, flagellabatur, conspuebatur, colaphizabatur, crucifigebatur, amaritudine potabatur, in anima sauciebatur, sepeliebatur.

Hiscæ proinde majori quæ mihi licuit pietate depictis, sic loqui paucis ac nitide libet. David rex olim dixit: *Æqua pars erit descendens in prælitium et remanens ad sarcinas* (1). Quam ob rem Augustinus de Paulo adhuc Ecclesiam Dei persequente dixit, illum per manus omnium Stephanum lapidasse, dum vestimenta lapidantium servabat. Hinc fieri debuit, ut, sicut Christus cum anima et corpore cælesti gloria fruatur, ita et Maria perfruatur, quæ Christo in ligno crucis prælianti prælia Domini adstitit, et quasi ad *sarcinas* permansit, et nostra Corredemptrix suis ipsa doloribus evasit. Ad eandem gloriam, gloriam animæ, gloriam corporis uterque pervenit; quum eadem quodammodo pœnas tulerit, juxta præclaram illam Apostoli regulam: *Sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis* (2). Sub arbore crucis B. Virgo cum anima et corpore tulit, sub arbore vitæ in cælesti paradiso consita cum anima et corpore frui quoque debuit. Ipsa pœnas in anima tulit, et de anima diffundebantur in

(1) I. Reg. xxx, 24.

(2) II. ad Cor. I, 7.

(3) Comment. in III Sententiar. quæst. xxxvii, art. 14.

(4) Lib. 3, initio Distinct. 18.

corpus; similiter in cælis anima Deiparæ fruatur, sed ista fruitione participare debet et corpus. Corpore patitur Christus et anima; corpore patitur Virgo et anima: igitur si corpore Christus fruatur et anima; corpore Virgo fruatur et anima. Hæc conclusio lucem mutuatur et robur a logica divinæ Sapientiæ quæ omnia juste sapienterque gubernat. Eo vel magis, quod V. Maria plus omnibus et præ omnibus participare redemptione debebat; tum quia plus omnibus passa fuit, tum quia præ omnibus posuit illud, in quo poterat vel Deus pati, vel Deus mori. Plus omnibus autem participare redemptione nequibat, nisi præ omnibus itidem resurgens. Quare Suarezius: « Corpus Virginis, » ait vir egregie catholicus, « fuit quodammodo initium humanæ salutis, quia ex illius sanguine corpus et sanguis Christi sumptus est... et rationi consentaneum est, ut idem Virginis corpus singulari modo redemptionem participaverit, atque adeo ut gloriam et immortalitatem statim fuerit consecutum (3). »

2. Insuper: Magister Sententiarum aliquos memorat, qui Christum nihil sibi meruisse contenderunt (4). Hunc errorem mutuatus est Calvinus qui more suo theologos scholasticos *stultæ curiositatis et temeritatis incusat* (5). Ast perperam. Quandoquidem Apostolus docet: *Videmus Jesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum* (6). Unde si particula *propter*

(5) Lib. 2 Institut., cap. 17. Hic verba *propter quod et Deus exaltavit*, etc., quæ aperte meritum significant, explicat de ordine temporis; quasi dicas: *post quod*. Risum teneatis, amici?

(6) Ad Hebr. II, 9.

aliquam declaret causam, fatendum rationabiliter est, Christum ob suam passionem sibi promeruisse gloriam. Ipse Christus duobus discipulis euntibus in Emmaus dicebat: *Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam* (1)? Animadvertendum tamen est, Christum, licet nec gratiam nec scientiam nec beatitudinem animæ nec divinitatem promeruerit, uti docet Aquinas; aliter enim, cum meritum non sit nisi ejus quod nondum habetur, opus esset ut Christus eis aliquando caruisset, quod ipsius dignitati penitus officit; nihilominus gloriam corporis et alia id genus meruit, quum his omnibus, quin ejus dignitas paulo minueretur, aliquando carere potuerit (2).

Hiscæ porro rite compositis, ad rem nostram revertamur. Si ob dolores atque mortem Christus suam promeruerit Ascensionem, Maria ob eandem mortem, ut ita dicam, eosdemque dolores suam non obtinuit Assumptionem? Mortem B. Deipara in passionis hebdomada pertulit cum Christo. Hic enim mori corpore potuit, illa commori corde non potuit?

3. Nec satis. Apostolus ait: *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* (3). Beatissima Virgo præcipuum erat corporis Christi mystici, videlicet Ecclesiæ, membrum; erat enim veluti collum omnium membrorum capite conjunctissimum; igitur præ cæteris capiti suo Christo compatiabatur. Sicut figuræ et characteres sigilli transfunduntur in ceram; ita Christi vulnera et cruciatus in Virginis Mariæ cor impi-

(1) Luc. xxiv, 26.

(2) 3 part., q. 19, art. 3.

mebantur. Nec vulnerum plagam recipiebat Christi corpus, quarum echo per compassionem non corresponderet in corde Matris. Voluit Deus ut Maria omnium sanctorum virtutes haberet et excederet; voluit etiam ut omnium martyrum pœnas ferret et superaret. Maria plus cæteris creaturis Filium suum dilexit, plus etiam cæteris in ejus passione condoluit: amor quippe mensura doloris est; quem enim magis diligimus, gravius de ejus malo dolemus. Ex quo sequitur, quod sicut Maria Filium suum magis quam seipsam amabat, magis etiam in tormentis Filii torquebatur, perinde ac si ipsamet pateretur.

Verum, si B. Virgo cunctis ante ac retro martyribus in dolore præcelluerit, cunctis martyribus in gloria præcelluisse congruebat; ideoque quum illi passionem Christi partim imitati sint, cum anima tantum cælesti gloria gaudent; beatissima Virgo cujus passio passioni Christi cohæsit ad unguem, in anima et corpore cælesti gloria gauderet oportuit. — Ulterius: Virgo Deiparens una cum Christo passa mirabiliter est quasique mortua, uti paulo ante meminimus. Et hæc est ratio quare ab his duobus tamquam parentibus et ducibus totum in cruce martyrium sumpserit exordium. Christi sanguis fuit semen martyrum qui in carne patiebantur; Virginis lacrymæ semen martyrum qui in corde dolebant. Porro ratio capitis rationem continet perfectionis tum in ordine ad stadium in quo cucurrit, tum in ordine ad bravium quod accepit. Stadium Virginis perfectum omnino fuit,

(3) I. ad Cor. xii, 26.

cum in anima voluerit Dominicæ crucis subire tormentum: igitur et braviū, gloria videlicet animæ et corporis. Si stadium Virginis prope fuerit stadium Christi; ergo et braviū quod in gloria corpus et animam attingente consistit. Gloria proin Assumptionis decuit sane Virginem Deiparam, ut quæ Filiam imitata est patiens ac moriens, eundem imitaretur tertio die reviviscens.

4. Tempore præterea Dominicæ passionis, in nocte illius magnæ tribulationis omnes ipsique discipuli, deserto Magistro, aufugerunt. Virgo Deipara tantummodo *stabat*; et non fugiens, non timens, non erubescens Corredemptricis nobile præclarumque munus obibat. Quapropter in officio hebdomadæ sanctæ, reliquis candelabri triangularis candelis extinctis, una remanet accensa quæ, velut plerique divinant doctores, fidem Virginis perpetuo inconcussam præclare designat. Hinc si omnes, dempta Virgine, Christum sua in morte reliquerint, cum omnibus hanc Virginem Christus morti obnoxiam reliquisset in tumulto? Opetiit utique Virgo Deipara mortem; phœnicis tamen more reviviscere debuit. Ferunt, phœnicem in nidulo suo clausum flammam excitare, flammis exustum e cineribus suis nondum frigescentibus reviviscere. Quod innuit Job, cum ait: *Dicebam: in nidulo meo moriar, et sicut phœnix multiplicabo dies* (1). Sic Maria rara volucris in terra, in suo gravium dolorum nidulo clausa, ignibus divini amoris consumpta, non secus ac divinus ille phœnix Christus, iterum

(1) Job xxix, 18.

perpetua juventute revixit, et dies suos in æterna sæcula multiplicavit. — Intuere Christum Matrem suam dulcissimam, dum more phœnicis vel sui potius Filii moritura suaviter erat, ut tertio die revivisceret, his verbis ad cœlica regna vocantem:

*Surge, propera, amica mea, formosa mea, columba mea, et veni.* Surge, tu quæ olim mihi affectu commortua, quæ laborum curarumque socia faisti. *Propera*; nam tuos amplexus præ omnibus cupio: hærent mente brachia, quibus me de cruce depositum amplexata pie fuisti. *Propera* ad palmam quæ stadium decurristi, festina ad coronam quam laboribus ac doloribus promeruisti. *Jam hiems transit*, imber et procella tribulationum præterit, *flores apparuerunt in terra nostra*, hoc est in gloria mea: *flores* dico, immo sidera quæ tuum caput ornent atque venustent, pulcrioremque tibi corollam imponent. *Tempus putationis advenit*, quo fructum consolationis demetas atque decerpas. Fui tibi hactenus fasciculus myrrhæ inter ubera tua jugiter observans; jam tibi ero botryon cypri mentem tuam inebrians, ardoremque tui desiderii penitus extinguens. Veni columba, veni phœnix, veni cum anima et corpore, ut cum anima et corpore queas cœlesti beatitudine satiari.

## Caput II.

Crux Christi et Assumptio.

1. Trifariam distinguitur cultus, latriæ nempe, duliæ et hyperduliæ. Deum colimus cultu latriæ, quia apprehendimus illum ut summam veri-

tatem, ut summum dominum, ut summam bonitatem. Hinc ad colendum eum utimur actibus fidei, spei et charitatis. Per fidem protestamur eum esse summam veritatem, per spem esse potentissimum, per charitatem esse optimum. Sanctos colimus dulia, quia apprehendimus ut servos Dei, amicos nostros, patronos et intercessores apud Deum. Mariam vero colimus non ut cæteros sanctos, verum speciali quodammodo ratione, dulia videlicet excellenti quæ a theologis communiter hyperdulia vocatur.

Quidam putarunt, Deiparam Virginem propter contactum cum Christo coli debere cultu latriæ, quemadmodum propter eundem contactum vestes adorantur et crux ex qua ille pependit. Hac tamen de re breviter infra. Ego tantum ingenue fateor, majorem fuisse contactum Virginis Matris ad Christum, quam crucem, atque proin honorabiliorem quam crucem: 1° In cruce Christus stetit suffixus tribus aut quatuor horis; in Mariæ autem utero novem mensibus habitavit; 2° Maria eum genuit infantem, per biennium aut triennium portavit in ulnis, in pueritia et adolescentia lavit, vestivit, aluit: quid vero crux? consumpsit; 3° Crux illa hac solum ratione venerabilis est, eo quod Redemptoris tincta sanguine fuerit: ut Maria Christo totum quo crucem tinxit, sanguinem dedit. *Beatius autem est dare quam accipere*; 4° Crux illa fuit Christo molestissima: sed Maria Virgo semper jucunda semperque benefica; 5° Crux Christum tulit nullo sui dolore, sed summo illius qui fereba-

tur: at Christum Maria gestavit brachiis parvulum multo suo labore, maxime cum in Ægyptum fugeret, et nullo, quoad fieri potuit, labore aut dolore illius qui gestabatur; 6° Crux si aliquando Christo serviverit, servivit serviliter, ut sic dicam, minimeque libere ut instrumentum inanime: Maria vero quodcumque servivit Christo, liberalissime ac summa animi libertate servivit. — Nulla tamen ratione posse coli cultu latriæ B. V. Mariam, constans teneo a divo Thoma edoctus (1). B. namque Virgo, cum sit creatura rationalis, cultus ac venerationis capax est; ac proinde si latria coleretur, periculum esset, ne honor Deo debitus ei deferretur; quod periculum in cruce nullum. Crux enim cum res inanimata sit, nullius venerationis capax est, sed honor propter solam habitudinem extrinsecam contactus exhibetur ei: unde nec in eo sistit, sed totus ad Crucifixum refertur. Quare perfectior est cultus hyperduliæ qui exhibetur Mariæ propter intrinsecam et propriam excellentiam, quam cultus latriæ qui exhibetur cruci propter extrinsecam et alienam sanctitatem.

Hiscæ præstitutis, fieri nullimode potuit, ut crux in qua Christus diris clavis fuit acerbe suffixus, passus est, atque plenus dolorum pependit occisus, aureis argenteisque thecis ac benegemmatissimè gloriose concludatur, altaribus constituatur, et ab omnibus maximo cum honore colatur; dum corpus Virginis quod ipsum Dei Filium adeo suæ puritatis candore pellexit, ut eum ad seipsam traxerit, concepe-

(1) 3 part., q. 25, art. 5.

rit, genuerit, et in toto suæ vitæ curriculo sibi tenuerit conjunctissimum, tot abhinc sæculis in pulvere jaceret, in visceribus terræ putresceret, et a nemine corpus suum micantissimum sineret Deus agnoscere.

2. Helenæ Constantini parenti devotio suasit, ut Dominicam vivificamque crucem reperiret, et divinitus patrato miraculo, eam reperire gaudio magno contigit. Sanctus Ambrosius, in *Orat. de obitu Theodosii*, fidem pietatemque sapientis Helenæ commendat, quæ crucem in capite regum locavit, ut crux Christi in regibus adoretur. Item Marcianus et Pulcheria imperantes toti sunt in corpore Virginis inveniendæ, et nullatenus invenerunt. Eorumdem principum rogatu, Juvenalis patriarcha Jerosolymæ rescribendum censuit, iis sanctis in locis Deiparæ corpus haud reperiri posse contumeliatum, eisque sepulcri traditionem exposuit, quod post tres dies invenerunt Apostoli vacuum. Porro Deus suæ passionis instrumentum quam sui cordis suave delitium, id quod mortem ei contulit quam id quod vitam ei præbuit, crucem quam Matrem honore prosequi mallet? Id non licet ne leviter quidem opinari: alioquin in magnam contra Christum temeritatem laberemur.

3. Sed reliquæ crucis reliquias sanctorum jungamus. B. Virgini cultus exhibetur hyperdulæ, quia contuemur in ea celsissimam ac suo modo infinitam Matris Dei dignitatem. Cui enim angelorum Deus aliquando dixit: Mater mea es tu? quod non angeli, neque archangeli, non cherubim aut seraphim sibi sumere unquam po-

terunt, ut divinam personam filii loco habeant, suumque filium proprie dicant, id Maria singulari quodammodo jure facere potuit. Quo certe tantum præstat angelis Maria, quantum mater regis ministris. Talem igitur intuemur, talem agnoscimus, talem et colimus soli Deo inferiorem, cunctis sanctis superiorem; mediam Deum inter et sanctos fatemur; ideo medium cultum latræ inter et duliam, cultum scilicet hyperdulæ, tribuimus ei. Hyperdulia siquidem eminentior et excellentior dulia vocatur. — Cultus hyperdulæ B. quoque Virgini tribuitur, eo quod intuemur in ea excellentissimum dominium ac regale sceptrum, quo principatur et dominatur non solum super totam terræ faciem, sed et super universam cælestem curiam. Ipsa quandoquidem est regina cæli, terræ ac maris: ipsa angelorum hominumque domina: ipsa solem illuminat, orbem exhilarat, tartarumque calcit virgineo pede: illi respondent sidera, serviunt elementa, tellus ancillatur. Nil supra eam nisi Deus; totum infra eam, quicquid non Deus est.

Assumptionis igitur veritate non admissa, hæc incohærentia fieret, ut Deus nempe sineret, corpora sanctorum quæ minori veneratione coluntur, ab hominibus agnoscere, quasque inter aurum et topazion reviviscere; dum corpus Deiparæ quod majori veneramur cultu, nec ab hominibus permittit agnoscere, nec uspiam gemmeo quodam nitore circumdari.

4. Quanto tamen in honore ab ipsius rei christianæ primordiis reliquæ sanctorum habitæ sint, videamus:

nam exinde concludi magis magisque poterit Assumptio Virginis. Et primum agnoscimus christianorum sollicitudinem in reliquiis sanctorum colligendis, cujus testis est epistola ecclesiæ Smyrnenis, quæ refert, christianos omnes sollicitos fuisse in colligendis S. Polycarpi reliquiis, ut communicarent sancto cadaveri, hoc est, ut eas cultu religioso prosequerentur. Id ipsum legimus in actis S. Ignatii M., in quibus ejusdem reliquæ, ingenti cura nec sine vitæ discrimine a christianis collectæ, vocantur *thesaurus inæstimabilis ecclesiæ relictus*; ut plurima alia ejus generis omittam. Testes insuper receptæ sollicitudinis sunt ipsi christianæ fidei hostes, qui fassi sunt vereri se, ne christiani, relicto Christo, Polycarpum deinceps adorare inciperent (1); hinc martyrum cadavera, ne a christianis colerentur, gladiatorum corporibus commiscebant, in amphitheatris feris, in aquis piscibus, ut vorarentur, exponebant. — Agnoscimus secundo monumenta erecta super reliquiis sanctorum, cujusmodi erant cubacula, martyria, memoriæ, altaria, de quibus late scribit Baronius (2). Inter hæc autem monumenta præcipuam venerationem ac celebritatem semper obtinuerunt, quæ Romæ erecta sunt in honorem BB. Petri et Pauli super eorum cineribus. Hæc porro a christianis jam tempore S. Zephyrini ostendebantur ad confundendos hæreticos, ut testatur Eusebius (3). Ossa divi

(1) Cfr. epist. cit. eccles. Smyrn. apud Euseb. Hist. eccles. lib. iv, cap. 15.

(2) Ad annum 226 a n. 7 ad 12.

(3) Hist. eccles. lib. ii, cap. 25.

(4) *Roma sotterranea*, lib. i, cap. 20, et lib. iii.

Polycarpi *gemmis pretiosissimis cariora* (ut legitur in cit. epistola ecclesiæ Smyrnenis) *et quovis auro pretiosiora sepulta sunt, ubi decebat*. Quo in loco convenientibus christianis, ejus martyrii diem celebrabant. — Agnoscimus tertio studium christianorum atque universæ ecclesiæ in discernendis martyrum cineribus a reliquorum fidelium exuviis. Ut enim distinguerentur martyrum corpora, solebant apponere super eorum sepulcris palmæ effigiem, interdum vero piscis aut columbæ, una cum vasis vitreis seu ampullis sanguine plenis, ut apud Bosium (4), Aringhium (5) videre est, atque Boldettum, qui insuper eadem signa velut specificas martyrii notas adstruit contra Mabillonium et Papebrochium (6). His sæpe adiciebant inscriptiones ac monogrammata, de quibus pariter data opera scripsit citatus Boldetti. — Demum agnoscimus obsequia, quibus primi christiani sanctorum reliquias prosequerentur. Hæc autem erant sacrificia quæ in ipsorummet honorem Deo offerebantur super eorum sepulcris, ut ostendit laudatus auctor (7). Hujus consuetudinis et actus summæ venerationis erga martyrum reliquias recenseri debet osculum, quod imprimebatur martyrum ossibus, quodque celebre evasit ex historia donatistarum. Nam ob indiscretam Lucillæ factiosæ feminae devotionem, quæ os cujusdam martyris non vindicati ante sacram synaxim deosculabatur, originem ha-

(5) *Roma sotterranea novissima* tom. ii, lib. iv, cap. 48.

(6) *Osservazioni sopra i cimieri de' santi martiri*, lib. i, cap. 38 et seqq., præsertim vero, c. 45.

(7) *Ibid.* cap. 10.

buit dirissimum illud schisma, quod per tria integra sæcula ecclesiam Africanam afflixit (1); idem dicatur de osculo quod imprimebatur martyrum vinculis (2). Hoc autem osculum, ipso Beausobrio fatente (3), nisi ratio habeatur intentionis illud imprimentis, summus erat ex natura sua venerationis et adorationis gradus.

Post ea quæ nuper exposuimus monumenta traditionis, quid concludere fas modo sit, humile petimus ab eo quo polles, intellectus acumine, candidè lector. Si magna fuerit in colligendis martyrum exuviis sollicitudo fidelium, quanto magis in corpore Virginis reperiendo fuisset? Et tamen nulla vel prope nulla fuit. Quot honoribus quotve gloriis reliquæ sanctorum cumulatae sint, compertum omnibus est. Sola caro Virginis ullo sine cultu, ullo sine debito relinquere honorè? Non est igitur ambigendum, quin Deiparæ corpus, pretiosam hanc reliquiam, beata cherubim in æthereum templum gestaverint, et in pretiosissima theca, in throno mirum splendidissimæ lucis ad communem cælicolarum venerationem collocaverint.

### Caput III.

Resurrectio Christi et Assumptio.

1. Oculos nostræ mentis elevemus et sacratissimum Christi corpus, quod pridem lacerum, cruore perfusum, livoribus usquequaque turgidum, i-

(1) Optatus Milevit. Hist. Schism. Donat., l. 1.  
(2) Mamachus Orig. et Antiq. Christ. tom. 1, lib. 1, § 27; Ruinart. Præf. gener. in Acta martyrum singera, § 70.

gnominiose denudatum, et in cruce suspensum, in manibus, pedibus, latere vulneratum immaniter et occisum videbatur, nunc redivivum, immortale, gloriosum, clarius sole, rutilantius astris conspiciamus. Hic est vere noster Noe, humani generis servator qui divini erga nos amoris vino inebriatus e somno mortis evigilat, et nuditatem suam qua in cruce pependerit, immortalitatis gloria convestit. Hic est innocentissimus Joseph a fratribus venditus, calumniatus, incarceratus, qui de carcere mortis redivivus surrexit, et Dominus totius orbis effectus est. Hic est illa virga Aaron quæ aruerat iterumque re-floruit.

2. Id autem grande mysterium Resurrectionis Christi Resurrectionem quoque Virginis Mariæ summopere conquirat. *Uti radix, ita et rami*, ait Apostolus (4). Ramusculus ille millies benedictus qui de Maria prodiit, ex mortuis cum corpore resurrexit: radicem igitur ex mortuis cum corpore resurgentem pariter agnoscamus oportet. Baptista Fulgosius memorat, in Pannonia juxta Firmium urbem repertas fuisse vites, quarum pampini erant aurei. Causam tanti prodigii cum inquirerent, vitem in vena auri radicatam invenerunt. Pari modo cum videmus pampinum aureum, nempe Christum, post mortem auro immortalitatis nitentem; si causam hujusce rei conquiramus, inveniemus radicem, puta Matrem Mariam, quæ fructum

(3) Hist. de Maniché et du Manichéisme, tom. II, pag. 661.

(4) Ad Rom. II, 16.

vitæ generavit, purissimo immortalitatis auro coruscantem.

Quod est utique cum grano salis intelligendum: quatenus nempe Mater suo Filio immortalitatem non dederit; sed quatenus Matrem, per privilegium, eandem quam Filius habuit prærogativam habuisse congruebat.

3. Eadem veritas ex Missa Resurrectionis sat pulcre videtur innui: « Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. » In corde Sacri hæc memoranda verba leguntur. Si porro Christus primarius vitæ auctor est, Maria per participationem hunc titulum habuit cum Filio communem. Nam quod Christo, qua homo est, attribuitur, idem eidem Virgini optime tribui potest et debet. Et ideo si Christus vitam resurrectione præbuerit, Maria debuit et hac resurrectione decorari, quum ipsa mediante, nobis vita pariter transfusa sit.

Et optime sane Christus *vitam resurgendo reparavit*. Si enim non resurrexisset, nihil suus adventus, nihil passio, nihil miracula profuissent. Unde merito loquitur Psaltes: *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem* (1)? Et vere nulla fuisset. Tanta namque fuit passionis ejus ignominia, ut etiam ipsi qui ejus opera viderant et doctrinam audierant, vehementissime turbarentur, atque ita consternati animo defecerant, ut non putarent se illum videre, sed spiritum aut phantasma. Si itaque isti fluctuabant, quid putandum de illis, qui eum non viderant, non audierant, non noverant? Tolle Resurre-

(1) Ad Rom. xxix, 10.

ctionem Christi, et omnis fides nostra tepescit, omnis Dei gloria labitur, immo et spes tota christianorum evanescit; si namque Christus non resurrexerit, nemo unquam suam sperare posset resurrectionem, nemo in Christum inflammaretur amore. Hoc est quod Apostolus ait laconico sermone: *Si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides nostra* (2). Quam ob rem Christum ad rite officium Redemptoris obeundum, *vitam resurgendo reparavit*. Ast B. Virgo Corredemptrix nuncupatur et est. Igitur et ipsa ut Corredemptrix munere fungeretur, vitam debebat resurgendo reparare. Fuit utique Corredemptrix, cum Verbum æternum in suo ventre concepit. Fuit utique Corredemptrix, cum Redemptorem ipsum pro humana salute generavit. Fuit utique Corredemptrix, cum suis ipsa manibus pastoribus ac magis divinum obtulit Puerulum. Fuit utique Corredemptrix, cum incruentam mortem super Calvarii cacumina tulit. Si in omnibus porro mysteriis B. Virgo aut concipiens, aut pariens, aut mystice moriens seipsam Corredemptricem exhibuerit, in Christi tantummodo Resurrectione suum Corredemptrix officium desineret, nequaquam ex mortuis, suus prouti Filius, resurgens?

4. Divus Anselmus sic loquitur de Christo: « Tota vita sua Patrem oravit de resurrectione carnis suæ.... Obtulit preces ad eum, qui posset illum a morte salvum facere, id est resuscitare; ad eum quem scivit esse sufficientem, ut salvaret eum; id est

(2) I. ad Cor. xv, 14.



buit dirissimum illud schisma, quod per tria integra sæcula ecclesiam Africanam afflixit (1); idem dicatur de osculo quod imprimebatur martyrum vinculis (2). Hoc autem osculum, ipso Beausobrio fatente (3), nisi ratio habeatur intentionis illud imprimentis, summus erat ex natura sua venerationis et adorationis gradus.

Post ea quæ nuper exposuimus monumenta traditionis, quid concludere fas modo sit, humile petimus ab eo quo polles, intellectus acumine, candidè lector. Si magna fuerit in colligendis martyrum exuviis sollicitudo fidelium, quanto magis in corpore Virginis reperiendo fuisset? Et tamen nulla vel prope nulla fuit. Quot honoribus quotve gloriis reliquæ sanctorum cumulatae sint, compertum omnibus est. Sola caro Virginis ullo sine cultu, ullo sine debito relinquere honorè? Non est igitur ambigendum, quin Deiparæ corpus, pretiosam hanc reliquiam, beata cherubim in æthereum templum gestaverint, et in pretiosissima theca, in throno mirum splendidissimæ lucis ad communem cælicolarum venerationem collocaverint.

### Caput III.

Resurrectio Christi et Assumptio.

1. Oculos nostræ mentis elevemus et sacratissimum Christi corpus, quod pridem lacerum, cruore perfusum, livoribus usquequaque turgidum, i-

(1) Optatus Milevit. Hist. Schism. Donat., l. 1.  
(2) Mamachus Orig. et Antiq. Christ. tom. 1, lib. 1, § 27; Ruinart. Præf. gener. in Acta martyrum singera, § 70.

gnominiose denudatum, et in cruce suspensum, in manibus, pedibus, latere vulneratum immaniter et occisum videbatur, nunc redivivum, immortale, gloriosum, clarius sole, rutilantius astris conspiciamus. Hic est vere noster Noe, humani generis servator qui divini erga nos amoris vino inebriatus e somno mortis evigilat, et nuditatem suam qua in cruce pependerit, immortalitatis gloria convestit. Hic est innocentissimus Joseph a fratribus venditus, calumniatus, incarceratus, qui de carcere mortis redivivus surrexit, et Dominus totius orbis effectus est. Hic est illa virga Aaron quæ aruerat iterumque re-floruit.

2. Id autem grande mysterium Resurrectionis Christi Resurrectionem quoque Virginis Mariæ summopere conquirat. *Uti radix, ita et rami*, ait Apostolus (4). Ramusculus ille millies benedictus qui de Maria prodiit, ex mortuis cum corpore resurrexit: radicem igitur ex mortuis cum corpore resurgentem pariter agnoscamus oportet. Baptista Fulgosius memorat, in Pannonia juxta Firmium urbem repertas fuisse vites, quarum pampini erant aurei. Causam tanti prodigii cum inquirerent, vitem in vena auri radicatam invenerunt. Pari modo cum videmus pampinum aureum, nempe Christum, post mortem auro immortalitatis nitentem; si causam hujusce rei conquiramus, inveniemus radicem, puta Matrem Mariam, quæ fructum

(3) Hist. de Maniché et du Manichéisme, tom. II, pag. 661.

(4) Ad Rom. II, 16.

vitæ generavit, purissimo immortalitatis auro coruscantem.

Quod est utique cum grano salis intelligendum: quatenus nempe Mater suo Filio immortalitatem non dederit; sed quatenus Matrem, per privilegium, eandem quam Filius habuit prærogativam habuisse congruebat.

3. Eadem veritas ex Missa Resurrectionis sat pulcre videtur innui: « Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. » In corde Sacri hæc memoranda verba leguntur. Si porro Christus primarius vitæ auctor est, Maria per participationem hunc titulum habuit cum Filio communem. Nam quod Christo, qua homo est, attribuitur, idem eidem Virgini optime tribui potest et debet. Et ideo si Christus vitam resurrectione præbuerit, Maria debuit et hac resurrectione decorari, quum ipsa mediante, nobis vita pariter transfusa sit.

Et optime sane Christus *vitam resurgendo reparavit*. Si enim non surrexisset, nihil suus adventus, nihil passio, nihil miracula profuissent. Unde merito loquitur Psaltes: *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem* (1)? Et vere nulla fuisset. Tanta namque fuit passionis ejus ignominia, ut etiam ipsi qui ejus opera viderant et doctrinam audierant, vehementissime turbarentur, atque ita consternati animo defecerant, ut non putarent se illum videre, sed spiritum aut phantasma. Si itaque isti fluctuabant, quid putandum de illis, qui eum non viderant, non audierant, non noverant? Tolle Resurre-

(1) Ad Rom. xxix, 10.

ctionem Christi, et omnis fides nostra tepescit, omnis Dei gloria labitur, immo et spes tota christianorum evanescit; si namque Christus non resurrexerit, nemo unquam suam sperare posset resurrectionem, nemo in Christum inflammaretur amore. Hoc est quod Apostolus ait laconico sermone: *Si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides nostra* (2). Quam ob rem Christum ad rite officium Redemptoris obeundum, *vitam resurgendo reparavit*. Ast B. Virgo Corredemptrix nuncupatur et est. Igitur et ipsa ut Corredemptrix munere fungeretur, vitam debebat resurgendo reparare. Fuit utique Corredemptrix, cum Verbum æternum in suo ventre concepit. Fuit utique Corredemptrix, cum Redemptorem ipsum pro humana salute generavit. Fuit utique Corredemptrix, cum suis ipsa manibus pastoribus ac magis divinum obtulit Puerulum. Fuit utique Corredemptrix, cum incruentam mortem super Calvarii cacumina tulit. Si in omnibus porro mysteriis B. Virgo aut concipiens, aut pariens, aut mystice moriens seipsam Corredemptricem exhibuerit, in Christi tantummodo Resurrectione suum Corredemptrix officium desineret, nequaquam ex mortuis, suus prouti Filius, resurgens?

4. Divus Anselmus sic loquitur de Christo: « Tota vita sua Patrem oravit de resurrectione carnis suæ.... Obtulit preces ad eum, qui posset illum a morte salvum facere, id est resuscitare; ad eum quem scivit esse sufficientem, ut salvaret eum; id est

(2) I. ad Cor. xv, 14.

immortalem et impassibilem faceret, eripiendo a morte, ut nec anima remaneret in inferno, nec caro putresceret in sepulcro (1). » Ac si resurrectione Christus indiguerit, ut ad unguem Redemptoris munus obiret. Cum vero B. V. Deipara seu Corredemptrix nunquam vel aliquantisper a Redemptore deflexerit; igitur et in Resurrectione, ut et ipsa Corredemptricis officium expleret ad amissum. Christus resurrexit, eo quia in ejus oratione pro sui reverentia exauditus est a Patre; beata quoque Virgo fuit oratrix, et in oratione sua pro sui reverentia exaudita est a Filio.

5. Imo, quid eloquar? B. Virginis requirebatur Assumptio, ut Resurrectio Christi majori robore majorique polleret firmitate. Sicut enim ad virorum resurrectionem adstruendam Christus vir jam pridem resurrexerat; sic ad mulierum resurrectionem confirmandam, aliquam mulierem, saltem unam e multis resurgere mature post mortem congruum quoque fuit. At cui æquius hic primitiarum resurrectionis fœminæ honos deferri debuit quam Mariæ, quæ fuit prima fœminarum, utpote benedicta inter mulieres, Mater ejus Viri qui primus resurrexerat, qui resurrectionum omnium auctor et princeps est? Quemadmodum Apostolus Christum vocat *primitias dormientium*, hoc est primum virum resurgentium ad vitam immortalem, primum, inquam, ordine, dignitate, causalitate: sic Mariam optime vocamus *primitias dormientium*, id est primam mulierem resurgen-

(1) In Epist. ad Hebr., cap. 5 Commentaria.

tium ad vitam immortalem, sed ordine secundum Christum, non vero causa.

Subtilis Doctor Jo. Duns Scotus ita pro immaculato Conceptu scholastica forma ratiocinatur: « Perfectissimus mediator habet perfectissimum actum mediandi respectu alicujus personæ, pro qua mediat; sed Christus est perfectissimus mediator; igitur Christus habuit perfectissimum gradum mediandi possibilem respectu alicujus creaturæ sive personæ, respectu cujus erat mediator; sed respectu nullius personæ habuit excellentiorem gradum, quam respectu Mariæ: igitur, etc. Sed hoc non esset, nisi meruisset eam præservari a peccato originali. Quod probo tripliciter. Primum per comparisonem ad Deum, cui reconciliat. Secundo per comparisonem ad malum, a quo liberat. Tertio per comparisonem ad obligationem personæ, quam reconciliat, etc. (2). » Ut suum igitur Redemptionis negotium Christus Jesus — juxta mentem Scoti — sublimi perfectione completeret, Virginem Deiparentem ab animi morte præservavit. Secunda tamen mors (mors corporis) est primæ mortis imago, et tum in prima animæ, tum in secunda corporis resurrectione mirum in modum Dominicæ Redemptionis œconomia refulget, adeo, ut Apostolus in hanc præcisam, vel si lubet, scholasticam loquendi formam erumpat: « Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo, perie-

(2) Quæst. in lib. III Sententiarum, Dist. III, quæst. 1.

runt (1). » Hinc quemadmodum Christus, ut perfectissimam præferret Redemptionem, Mariam V. præservavit, ne primam laberetur in mortem; ita, ut perfectissimam Redemptionem expleret, V. Mariam præservavit, ne secunda remaneret in morte. Divinus igitur Samson post passionis suæ fel Matri dulcissimæ resurrectionis mella porrexit, ut non solum melibus eisdem in die universalis judicii mererentur vel ipsi degustare posse fideles, verum etiam ut suam divinam Redemptor missionem magis magisque Corredemptricis resurrectione roboraret. Christus honoris sui zelotes (2), ut ejus copiosa perficiatur Redemptio, *resurgens ex mortuis jam non moritur*; ita propter materni honoris zelotypiam, suamque magis atque magis Redemptionem perficiendam facere compellitur, ut B. Virgo resurgens ex mortuis, jam non moreretur.

Qualis inter utrumque mysterium harmonia!! Recens hymnographus Nicolaus Malaxus sæc. XVI Venetiis in quibusdam editis liturgicis libris nova sua quædam inseruit cantica. In primis autem animadvertendum est, quod Malaxus in hisce canticis ea fere ratione celebrat Resurrectionem et Assumptionem Virginis, qua græca Ecclesia exaltare solet Resurrectionem D. N. J. C. in Sabbato Magno et in Paschate: quin imo pulcherrima illa cantica pariter ac celeberrima a præcipuis græcis hymnographis modulata, quæque in prædictis diebus publice solemniterque modulantur, ita mutavit, et Deiparæ festo propemodum

(1) I. ad Cor. xv, 17 seqq.

aptavit Malaxus, ut iisdem prope verbis atque sententiis constent. Testimonia brevitatis ergo præterimus.

#### Caput IV.

Ascensio Christi et Assumptio.

1. Omnes fere christicolæ, ut in 1<sup>a</sup> et 2<sup>a</sup> parte retulimus, manum quasi porrigunt, ut Virginem Mariam cum anima et corpore ad cælum evehant. Omnia ferme mysteria, de quibus in hac 3<sup>a</sup> parte sermonem habemus, Marianam pariter Assumptionem nitida luce declarare conspiciuntur; mirum tamen in modum Ascensio Christi. Christus enim, morte perpassa, peracto nostræ salutis opere, devictis tenebrarum hostibus, cælo ridente ac tota jubilante natura, corpore micans gloriosus æthera scandit, ut opus humanæ Redemptionis perficeret, et usque ad futurum sæculum duratura maneret. Ex eo proinde tempore totus ad misericordiam comparatus apud Patrem, exhibitis ei manuum, pedum ac lateris divini plagis, quas in eum finem in glorioso corpore reservavit, tamquam humani generis advocatus omnem hominem venientem in hunc mundum occœpit suis defendere precibus.

Porro B. Virginem quam Deus a Filio suo nunquam in toto Redemptionis opere dissociat, in Redemptionis complemento dissociaret? dissociaret utique, nisi eam cum corpore pariter ad cælestem evexisset beatitatem. Quandoquidem cum Divino Verbo carnem suam præbuerit, in sua specialius carne Corredemptrix

(2) Exod. xx, 5.

vocari quodammodo potest. Quantum igitur Deiparam Mariam in cælum cum anima et corpore ascendisse decuerit, planum fit. Quam sublimis refulget et simplex humanæ salutis œconomia!! Eam gerit Pater in quo pura et invisibilis Deitas invenitur: eam gerit Filius in quo Deitas et Humanitas invenitur; eam gerit Mater in qua tantum humanitas invenitur. Mater est limen, Filius est via, Pater est fons et origo, ex qua nostræ salutis aqua viva salubriter erumpit. Supremam majestatem Patris veremur? accedamus cum fiducia ad suum Filium qui pro nobis misericordia flectitur. Ipsum Filium Deum et Hominem simul te vereri fortasse contingit? fiducialius ad Matrem accedamus, quæ Dei simul hominumque Mater est: ut Mater Dei potest, ut Mater hominum discipit nostram operari salutem. Filio suo Mater ubera pandit quæ illum virgineo lacte nutriverint, et Filius ad suam precem excipiendam compellitur. Patri suo Filius vulnera promittit, et quoniam Filius pro sui reverentia exauditur, nostram Pater salutem perficit. Ut id cæleste systema compleretur, opus omnino fuit, ut Filius et Mater gloriosi petiissent cum anima et corpore cælum. Christus ut Redemptionis munus in cælis obiret, et perficeret, cum corpore sublimia cæli penetravit; unde Christus ipse dixit: *Corpus perfecisti mihi*, et Chrysostomus ex græco legit: *Corpus perfectum et immortale reddidisti*: Eadem causa eandem corporis perfectionem debuit habere Redemptrix.

2. Tam simplex igitur tamque sub-

lime systema quo Pater, Mater et Filius humanam in cælis Redemptionem operari non desinunt, Virginis Assumptionem nedum in anima, verum et corpore petit. Filius ergo Matrem, flos virgam, germen radicem, Ascensio conquirat Assumptionem. Ea Virginea caro est velut iris, mille trahens varios adverso justitiæ sole colores: quam carnem Deus in cælum assumpsit, et posuit in nubibus tamquam signum in initio fœderis inter eum et homines. Iris versicolor recreat, et imbrem copiosum in terram depluit. Ita Virgo nostra pusillanimes consolatur, mœstos recreat, et arida peccatorum corda copioso imbri gratiarum irrigat. Joannes hinc Geometra hymno 2<sup>o</sup> sic eam vocat:

Salve versicolor cælum, iridis instar  
amœnas  
Virtutum formas, florigerasque fe-  
rens.

Iris cingit et protegit nostrum hemisphærium: ita Deipara Virgo Ecclesiam militantem suis precibus cingit et protegit, ut ipsa S. Birgittæ narravit: *Ego sto super mundum continua oratione, sicut arcus Dei super nubem* (1). Dedit eam Deus tamquam signum clementiæ suæ, ut sub tanti signi præsidio fugerent homines a facie arcus. Imo Deus Deiparæ carnem assumpsit, ut eam tamquam mysticam iridem aspiciens, pœnas quibus peccatores disperdendi forent, misericorditer revocaret.

3. Ut ea quæ diximus, majori perspicuitate declarentur, dicere prope non dubitarim: quemadmodum ad-

(1) Lib. 3 Revelat., cap. 3.

ventus et mors Christi nequaquam pro sui operis consummatione sufficiebat, sua namque requirebatur Ascensio, ut Spiritum veritatis mitteret, et nobis in cælo pararet locum (1); sic Virginis influxus in Incarnatione et Redemptione non erat quoque sufficiens: postulabatur enim ab ea, ut ipsius Assumptione Christum sequeretur in Ascensione, ac opus humanæ salutis copulatum perficerent. Unde divus Bernardus inquit: *Maria, sicut et Christus, ascendens in altum, dedit dona hominibus* (2).

Id etiam perspicue declarat ratio, quare Christus post suam Ascensionem Matris Assumptionem protraxerit. Cupivisset quidem beata Virgo una cum Christo protinus in ætheream commigrare regionem; sed durum id fuisset primum nascentem Ecclesiam utroque simul orbari parente, Patre, nempe Christo, Matre, nempe Maria Virgine, quam Christus in cruce pendens toti Ecclesiæ matrem designarat, constituerat, declararat, cum Joanni in persona omnium fidelium sub cruce stanti dixerat: *Ecce Mater mea*. Quapropter si corporalis præsentia Virginis requirebatur in terra, ut infantem Ecclesiam suæ maternæ dulcedinis lacte nutriret; non etiam conquirebatur in cælo, ut Ecclesia matura ætate florescens cibo suæ protectionis aleretur? Non video convenientiorem modum ad divinam gratiam impetrandam, quam gradatim procedere a Maria ad Christum, a Christo ad Patrem. Maria ostendit Filio pectus et ubera, Christus ostendit Patri latus et vulnera. Heic nulla potest esse repulsa,

(1) Joan. xix, 2.

ubi occurrunt tot charitatis insignia. — Ex quibus plane colligitur, quantum Ascensio et Assumptio relationem obtineant. Iisdem canticis Ecclesia græca celebrat Assumptionem B. M. V., similique quodam modo atque Ascensionem D. N. J. C. in cælis. Hinc, exeunte sæc. xvi, Joannes Nathanaelis sacerdos græcus græcorum rituum collectionem Venetiis edidit, in qua pag. 181 hæc verba leguntur: « Decebat quidem ut oculati ministri Verbi aspicerent Matris Dei secundum carnem obdormitionem, utpote supremum quod in ea operatum est mysterium; ita ut non modo ascensionem Servatoris e terra conspicerent; sed et de translatione genitricis ejus testimonium perhiberent. » Et ita porro.

4. Alia tamen momenta suppetunt, ut aperire facile queamus, quantum Ascensio Christi et Assumptio Virginis copiosam sibimet ipsis mutuamque lucem afferant. Quemadmodum quippe lux plures habet radios; ita veritas, quædam prouti lux, plures habet probationes.

Sua Christus Ascensione viam nobis ad cælum ostendit. Strenuus dux in arduis ipse primus milites antecedit, viam ad ardua præmonstrat, vires addit et animum. Sicut Alexander magnus per Alpes ducens exercitum, et videns eum defatigatum, ipse descendit ex equo, primus nives et glacies fregit atque divisit: ita et Salvator noster, Antesignanus et Dux noster *ascendit pandens iter ante eos*. Christophorus a Castro ex hebræo legit: *Ascendit defractor aut perruptor ante eos*. Via cæli erat clausa, aditu diffi-

(2) Serm. super Missus est.

cilis et ardua, multis seris obstructa: Christus primus effractor tutum iter Ascensione præivit, stravit, viamque ad cælum eundi monstravit.

Christi tamen exemplum haudquam sufficiebat omnino: namque cum Homo et Deus eodem tempore sit, cælum propria virtute conscendit. Cujuspiam requirebatur exemplum, qui cum humana solummodo forma polleret, divino fretus auxilio cum anima et corpore cælica regna scandisset. Filii quapropter Ascensionem materna condecuit Assumptio. Cælum B. Virgo conscendit, in qua eminenti licet ratione sola reperitur humanitas, ut nemo desperet se posse Virginem sectari nedum in anima, verum et in corpore, si ad instar illius pro Christo compati velit; scriptum est enim: *Si compatimur, et conregnabimus.* Ascendebat Virgo *innixa super dilectum*, hoc est super Christum et merita ipsius. Equidem si gloriosa Virgo super Christum innixa non fuisset, in cælum conscendere non potuisset. Christus enim ait: *Ego sum via.* Hac igitur via sublata, in cælum quoque aufertur ascensus. Avis duabus eget alis ad volandum; si unam solam habeat, altera carens volare non poterit. Ad eandem ferme rationem homo, ut in cælum ascendat, duobus adminiculis eget, Christi meritis et bonis operibus: qui merita tantum Christi ad cæleste regnum consequendum satis sibi esse putant, una quasi ala volare contendunt, sed frustra. Hæc est novatorum hæresis, præeunte Luthero. Tuis meritis adde merita Christi: dextera ala Christi merita sint; sinistra ala bona opera tua: in

cælum volabis et ascendes, sicut ascendit Maria. En qualiter Virgo Deipara, nihil Deitatis habens, Ascensionem Christi mirabiliter illustrat.

5. Hoc denique caput brevi alia ratione claudimus. Concludendissima liquet. Corporeos namque socios corporalis beatitudo requirit, adeo, ut Ascensio Christi cum anima et corpore Assumptionem Virginis cum anima et corpore petierit. Minus enim bonum videtur corporalis felicitas habere, si forte desit corporalis societas; homo quippe secundum vitam corpoream est *animal rationale politicum*, ut ait Aquinas, nempe sociale, non tantum propter indigentiam necessariorum ad vitam, ut in hoc mundo contingit, sed etiam propter naturalem delectationem in ipsa corporali conversatione consistentem. Immo quidlibet, sive corporeum sit, sive non, postulat omnino socium, ut valeat sua gaudere voluntas. Hinc probe Seneca: *Nullius boni, ait, sine socio jucunda est possessio.* Et hæc est ratio quare Deus, naturam habens numerice unam, trinam hypostasin habeat: secus enim, quum Pater absque Filio sit et Spiritu sancto, nec lætus esset, nec proinde Deus. Ex quibus plane colligitur, corpoream Christi præsentiam in cælis corpoream Virginis præsentiam conquirere, ut ista cum illa jucundam habeat societatem. Quaqua versus igitur Mariana spectetur Assumptio, fatendum nobis est, immo nec leviter ambigimus, quin Deus Virginem Mariam conresuscitaverit, et consedere fecerit in cælestibus cum Christo, in cujus Domini manibus ad interpellandum pro nobis oculi An-

*cillæ suæ* ponuntur, suavique dulcore quiescunt in perpetuas æternitates.

#### ARTICULUS IV.

##### Caput I.

Virginis Puritas et Assumptio.

1. Summus ille totius universi artifex, cum in seipso undequaque pulcherrimus ac purissimus sit, ab omni corruptione et peccati contagione procul esse cupit et vult. Ille cum judæis habitare in solitudine cupiens, quale tabernaculum, quanto elaboratum artificio, quam pretiosis rebus ornatum habere voluit, sacer textus memorat: « Arcam, inquit, de lignis setim compingite. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris; faciesque supra coronam auream per circuitum, et quatuor circulos aureos. Facies quoque vectes de lignis setim et operies eos auro. Facies et propitiatorium de auro mundissimo. Duos quoque cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi. Facies et mensam de lignis setim, et inaurabis eam auro purissimo, faciesque illi labium aureum per circuitum. Quatuor quoque circulos aureos præparabis. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de ligno setim et circumdabis auro. Parabis et acetabula, ac phialas, thuribula, et cyathos ex auro purissimo. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus, et calamos, scyphos, et sphæculas, ac

(1) De Concept. Virg., cap. 18.

lilia ex ipsò procedentia. » Dies me deficeret recensendo ornatus illius Sanctuarii, in quo habitare Deus cupiebat; hæc summatim et punctatim retuli, quæ sacra historia a cap. 25 Exodi usque ad 39 ejusdem fuisse recenset. Tu lege, si lubet, candide lector.

Quid vero existimandum est de B. Virgine quæ fuit animatum quoddam cælum, imo cælis dignior et amplior, quæ continere in suo gremio potuit, quem capere totus orbis non poterat, arca vitæ, sanctuarium Divinitatis, propitiatorium mundi, templum gloriæ Dei? Quid, inquam, de illa existimandum est? quonam splendore, qua gloria, quo charismatum genere, qua gratiarum multitudine, qua demum nitere debuit puritate? *Decebat*, inquit sanctus Anselmus, *ut B. Virgo ea puritate niteret, qua sub Deo nequit major intelligi* (1). Carnis quoque labes eam non infecit; nam Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo post partum. Ceteræ matres impuræ in anima, impuræ in carne. In anima, quia peccatrices ipsæ peccatores gignunt. Hinc psaltes: *Ecce enim, ait, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* (2). In carne pariter impuræ, quia cum immunditia, foetore, sordibus, secundinarum illuvie pariunt. Ast B. V. Maria pura in anima, pura in carne, quod pluribus demonstrare animus est. In anima puram esse, cunctis hominibus perspicua res est. Quod vero pura sit in carne, non obscurum habemus in Evangelio testimonium, referente Luca: *Peperit*

(2) 1. 6.

cilis et ardua, multis seris obstructa: Christus primus effractor tutum iter Ascensione præivit, stravit, viamque ad cælum eundi monstravit.

Christi tamen exemplum haudquam sufficiebat omnino: namque cum Homo et Deus eodem tempore sit, cælum propria virtute conscendit. Cujuspiam requirebatur exemplum, qui cum humana solummodo forma polleret, divino fretus auxilio cum anima et corpore cælica regna scandisset. Filii quapropter Ascensionem materna condecuit Assumptio. Cælum B. Virgo conscendit, in qua eminenti licet ratione sola reperitur humanitas, ut nemo desperet se posse Virginem sectari nedum in anima, verum et in corpore, si ad instar illius pro Christo compati velit; scriptum est enim: *Si compatimur, et conregnabimus.* Ascendebat Virgo *innixa super dilectum*, hoc est super Christum et merita ipsius. Equidem si gloriosa Virgo super Christum innixa non fuisset, in cælum conscendere non potuisset. Christus enim ait: *Ego sum via.* Hac igitur via sublata, in cælum quoque aufertur ascensus. Avis duabus eget alis ad volandum; si unam solam habeat, altera carens volare non poterit. Ad eandem ferme rationem homo, ut in cælum ascendat, duobus adminiculis eget, Christi meritis et bonis operibus: qui merita tantum Christi ad cæleste regnum consequendum satis sibi esse putant, una quasi ala volare contendunt, sed frustra. Hæc est novatorum hæresis, præeunte Luthero. Tuis meritis adde merita Christi: dextera ala Christi merita sint; sinistra ala bona opera tua: in

cælum volabis et ascendes, sicut ascendit Maria. En qualiter Virgo Deipara, nihil Deitatis habens, Ascensionem Christi mirabiliter illustrat.

5. Hoc denique caput brevi alia ratione claudimus. Concludendissima liquet. Corporeos namque socios corporalis beatitudo requirit, adeo, ut Ascensio Christi cum anima et corpore Assumptionem Virginis cum anima et corpore petierit. Minus enim bonum videtur corporalis felicitas habere, si forte desit corporalis societas; homo quippe secundum vitam corpoream est *animal rationale politicum*, ut ait Aquinas, nempe sociale, non tantum propter indigentiam necessariorum ad vitam, ut in hoc mundo contingit, sed etiam propter naturalem delectationem in ipsa corporali conversatione consistentem. Immo quidlibet, sive corporeum sit, sive non, postulat omnino socium, ut valeat sua gaudere voluntas. Hinc probe Seneca: *Nullius boni, ait, sine socio jucunda est possessio.* Et hæc est ratio quare Deus, naturam habens numerice unam, trinam hypostasin habeat: secus enim, quum Pater absque Filio sit et Spiritu sancto, nec lætus esset, nec proinde Deus. Ex quibus plane colligitur, corpoream Christi præsentiam in cælis corpoream Virginis præsentiam conquirere, ut ista cum illa jucundam habeat societatem. Quaque versus igitur Mariana spectetur Assumptio, fatendum nobis est, immo nec leviter ambigimus, quin Deus Virginem Mariam conresuscitaverit, et consedere fecerit in cælestibus cum Christo, in cujus Domini manibus ad interpellandum pro nobis oculi An-

*cillæ suæ* ponuntur, suavique dulcore quiescunt in perpetuas æternitates.

#### ARTICULUS IV.

##### Caput I.

Virginis Puritas et Assumptio.

1. Summus ille totius universi artifex, cum in seipso undequaque pulcherrimus ac purissimus sit, ab omni corruptione et peccati contagione procul esse cupit et vult. Ille cum judæis habitare in solitudine cupiens, quale tabernaculum, quanto elaboratum artificio, quam pretiosis rebus ornatum habere voluit, sacer textus memorat: « Arcam, inquit, de lignis setim compingite. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris; faciesque supra coronam auream per circuitum, et quatuor circulos aureos. Facies quoque vectes de lignis setim et operies eos auro. Facies et propitiatorium de auro mundissimo. Duos quoque cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi. Facies et mensam de lignis setim, et inaurabis eam auro purissimo, faciesque illi labium aureum per circuitum. Quatuor quoque circulos aureos præparabis. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de ligno setim et circumdabis auro. Parabis et acetabula, ac phialas, thuribula, et cyathos ex auro purissimo. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus, et calamos, scyphos, et sphæculas, ac

(1) De Concept. Virg., cap. 18.

lilia ex ipsò procedentia. » Dies me deficeret recensendo ornatus illius Sanctuarii, in quo habitare Deus cupiebat; hæc summatim et punctatim retuli, quæ sacra historia a cap. 25 Exodi usque ad 39 ejusdem fuse recenset. Tu lege, si lubet, candide lector.

Quid vero existimandum est de B. Virgine quæ fuit animatum quoddam cælum, imo cælis dignior et amplior, quæ continere in suo gremio potuit, quem capere totus orbis non poterat, arca vitæ, sanctuarium Divinitatis, propitiatorium mundi, templum gloriæ Dei? Quid, inquam, de illa existimandum est? quonam splendore, qua gloria, quo charismatum genere, qua gratiarum multitudine, qua demum nitere debuit puritate? *Decebat*, inquit sanctus Anselmus, *ut B. Virgo ea puritate niteret, qua sub Deo nequit major intelligi* (1). Carnis quoque labes eam non infecit; nam Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo post partum. Ceteræ matres impuræ in anima, impuræ in carne. In anima, quia peccatrices ipsæ peccatores gignunt. Hinc psaltes: *Ecce enim, ait, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* (2). In carne pariter impuræ, quia cum immunditia, foetore, sordibus, secundinarum illuvie pariunt. Ast B. V. Maria pura in anima, pura in carne, quod pluribus demonstrare animus est. In anima puram esse, cunctis hominibus perspicua res est. Quod vero pura sit in carne, non obscurum habemus in Evangelio testimonium, referente Luca: *Peperit*

(2) 1, 6.

filium suum primogenitum, et panis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio (1). Quibus verbis insinuat, nullam aliam actionem, mundationemve quampiam in eo intercessisse negotio, aut fuisse necessariam. Div. quoque Thomas (2) in eandem sententiam inclinat. Negat enim, et merito, cum div. Hieronymo (3), in partu Virginis interfuisse ministerium obstetricis, aut mulierum sedulitatem, quæ non parum fuisset necessaria, si B. Virgo sordibus puerperii fuisset obnoxia. Quare credendum est, B. V. Mariam Salvatorem mundi peperisse sine ulla immunditia et sordibus, ut nasci ceteri solent; sed mundissimum, quavis ex parte nitidum, solisque jubare micantiorem. Unde S. Vincentius Ord. Præd. Christi nascentis corpus resplenduisse tradit: *Quando Christus natus est, inquit, corpus ejus resplenduit, ut sol quando oritur, et nox facta est sicut meridiem, et ita claruit* (4).

Quæ adhuc de Virginis puritate delibavimus, ad hanc conclusionem nos ire compellunt. Deiparæ corpus tantæ puritatis lumine micuit, ut illud continere impura terra nequiverit; tam purum sane corpus ad se magno amore magnaque vi trahebat divinæ puritatis centrum. In hanc sententiam concedit Psalmographus, cum inquit: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* (5). Qua David sanctitate loquitur? non utique sanctitate animi; omnes alioquin beati, quum animi sanctitate polleant, nul-

(1) Cap. II, 7.

(2) 3 part., q. 35, art. 6 ad 3.

lam modo corruptionem paterentur. Ergo præcipue loqui de corporis sanctitate debet; sed una post Christum Deiparæ ceteris hominibus sanctitate corporis instructa præcelluit: una proinde post Christum immaculata Deiparæ nullam in sua carne debuit videre corruptionem. In hac periocha fulget sua evidentia *minor*. Homo peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus: unde docet Augustinus, in quovis peccato reperiri conversionem ad commutabile bonum. Ibi autem debet homini medicinale remedium adhiberi, ubi patitur morbum. Hinc quemadmodum conveniens fuit, ut Deus per quædam corporalia signa, id est sacramenta, animæ spiritualem medicinam in quam transmutaretur, adhiberet; conveniens quoque fuit, ut corpori Deus per terram in quam reverteretur, tamquam spirituale quiddam suppeditaret medicamentum. Neque corpus omni macula caret: namque licet anima sine noxa creetur a Deo, infusa tamen corpori tabe concupiscentiæ protoparentis infecto, propter naturale corporis animique commercium, inficitur et ipsa. Cum autem beata Virgo nullam omnino contraxerit peccati labem præ ceteris hominibus, nullam quoque præ ceteris hominibus materialem licet corporis labeculam contrahere debuit. Quam ob rem Virgo Deipara tum in anima tum in corpore summa micantique puritate nitescens, præ omnibus filiis Adam non debuit in suo corpore videre corruptionem. Ob puritatem

(3) Lib. contra Elvidium.

(4) Serm. de Nativ. (5) Psalm. xv, 10.

animæ anima, ob puritatem corporis corpus Deiparæ Virginis, duabus protut aliis, copulatim ad cælum evolat.

2. Qua in re hoc quoque notandum est: sola post Christum Deipara tantam habuit gratiam, ut foedis nunquam affectibus, ac terrenis perturbationibus fuerit obnoxia. Quare merito vocatur purissima, utpote summum puritatis gradum obtinens per recessum ab omni impuritate. Illud autem est magis purum quod magis accedit ad maxime purum: eapropter argentum erit magis purum, quod magis accedit ad naturam auri. Hinc in elementis aqua purior est terra, quia est remotior ab impuritate terræ, et propinquior aeri qui est purior aqua. Aer autem purior est aqua, quia adhuc remotior est ab impuritate terræ, et propinquior igni, qui est purior aqua et aere, et sic ascendendo usque ad cælum empyreum quod sedes beatorum est. Hoc idem contuemur in animatis: sensitivum magis est purum quam vegetativum, intellectivum magis adhuc, natura angelica pariter magis, quia magis recedit ab impuritate corporis et magis accedit ad id quod est summe simplex, summe purum, puta Deum. Deiparæ vero corpus quum summum puritatis gradum attingat, ad summum puritatis centrum debet accedere, et a summa impuritate terræ recedere, sicut argentum quod est purum magis accedit ad aurum quod est purissimum, et magis recedit a vilitatibus et impuritatibus, puta ferri, plumbi, stanni. Nec ista ratio flocci putetur; ordo namque gratiæ et glo-

(1) Cap. ix, 15.

riæ ordinem naturæ propemodum imitatur. Omnia proinde loco suo: nec pura cum impuris, nec cum puris impura locentur; ergo purum Deiparæ corpus minime cum impura terra cohabitaret, cum Deo tamen puritatis centro tamquam linea, puritatis fonte tamquam rivus, puritatis sole tamquam radius uniatur, consocietur, conquiescat.

3. Nec satis: sic nocet impuritas, ut fere dicamus: corruptionis carnis origo impuritas est. Quare Sapiens de quibusvis loquitur impuris heminibus: *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam* (1). Unde corpus duplicem quasi patitur corruptionem, alteram ante mortem et post mortem alteram, sic, ut prior evadat posterioris origo. In beata tamen Virgine locum non habet corruptio ante mortem, nam fuit a quavis integra labe peccati, nec igitur corruptio post mortem. Nunquam animus ejus hac in vita corporis pondere depressus ita fuit, ut paululum fatisceret ac distraeretur a fixa constantique rerum cælestium meditatione; ipsius namque corpori non fuit junctum aratrum vomerque concupiscentiæ qui animas nostras aggravat ac deprimit, nec non corpus foedat atque corrumpit: concupiscentia pessimam hanc naturam habet, ut omnia pessumdet in nobis, corrumpat, dissolvat, quemadmodum puritas animæ præbet, et ex anima transfundit in corpus aliquam stabilitatem, integritatem, vim unitivam et hominem cum Deo identificantem, *apud quem non est transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio* (2). Hoc

(2) Jac. vii, 1.

habuit Virgo Maria quæ in nullis terrenis versata est perturbationibus, sed cœlestibus educata cogitationibus (1).

4. Prosequitur hoc argumentum cl. Fr. Pedicini, archiepiscopus Ecclesiæ Baris (2). Liturgicus insuper conceptus ecclesiæ græcæ apprime congruit sententiæ nostræ, cum puritatem Virginis tamquam suæ ad cælum Assumptionis causam ponat. In Cæco III: *Qui semper virginalem sinum inhabitavit, jacentem Virginem secum eminus rapuit absque corruptione* (3). Alia præsto sunt monumenta liturgica. In cantico quodam comunissimo, nempe *Contacio*, hæc verba leguntur: « Nisi admittamus et anima et corpore vivere matrem vitæ, minime in ea naturæ limites superatos esse dicemus, juxta ea quæ dicit magnus poeta Cosmas; quoniam cum peperisset, permansit Virgo, et moriens vixit vitam meliorem atque potiore. Ne ergo ambigas; quoniam vixit quoque in illa sua parte, in qua vere et mortua erat. » Similia quoque sunt quæ habet Malaxus in

(1) Damascenus Orat. de Virginis obdormit.

(2) « Non vi sia però chi tema che il dente voracissimo del tempo possa mai recare oltraggio al corpo intemerato di colei a cui fu data, come dice Isaia, la gloria del Libano da' suoi cedri incorruttibili. Poichè il Profeta de' Salmi avea già detto che il Signore non mai permetterebbe che vedesse corruzione il Santo suo: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*; e Iddio medesimo, ripigliava S. Bernardino da Siena, non permise che vedesse corruzione la Madre del Santo. E come mai potea essere a corruzione soggetto un corpo che era stato l'abitacolo della stessa santità? Imperocchè la santità dona all'anima, e dall'anima si trasfonde nel corpo una specie d'inalterazione, di stabilità, d'incorruttibilità; e se il peccato ha la rea natura di dissolvere, di corrompere in noi ogni

hymno suo ad diem xv augusti, Ode v: « Haud potis est ulla lingua dicere magnitudinem mysteriorum tuorum, o Sponsa Dei: quomodo paris et permanes virgo illibata, sic moriris et translata es ad vitam sempiternam. » Et ita porro.

Tantum igitur in B. Deipara nituit puritatis fulgor, ut nec terram decuerit eam suis continere visceribus, nec cælum potuerit tam magno carere thesauro, nec Deus Pater tam castam Filiam, nec Deus Filius tam puram Matrem, nec Deus Spiritus sanctus tam immaculatam Sponsam corruptioni ac vermibus subjacere maluerint.

## Caput II.

Virginis erga Deum Amor et Assumptio.

1. Magnus Augustinus, illa verba premens, *omnia disponit* (Deus) *in pondere et mensura*, ita pulcre divinatur. *Pondus* est impetus cujusque rei conantis ad locum suum ferri. Quapropter ignis suum habet pondus quod eum sursum subtiliter evehit;

« cosa; la santità per contrario ha una forza unitiva, identificante l'uomo con Dio, presso di cui non vi è trasmutazione, nè ombra, od avvicendamento di sorta: *Apud quem non est transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio* (Jac. VII, 1). Or se Maria fu piena di tanta grazia, fu ricolma di tanta santità, che la maggiore o l'eguale non si ebber gli Angeli; se fu Maria in ogni tempo, e tutta da Dio posseduta, chi potrà mai senza temerità indursi a credere che l'immacolato suo corpo fosse stato soggetto alla corruzione, che è della colpa il più funesto effetto? *Discorso sull'Assunzione*. In hoc allegando testimonio et argumento, magna voluptate capior... Non potest esse nisi ea quam præbet ineffabiliter veritatis occursum.

(3) Ex cantico quod appellatur Cathisma.

quemadmodum lapis suum habet pondus quod eum deorsum graviter attrahit. Mei animi pondus, dicere doctor afer pergit, est meus amor qui ad Creatorem meum fertur. Quin imo adjungas humiliter, velim: nendum quælibet res suum habet pondus quod eam ad centrum vehit, adeo ut ipsa, cum extra centrum invenitur, naturali appetitu ex vi suæ naturalis formæ quærat centrum, et cum in eo reperitur, in eo quiescat; verum etiam omne centrum suas habet blanditias quæ ad ipsum suaviter alliciunt et quodammodo cogunt. Ita Deus, commune velut ac immobile centrum, homines ad seipsum vi et amore compellit, ut in eis generet illud *pondus æternæ gloriæ* de quo loquitur Apostolus (1).

Ecquis autem digne Virginis charitatis ardorem explicet, suum videlicet erga Deum pondus? quis plene tanti amoris cogitet magnitudinem? B. Virgo Deum naturali atque supernaturali dilexit amore, quam Dei-Hominis Mater extiterit. Nil autem vehementius amore quem natura collocat in corde matrum, nil fortius amore quem gratia ponit in corde fidelium. Hi duo amores conjuncti simul usque adeo cor Virginis pervaserunt, ut ipsa filium diligeret eo amore quo diligebat Deum, et eo diligeret Deum amore quo diligebat filium. Pro filio sentiebat in corde quod dulcius, suavius, jucundius natura depromit; pro Deo fervebat in animo quod potentius, efficacius, validius gratia tenet. Habebat natura quo poterat delectari, filium amplectens; ha-

(1) II. ad Cor. IV, 17.

bebat gratia quo poterat extolli, Deum possidens. Eapropter Maria, cum diligeret Deum amore quo diligebat filium, cumque diligeret filium amore quo diligebat Deum, duos in se maximos terræ cælique clauderat amores. Et cum naturæ non sit, ut Deum in filio, neque gratiæ ut filium in Deo reperiat, ad cælestem Patrem oportet nostra mente rapiamur qui summe diligens, ab æternitate genuit quem Mater in tempore gignit. Verum Pater et Mater eundem generantes Filium (non enim est alius Filius Dei ex Patris substantia natus, et ex Matris substantia genitus, sed unus et idem in utraque natura subsistens) eundem — ausim dicere — possident amorem; quum amor sit cujuslibet generationis origo juxta tritum illud sermone proloquium: *Amor est sui diffusivum*.

Tantus in corde Virginis amor suam mire postulat Assumptionem. Amor enim cum seipsum diffundat, sibi simile parit, et cum amor in unione consistat, post generationem miram producit unionem. Hinc homo generat hominem, leo leonem, rosa rosam, nec rosa a rosa, nec leo a leone, nec homo ab homine dissociatur. In generatione pariter æterna Genitus a Gignente nulla potest ratione sejungi; et hac de causa Christus ajebat: *Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in me est?* Beatissima porro Deipara tanto erga Deum sacro amore conflagravit, ut Deus ipse, hoc magno ardentique plectus amore, in virgineo sinu concipi ac nasci discupiverit. Ergo, quemadmodum in generatione divina Genitus a Gi-

gnentē nulla potest ratione divelli; in temporali pariter generatione idem Genitus, nempe Christus, a Gignente, id est Virgine Maria, sejungi nullimode queit. Sejungeretur autem, nisi Virgo Deipara quoad animam et corpus fuisset in cælum evecta; corpore siquidem et anima, divino operante labore, generavit. Si Virginis amor eo pervenit, ut fecerit ipsum Deum e cælo dilabi, hic amor ipse vim non habet, ut iterum ascendat, suumque corpus ducat et animam? Magis est per hunc amorem e cælo descendere Deum, quam tota Virgo in cælum ascendat. Hic amor est velut scala Jacob in cælum de terra pertingens: per hanc Deus e cælo descendit, et humano corpore vestitur; per hanc Virgo ascendit in cælum, et humano corpore, tamquam vestitu deaurato circumdata varietate renitet.

2. Sed Pater et Filius loqui de Spiritu sancto compellunt. Spiritus sanctus dicitur *amor*. Sicut enim Filius procedit ab intellectu et intellectione Patris qua se intelligit, et comprehendit quasi hujus intellectionis terminus adæquatus, ideoque dicitur Verbum; ita Spiritus sanctus procedit a voluntate et dilectione, qua se invicem Pater Filiusque diligunt, quasi hujus dilectionis terminus adæquatus, ideoque dicitur *amor*. Hic autem æternus Amor nōdum in anima, verum et specialius in carne Virginis descendit, ut magnum Incarnationis sacramentum operaretur. Et cum suæ diffusivæ bonitati magnopere consentaneum sit, Spiritus sanctus nonnullas amoris ejus prærogativas carni Virginis Mariæ communicavit. Quo-

niam amoris est, quod moveat et impellat voluntatem in rem amatam; ideo tertia persona divina per voluntatem procedens vocatur *impulsus* et *Spiritus sanctus*. Confer, si velis, Aquinatem et expositores ejus (1). Quod autem spiritus in corporibus facit, hoc et Spiritus sanctus in cordibus nostris operatur. Spiritus corporalis est *elevativus*; favillas enim et paleas sursum elevat: unde Spiritus sanctus humana corda per contemplationem ad cælestia sublevat. Virginis proinde corpus ob carentiam cujusvis culpæ levissimum per Spiritum sanctum in eo mirabiliter habitantem elevationis virtutem accepit, adeo ut sursum debuerit tamquam ad suum centrum sublimari. — Spiritus corporalis est *penetrativus*; ubicumque foramen invenit apertum, quamquam sit modicum, intrat. Ita Spiritus sanctus penetrativus est; ubicumque foramen cordis per affectum invenit apertum, cito se insinuat, mentes nostras ingreditur, easque fecundat. Igitur Deiparæ corpus imbre sancti Spiritus irroratum atque penetrativum ab eo redditum cæli aulam ingredi meruit, perennemque ducere vitam. — Spiritus corporalis est *vegetativus*; corpus enim vegetat, animat, vivificat, et ad motum et operationem disponit. Sic Spiritus sanctus per gratiam suam vivificat animam, et ad motum bonorum operum cogit. Corpus autem Virginis a divino Spiritu vegetatum in ejus obitu vegetari desiisset? ante illud sepulchralis præcipitat nox, nec non illud cæleste limen pulsans, æternam ingre-

(1) 1 part., q. 27, art. 3; q. 36, art. 1.

ditur civitatem. — Spiritus corporalis est *roborativus*; quia corpus firmat et roborat: unde corpus sine spiritu protinus cadit, cito corrumpitur, putrefit et foetet. Sic Spiritus sanctus homines fortes, stabiles, constantes et perseverantes facit. Ergo Deiparæ corpus ab ea sancti Spiritus roborativa virtute fecundatum corrumpi nequibat, putrefieri ac graviter olere.

3. Hactenus de Patre, de Filio, de Spiritu sancto. Virgini Deiparæ Pater aliquid æternæ generationis ab æterna summe diffusiva charitate originem habentis communicavit, ita ut de Matre (et ideo in anima et corpore) sicut de Patre dicere Filius queat: non creditis, quia ego cum Matre, et Mater cum me est? Spiritus sanctus eidem contulit amorem elevativum, penetrativum, vegetativum, roborativum, et tanti amoris pondere, tantæque charitatis vi B. Virgo gloriosa carne refulgens cælica regna conscendit.

Uterius: ille Virginis amor tam purus, tam dulcis, tam erga Filium vehemens, ut in suis totum Filium saceris visceribus traxerit, Filium ipsum non cogeret, ut tota Virgo, in anima scilicet et corpore, ad eum traheretur? Ille Filii amor qui tanto erga Virginem conflagravit ardore, ut cælica bona quasi relinquens, ardenti desiderio in sinu Virginis habitare petierit; eundem postea sinum adeo fastidiret, ut sui antiqui amoris oblitus, regna cælestia petens, vermibus ac putredini relinqueret obnoxium? Et si hoc fortasse contingeret, duo ignes qui non poterant extinguui, extinguerentur; duæ vires quæ non

(1) 1. 2. quest. 114, art. 8.

poterant collidi, colliderentur; duæ magnetes quæ non poterant non attrahi, non attrahi desinerent. Hinc beatissima Virgo ad corpoream Assumptionem fertur, vel si magis lubet, compellitur ex illo maximo pondere sui amoris erga Patrem, erga Filium, erga Spiritum sanctum, ineffabile ac dulcissimum Patris ad Filium osculum.

4. Quo tamen rem solide conficiamus, in medium referimus hunc discursum. Motio alicujus moventis, angelicus scholarum Magister docet (1), quo magis se extendit ad totum progressum in motu, eo magis se extendit ad ultimum terminum motus. Terminus autem motus gratiæ vel amoris est vita æterna, et progressus in hoc motu est secundum gratiæ vel amoris augmentum, juxta illud: *Justorum semita quasi lux splendens precedit, et crescit usque ad perfectum diem, qui est dies gloriæ* (2). Porro Deipara Virgo se extendit ad totum progressum in motu; scilicet totam gratiam totumque naturalem ac supernaturalem ita tenuit amorem atque charitatem, ut majorem melioremque tenere nequiverit: ergo se extendit ad ultimum terminum motus, cum anima videlicet ac corpore cælica regna conscendens. Cum enim corpus reviviscit, seipsum movet atque movetur, ut ad æternam fruitionem perlingat.

Et id amplius atque amplius confirmatur ex eo quod multoties plerique sancti, cum majori ardebant charitate divina, de terra in cælum cum anima simulque corpore raparentur.

(2) Prov. iv, 18.



*In aera frequenter sublatus, miro fulgore coruscare visus est*, uti refert de S. Petro de Alcantara Breviarium Romanum die XIX octobris. Verum quod in sanctis ob imperfectum erga Deum amorem imperfecte contingebat, in Virgine Deipara ob perfectum erga Deum amorem perfecte contigisse fatendum est. Unde non elevata est cum anima et corpore, ut iterum laberetur in terram; sed potius ut sublimia cæli gaudenter introiret, æternumque frueretur. En Virgo sicut aquila pernix quæ retro volucres omnes relinquens, gemina corporis animique penna trepidante pervenit usque ad summum cælum, ubi non deficientibus ditata thesauris æternum justitiæ Solem immobili pupilla contemplantur.

Hinc fateare necessum est, Virginem Deiparam haud corporis expertem obsingularissimum quo fruebatur erga Ss. Triadem sui cordis amorem cælesti gloria donari.

### Caput III.

#### Pulcritudo Virginis et Assumptio.

1. Cælicolæ musæ, paulo majora canamus.

Optimum optima decent; et sicut in universali rerum creatione omnia *valde bona*, pulcra nimirum, facta sunt: enimvero pulcritudo est bonitatis fons, ut Marsilius Ficinus scite dixit; ita ad universalem recreationem pulcra et meliora debuerunt assumi. Quanta proin in Virgine quæ mundum cum Christo refecit, pulcritudo refulserit, facile quisquis intelliget. Re quidem vera: sensus Ecclesiæ ca-

tholicæ, et consensus omnium quotquot de B. Virgine scripserunt, in eo totus est, quod corpus Deiparæ Virginis in sua specie ac sexu maxime sit perfectum. Ratio suadet. Ex illo namque corpore formandum erat Christi Domini corpus; tale proinde debuit esse, quale dignum esset, ut ex eo aurea illa humanitatis tunica conficeretur. Generatus autem est quædam generantis imago. Hinc pulcritudinem Virginis ex pulcritudine Jesu arguite. — Primus homo et prima mulier etiam secundum formam corporis speciosissimi fuerunt, utpote immediate a Deo creati, cujus perfecta sunt opera. Jacobus Saliarius historiographus excellens Adamum protoparentem tam pulcrum, tam speciosum, tamque venustum a Deo conditum fuisse scribit, ut haberet speciem persimilem ei, quam Moses in monte Sina, et Elias una cum Mose in transfiguratione exhibuerunt (1). Quantam igitur qualemve putas fuisse Virginis pulcritudinem, speciem, venustatem? quas gratias in membris singulis insedis credis, cum nulla creatura opifici Deo vicinior et similior unquam fuerit? Habuit Assuerus rex puellas speciosissimas, ex quibus sibi unam elegit uxorem, videlicet Esther: habuit multo speciosiores Rex cælorum, ex quibus sibi unam in matrem elegit. Pulcra fuit Rachel, pulcra Judith, pulcra Esther ac cæteræ, quarum venustatem Scriptura commemorat; sed Maria pulcrior omnibus, imo rebus creatis tanto venustior, quanto vicinior atque similior opifici Deo. Helenam Menelai regis uxorem

(1) In annal. vet. Testam., die 6 mundi, n. 67.

tanti fecit stulta gentilitas, ut Homerum divini prope ingenii virum, multosque alios nobiles pictores et sculptores in exprimenda ejus pulcritudine defatigaverit. Quanti nobis, quæso, facienda est Maria quæ non trojani incendii auctrix, sed salutis nostræ promotrix fuit; quæ tanto pulcrior, quanto ab omni libidinis sensu et vitiorum contagio liberior, morum integritate spectabilior, sanctitate clarior, virtutibus ornatior extitit? quid mirum!! intus ei aderat imago, valde similis æterno Prototypo.

Jam vero, Christus eam pulcritudinem quam ita lubenter assumpsit, nequaquam in incerto tumulo decolorari pateretur. Alioquin fieret, ut Christi et Virginis eadem ferme pulcritudo partim caligaret in terra, partimque coruscaret in cælo. Qualiter ea caro quæ ipso cælo purior, nobilior, excelsior illuxit, continens eum quem ipsum continere non potuit, in terra ullo sine honore contumulata jaceret? Ea caro non potuit utique corrumpi, in qua cæleste quiddam atque sidereum radiabat ex oculis ejus, et Divinitatis jubar lucebat in facie. — Dionysius carthusianus (1) docet ex vultu Virginis cælestem quemdam exterius micuisse splendorem, sic, ut opus fuerit ejusmodi radiationem divinitus temperari, ut cum hominibus conversari posset. Et isthæc pulcritudo ex virtutum augebatur ornamento: sicut plumæ turturis soli expositæ nunc virent smaragdo, nunc scintillant carbunculo, nunc radiant hyacintho, nunc autem alterius gemmæ colore refulgent; ita omnis motus

(1) Lib. 1 de laud. Virg.

exterior Virginis, totum cor, tota mens, totus animus, tota voluntas contra divinum justitiæ Solem variis virtutum fulgoribus radiabat. Tam ingens autem pulcritudo totum suum in tumulo nitorem amisisset? incorruptibilis est luna; et Maria luna formosior corruptioni subjaceret? incorruptibilis est sol; et Maria sole splendidior corruptibilis evaderet? est demum incorruptibile cælum; et Maria cælo ipso dignior, amplior, excellentior corruptionem pateretur? incorruptibilis est angelus, incorruptibilis est homo; hic sua in specie, ille quolibet in individuo: Maria vero angelorum omnium hominumque regina cunctis illis splendidior, cunctisque formosior istis corruptionis infamiam sustineret, tumulique pallorem? minime prorsus. Angelus et homo, hic de valle lacrymarum, iste de fonte gaudiorum, Virginis pulcritudinem demirati, in unam eandemque vocem erumpunt: Assumpta est Maria in cælum. Sic laudant eam sol et luna, laudant eam omnes stellæ et lumen, laudant eam cæli cælorum. Ab ea mutuatus est sol lucem suam, ab ea mutuata est luna splendorem suum, ab ea mutuatum est cælum jubar suum: *cum eo erum cuncta componens*, uti Virginem Mariam sublimi forma loquentem exhibet Ecclesia. Illæ porro creaturæ fulgorem indeficientem haberent, ista vero creatura optimam suam amitteret in putida jugique corruptione pulcritudinem? si ita foret, quid dicam? radiaret sine radiante sole planetes.

2. Rem tamen amplius atque amplius diligenter inquiramus. Sacra

*In aera frequenter sublatus, miro fulgore coruscare visus est*, uti refert de S. Petro de Alcantara Breviarium Romanum die XIX octobris. Verum quod in sanctis ob imperfectum erga Deum amorem imperfecte contingebat, in Virgine Deipara ob perfectum erga Deum amorem perfecte contigisse fatendum est. Unde non elevata est cum anima et corpore, ut iterum laberetur in terram; sed potius ut sublimia cæli gaudenter introiret, æternumque frueretur. En Virgo sicut aquila pernix quæ retro volucres omnes relinquens, gemina corporis animique penna trepidante pervenit usque ad summum cælum, ubi non deficientibus ditata thesauris æternum justitiæ Solem immobili pupilla contemplantur.

Hinc fateare necessum est, Virginem Deiparam haud corporis expertem obsingularissimum quo fruebatur erga Ss. Triadem sui cordis amorem cælesti gloria donari.

### Caput III.

Pulcritudo Virginis et Assumptio.

1. Cælicolæ musæ, paulo majora canamus.

Optimum optima decent; et sicut in universali rerum creatione omnia *valde bona*, pulcra nimirum, facta sunt: enimvero pulcritudo est bonitatis fons, ut Marsilius Ficinus scite dixit; ita ad universalem recreationem pulcra et meliora debuerunt assumi. Quanta proin in Virgine quæ mundum cum Christo refecit, pulcritudo refulserit, facile quisquis intelliget. Re quidem vera: sensus Ecclesiæ ca-

tholicæ, et consensus omnium quotquot de B. Virgine scripserunt, in eo totus est, quod corpus Deiparæ Virginis in sua specie ac sexu maxime sit perfectum. Ratio suadet. Ex illo namque corpore formandum erat Christi Domini corpus; tale proinde debuit esse, quale dignum esset, ut ex eo aurea illa humanitatis tunica conficeretur. Generatus autem est quædam generantis imago. Hinc pulcritudinem Virginis ex pulcritudine Jesu arguite. — Primus homo et prima mulier etiam secundum formam corporis speciosissimi fuerunt, utpote immediate a Deo creati, cujus perfecta sunt opera. Jacobus Saliarius historiographus excellens Adamum protoparentem tam pulcrum, tam speciosum, tamque venustum a Deo conditum fuisse scribit, ut haberet speciem persimilem ei, quam Moses in monte Sina, et Elias una cum Mose in transfiguratione exhibuerunt (1). Quantam igitur qualemve putas fuisse Virginis pulcritudinem, speciem, venustatem? quas gratias in membris singulis insedis credis, cum nulla creatura opifici Deo vicinior et similior unquam fuerit? Habuit Assuerus rex puellas speciosissimas, ex quibus sibi unam elegit uxorem, videlicet Esther: habuit multo speciosiores Rex cælorum, ex quibus sibi unam in matrem elegit. Pulcra fuit Rachel, pulcra Judith, pulcra Esther ac cæteræ, quarum venustatem Scriptura commemorat; sed Maria pulcrior omnibus, imo rebus creatis tanto venustior, quanto vicinior atque similior opifici Deo. Helenam Menelai regis uxorem

(1) In annal. vet. Testam., die 6 mundi, n. 67.

tanti fecit stulta gentilitas, ut Homerum divini prope ingenii virum, multosque alios nobiles pictores et sculptores in exprimenda ejus pulcritudine defatigaverit. Quanti nobis, quæso, facienda est Maria quæ non trojani incendii auctrix, sed salutis nostræ promotrix fuit; quæ tanto pulcrior, quanto ab omni libidinis sensu et vitiorum contagio liberior, morum integritate spectabilior, sanctitate clarior, virtutibus ornatior extitit? quid mirum!! intus ei aderat imago, valde similis æterno Prototypo.

Jam vero, Christus eam pulcritudinem quam ita lubenter assumpsit, nequaquam in incerto tumulo decolorari pateretur. Alioquin fieret, ut Christi et Virginis eadem ferme pulcritudo partim caligaret in terra, partimque coruscaret in cælo. Qualiter ea caro quæ ipso cælo purior, nobilior, excelsior illuxit, continens eum quem ipsum continere non potuit, in terra ullo sine honore contumulata jaceret? Ea caro non potuit utique corrumpi, in qua cæleste quiddam atque sidereum radiabat ex oculis ejus, et Divinitatis jubar lucebat in facie. — Dionysius carthusianus (1) docet ex vultu Virginis cælestem quemdam exterius micuisse splendorem, sic, ut opus fuerit ejusmodi radiationem divinitus temperari, ut cum hominibus conversari posset. Et isthæc pulcritudo ex virtutum augebatur ornamento: sicut plumæ turturis soli expositæ nunc virent smaragdo, nunc scintillant carbunculo, nunc radiant hyacintho, nunc autem alterius gemmæ colore refulgent; ita omnis motus

(1) Lib. 1 de laud. Virg.

exterior Virginis, totum cor, tota mens, totus animus, tota voluntas contra divinum justitiæ Solem variis virtutum fulgoribus radiabat. Tam ingens autem pulcritudo totum suum in tumulo nitorem amisisset? incorruptibilis est luna; et Maria luna formosior corruptioni subjaceret? incorruptibilis est sol; et Maria sole splendidior corruptibilis evaderet? est demum incorruptibile cælum; et Maria cælo ipso dignior, amplior, excellentior corruptionem pateretur? incorruptibilis est angelus, incorruptibilis est homo; hic sua in specie, ille quolibet in individuo: Maria vero angelorum omnium hominumque regina cunctis illis splendidior, cunctisque formosior istis corruptionis infamiam sustineret, tumulique pallorem? minime prorsus. Angelus et homo, hic de valle lacrymarum, iste de fonte gaudiorum, Virginis pulcritudinem demirati, in unam eandemque vocem erumpunt: Assumpta est Maria in cælum. Sic laudant eam sol et luna, laudant eam omnes stellæ et lumen, laudant eam cæli cælorum. Ab ea mutuatus est sol lucem suam, ab ea mutuata est luna splendorem suum, ab ea mutuatum est cælum jubar suum: *cum eo erum cuncta componens*, uti Virginem Mariam sublimi forma loquentem exhibet Ecclesia. Illæ porro creaturæ fulgorem indeficientem haberent, ista vero creatura optimam suam amitteret in putida jugique corruptione pulcritudinem? si ita foret, quid dicam? radiaret sine radiante sole planetes.

2. Rem tamen amplius atque amplius diligenter inquiramus. Sacra

vasa, puta calices in quibus celebrant sacerdotes, affabre solent elaborari, intus et extra puro auro artificiose ornari, pretiosis gemmis distingui, ac fere mirabiliter ocellari. Sic Deus Mariam et extra et intus ornavit; intus omnium gratiarum immensa copia omniumque splendore virtutum; extra præclaro, eximio ac formoso corpore, specieque non fœminea et illecebrosa; sed gravi, decora, venerabili et augusta, qualem præferunt imagines ejus a S. Luca depictæ. Verum, quomodo fit, ut vasa sacra quæ corpus et sanguinem Christi continent, pulcra et incorruptibilia sint; caro autem Virginis quæ corpus et sanguinem Christi nedum in seipsa continuit, verum etiam divina operante virtute peperit, nunc temporis nec pulcra, nec incorruptibilis esset?

At melius, inter Virginem Deiparam et sacra vasa quale discrimen intercedat, agnoscamus. Sacra vasa consecrentur oportet, qua consecratione mediante pulcra quasi fiunt, ut pulchrius humanum corpus evadit, ut primum in eo coruscat animæ nitor. Beata quoque Virgo, tamquam sacra pyxis, quæ tum gestare, tum parere Christum debebat, cælesti oleo consecraretur oportuit. Id Spiritus sanctus — divinus quasi episcopus — ineffabiliter operatus est, suam in Virginis anima et carne pulcherrimam imaginem relinquens. Græci namque Patres Spiritum sanctum *signaculum et sigillum* appellant, quo divina in nobissimilitudo imprimitur; et quemadmodum in cera non isculpitur imago, nisi sigillum ei *αυριστος* appli-

(1) Dial. vii cum Hermia.

cetur, ita nonnisi a Spiritu sancto divina imago in nobis efficitur, ut arguit Cyrillus (1). Hinc quantum in pulcritudine sacris vasis B. Virgo præcelluerit, omnibus compertum sat est.

— Hisce prælibatis, certum est, personis tantummodo sacris potestatem fieri, ut sacra vasa contingant: unde laicus qui tangeret ea, nulla prorsus arctante necessitate, culpæ macula coinquinaretur. Deus autem de beata Virgine sineret, ut eam tangeret, quisnam? non homo, non laicus; sed terra, putredo, vermes et alia id genus!! Nec satis. Prohibitum est ad sacrificium adhibere vasa sacra enormiter immunda, vel permittere ut in pyxide corrumpantur particulæ, vel ipsa sacra vasa in profanum usum converti, et alia hujuscemodi. Deus autem de B. Virgine sineret, ut enormiter immunda jaceret in terra, ut corruptione fatisceret, ut in usum quasi profanum converteretur; Virginis enim corpus, hæc sacra pyxis, deberet in cæli thesauro reperiri?

3. Insuper: Deiparæ corpus est illud *vas ornatum omni lapide pretioso* (2). Nunquam tales India genuit hyacinthos, tales Phœnicia beryllos, tales smaragdos Erithræa, tales pyropos Carthago, tales amethystos Tucamania, tales adamantes Arabia, tales topazios Chite, Massilia tales carbunculos, Ganges tam pretiosos lapides quibus hoc vas Marianum a suo fuit Conditore mirabiliter ornatum. Id porro cæli thesaurum, id præclarissimum æterni Regis ornamentum, id maximum ac singulare Dei Opificis artefactum sub terra putresciet? ne-

(2) Eccl. i, 10.

gotium sæculorum, opus æternitatis, maximam post Deum terræ cælique pulcritudinem sine ulla gloria, sine ullo prosequerentur honore mortales et cælicolæ?

Uterius: quemadmodum conchilium, cum aurea fulget roseis aurora capillis, profundo egreditur pelago, nobile suum aperit os, cælestemque bibens rorem, incorruptibilitate præditum gemmeo nitore coruscat; beatissima pariter Virgo, longe pretiosum conchilium quod, albente Redemptionis aurora, in turgido hujus mundi pelago suum castissimum aperuit sinum, et cælestibus quos pluunt nubes irrorata liquoribus, sacri Pneumatis virtute pretiosissimam Christi corporis margaritam genuit. Hoc autem corpus gignens, pulcherrimum quasi conchilium, incorruptibilitatis dote careret? hæc pretiosa margarita debebat in cælo suis pulcris coruscare fulgoribus, quoniam fuit in terra radix, ut divinæ lucis splendor ubicumque colucret. Unde canamus cum Ecclesia:

Salve radix, salve porta,  
Ex qua mundo lux est orta.  
Gaude, Virgo gloriosa,  
Super omnes speciosa,  
Vale o valde decora,  
Et pro nobis Christum exora.

4. At diversa proferimus argumenta, prout diversæ chordæ tanguntur, ut ad unum redactæ puris auribus faciant melodiam. Christoforus a Castro refert epistolam S. Dionysii areopagitæ ad S. Paulum apostolum in qua priscus ille pater diserte fatetur: « Cum ad deiformem præsentiam altissimæ Virginis ductus fui, tam immensus me divinus splendor

circumfulsit, et plenius irradiavit interius, tamquam in me omnium odoramentorum superabundavit fragrantia, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset totius ac tantæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum, defecit et spiritus tantæ majestatis gloria oppressus. Testor qui aderat in Virgine, Deum, si tua divina concepta mente non me docuissent, hanc ego Deum verum esse credidissem. » Præterea: Nicolaus Polonus decretorum doctor enarrat, fuisse quemdam eremitam (1), qui anno post Ascensionem Christi septimo in montem Sion, ubi Virgo Deiparens habitabat, ejus visendi studio perrexit; eaque conspecta tantum gaudii ex sola ejus præsentia dulciter hausit, ut stare nequiverit, sed in terram corruerit atque dixerit: « Quid mihi est in cælo, et a te quid volui super terram? aliud regnum cælorum non optem, sed tantum, ut liceat mihi perpetuo hanc intueri. »

Qualiter ergo poterat illa caro corrumpi quæ adeo venuste ac pretiose fuit ornata, ut cælestibus formosior agminibus et sole quem cernimus rutilantior speciem Dei præseferre videretur? qualiter occultum jaceret illud corpus in quo, secus ac in cæteris creaturis refulserit, majori lumine Deus majorique fulgore nitebat? Minime decuit, ut corpus illud virgineum Mariæ putresceret: illi merito putrescunt, qui imaginem terreni hominis portant. Nullatenus vero qui cælestis hominis imaginem induunt, Apostolo dicente: *Vivificati resurgent incorrupti*. In Virgine Maria nihil

(1) Serm. 1 de Assumpt., p. 1.

unquam terreni apparuit, tota christifera, tota caelica fuit; igitur non ut pulvis in pulverem reverti, sed ut caelum ad caelestem perennemque vitam consurgere debuit. Confirmat hoc argumentum Origenes (1): « Si ad peccatores dicitur: terra estis et in terram ibitis, quare non dicatur ad justum cujus est regnum caelorum: caelum es, et in caelum ibis? » Hoc autem de B. Virgine Maria specialissima ratione dici potest et debet.

§. Hanc denique rem perspicuo concludimus exemplo. Muris pontici quem *armellinum* vocant, ea natura est, ut in ignem prius insiliat, quam candorem illum quolibet caeno vel aliqua sorde commaculare velit. Tanto quippe candoris sui tenetur amore, ut, si limine speluncae suae vel tantillum luti reperiat, capi se potius et occidi permittit, dummodo aggerem illum transiendo non polluatur. Hinc ei apponitur epigraphe: *Malo mori quam fœdari*. Recole Pierium (2). Porro si animal rationis expers tanta solerti cura et sollicitudine cavet, ne sordibus infuscetur, quid dicendum quidve cogitandum de corpore Virginis, quod ipsum Dei Filium qui est imago Patris, speculum sine macula, candor lucis aeternae, tota obstupente natura, generavit? *Tota pulchra es, Maria*, verba mystici Sponsi repetens colloquitur Ecclesia. In anima proin et corpore pulchra. *Nihil enim excipitur, ubi distinguitur nihil*, ait divus Bernardus (3). Hoc vero corpus a divino Sponso laudatum et ab Ecclesia ob eximiam

(1) Homil. 5 in Jeremiam.

(2) Lib. 13, cap. de mure. — Hanc epigraphen

pulcritudinem collaudatum in sepulcro corruptionis macula inureretur? minime prorsus. Hanc igitur Deiparentem, totam in caelis cum anima et corpore pulchram et nos iterum iterumque repetamus: eam in corde scribentes epigraphen: *Malo mori quam fœdari*, quin dementi prosequamur amore creaturam, idolum argillae quam conterit pes, hanc speciosissimam amemus Virginem, et in ea totius pulcritudinis fontem Deum summopere diligamus.

#### Caput IV.

Gloriae culmen in Virgine et Assumptio.

1. Admirandus ille totius universi rector trinam hanc machinam ita disposuit, ut in quovis ordine rerum esset una, quae caeteras magnitudine ac nobilitate superaret. Et ita videmus inter elementa unum, videlicet ignem, qui sua vi caetera vincit. Inter orbis caelestes unum, nempe primum mobile vel caelum empyreum quod caeteros orbis mole suae quantitatis superat. Inter novem angelorum choros unum, nempe seraphinorum, et inter seraphinos unum qui gratia, charitate ac beatitudine caeteros nedum divisim, sed et collective sumptos excedit. Sic etiam in Ecclesia omnes potestatis gradus qui in acolythis, subdiaconis, diaconis, sacerdotibus, prioribus, provincialibus, generalibus, episcopis, archiepiscopis, patriarchis reperiuntur, videmus in uno summo Pontifice coruscare, ita, ut suprema

in capite sui stemmatis retinuit cl. neapolitanus archiepiscopus Guilielmus Sanfelicius.

(3) Lib. 2 de Consid., cap. 8.

ejus potestas inferiorum potestates simul acceptas longa intercapedine antecellat. Sic etiam in ordine supernaturali concedens erat aliquam constituere creaturam cui tanta inesset plenitudo gratiae, ut omnium sibi inferiorum gratias longe lateque superaret. Hujusmodi vero creatura non alia esse debuit quam B. V. Maria. Solve cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias, et describe apud te in animo virginem quandam purissimam, prudentissimam, devotissimam, pulcherrimam, ingeniosam, sapientissimam, humillimam, mitissimam, omni gratia plenam, omni sanctitate pollentem, omnibus virtutibus ornata. Quantum potes, tantum auge; quantum vales, tantum adde: illa Dei Mater est. Unde si Tullius, Demosthenes, Virgilius, Homerus, aliique potentes ingenio eam laudare conarentur, non sufficerent utique nec modicam gratiae Virginis excellentiam attingere. Quo pervenit divus Petrus? ad eam sublimitatem, ut Ecclesiae caput crearetur et princeps. Quo divus Augustinus? ad talem dignitatem, ut doctorum phoenix evaderet. Quo angelicus Aquinas? ad conjugendam summa cum eruditione summam sanctitatem, sic, ut a Card. Bessarione vocaretur: *Inter sanctos doctissimus, et inter doctos sanctissimus*. Huc pervenit angelicus Doctor. At cum de gratia Virginis loquamur, non solemus dicere: huc pervenit Maria, sed: eo nemo pervenit quo Maria. Huc non pervenit Petrus, non Augustinus, non Thomas; huc non pervenerunt patriarchae et prophetae; huc non apostoli, non mar-

tyres, non confessores, non virgines; huc non angeli, non archangeli, non throni, non cherubim, non seraphim.

In tanta rerum copia et venustate sic oportet nostram ad rem perstringamus argumentum. Gloria sequitur gratiam, ita, ut per quantitatem gratiae dimetiri quantitatem gloriae debeamus. Tantus autem praeluxit in Virgine divinae gratiae nitor, ut alia quaevis in pura quavis creatura nec major nec melior excogitari poterit. Omnia namque potest facere Deus, aliam Dei Matrem non potest facere Deus. Id autem de illius gloria fateri quispiam nequiret, si vel cum corpore nullatenus aeterna frueretur beatitudine; quam melius proculdubio sit corpus habere quam non habere glorificatum. Neque temere hoc me sentire profiteor. Ille sane theologorum princeps, dominico ore laudatus inquit: « Hominis autem beatitudo perfecta consistit in anima et corpore. In anima quidem quantum ad id quod est ei proprium, secundum quod mens videt et fruitur Deo. In corpore vero secundum quod corpus resurget spirituale et in virtute et in gloria et in incorruptione, ut dicitur 1<sup>a</sup> Corinth., cap. 15 (1). » Quatuor dotibus gloriosum corpus fulgebit quas ibi recenset Apostolus, *claritate scilicet, impassibilitate, agilitate, subtilitate*. Id autem eo vel magis quod ex arctissima conjunctione animae et corporis oriatur suppositum humanum, seu, prout nunc dicitur, *nostrum ego*, quod neque ex sola anima, neque ex corpore solo, sed ex utriusque conjunctione dimanat. Angeli definiri so-

(1) 3 part., q. 15, art. 10.

lent: *substantiæ spirituales completæ* ad nostrarum discrimen animarum quæ ordinate sunt ad informandum corpus, adeoque sine illo sunt *incompletæ*. Quapropter satis abunde liquet, Virginem Mariam, ut gloriæ culmen attingeret, etiam in corpore micuisse glorificatam oportuit. Quemadmodum *pœna est ordo delicti*; gloria pariter, quin Augustini verba minuamus, est ordo virtutis. Hinc magna in Ente sapientissimo deordinatio fieret, nisi supremam virtutem suprema gloria coronasset, nisi videlicet beatissimam Deiparam cum anima et corpore ad immortalem evexisset beatitudinem. Nec mirum: quandoquidem cum incomparabile sit quod Virgo Deipara gessit et inestimabile quod accepit; incomparabile pariter est quod præmeruit, uti pulcre ratiocinatur S. Ildephonsus (1).

2. Hæc alia ratio quæ a præcedente scaturit, mirifice demonstrationem complet. Apostolus corpus vocat non carcerem, prout Origenes (2) ex platonica disciplina docuit, sed tabernaculum et indumentum quo spoliari anima nollet: « Nam qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur quod mortale est a vita (3). » Sanctorum insuper animæ resurrectionem corporum exoptant et votis accelerant:

(1) Serm. de Assumpt.

(2) Lib. 1 Periarchon, cap. 7.

(3) II. ad Cor. v, 4. (4) Apoc. vi, 10.

(5) *Sperant in te, di sopra a noi s'ullà; A che risposer tutte le carole* (Dante Alighieri, *Div. Comm.*, Parad., cant. xxiv). Su questi versi Antonio Cesari: « Bello il concetto! e bella l'immagine, quanto possa essere! I beati udito già nomi-

« Usquequo, Domine, non judicas (4)? » Verum, si gloria ex meritorum cumulo metienda sit, fieri nullimode potest, ut in B. Virgine præfatum utrumque contingat. Ipsa, secus ac cæteri sancti (5), nequaquam corporis unionem exoptat: namque, si perfectam habuerit gratiam, perfectam habere debuit et gloriam.

Neque dicat fortasse quispiam, non posse Dei fruitionem perpati corpus, quum neque bonitati, neque sapientiæ, neque potentiæ, neque alii attributo relativum sit. Est namque relativum *Aseitati* quæ divinæ essentiæ *constitutivum* nuncupatur. *Ex omnibus porro nominibus*, ait Damascenus, *quæ Deo tribuuntur, nullum æque proprium videtur, atque* *ὁμοῦ* (sive qui est) (6). Non est igitur ambigendum, quin ens, quaecumque sit, coram illo qui totum esse velut immensum quoddam et nullis terminis definitum essentiæ pelagus suo continet amplexu, nobis arcana sit beatitate fruiturum. Exploratum est, gratiæ ac gloriæ sedem esse animam, eamque solam; corpus vero cui anima copulata est, seu quod ab anima informatur, effectus participare sive status gratiæ ac gloriæ.

Neque urgeri potest, oculum corporeum non posse Deum introspicere. Illud namque certum est, longe clarior videri per corpora Deum, quam

« nar le stole, cioè la gloria de' corpi loro che aspettano cupidamente, sentono col desiderio « raccendere la speranza del riaverli; e però « escono in quello *Sperant* che è detto di sopra: « ma quel rispondere di tutto il paradiso il ver- « setto medesimo che affetto non desta in chi « legge! » *Bellezze della Divina Commedia*.

(6) Lib. de Fide, cap. 12.

nunc invisibilia ejus per ea conspiciuntur, quæ facta sunt, uti divus Thomas observat (1). Ait enim Augustinus: « Quamobrem fieri potest, valideque credibile est, sic nos visuros mundana tunc corpora cæli novi, et terræ novæ, ut Deum ubique præsentem, et universa etiam corporalia gubernantem, per corpora quæ gestabimus et quæ conspiciemus, quaquaversum oculos duxerimus, clarissima perspicuitate videamus, sicut videmus præsentem hominis animam per corporis motus. » Eo vel magis, quod, licet imago Dei constet in animo, in ipso tamen corpore divina imago quodammodo reluceat, uti docet Augustinus (2). Unde poeta:

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,  
Os homini sublime dedit, cælumque  
tueri  
Jussit, et erectos ad sidera tollere  
vultus.

Igitur, quum nullum reperiatur obstaculum, ne Virginis gloria manca sit, requiritur omnino, ut perfectionem obtineat, et anima proin et corpore B. Virgo fruitura credatur. Hoc ratio docet, hoc pietas evincit, hoc me sentire toto corde, tota mente, tota religione profiteor.

3. Gloriosissima insuper Christi humanitas in cælo nunc est velut fax clarissima, seu lux oculos corporeos beatorum illuminans ac mirifice recreans, quam intuentes oculi sanctorum (intellige post universalem resurrectionem) accidentali quadam gloria et jucunditate fruuntur. Hinc divus

Joannes cælestem illam Jerusalem describens, ait: *Lucerna ejus est Agnus* (3), nempe Christus qua homo est. Nam qua Deus est, sol est illius æternæ civitatis, sicut et aliæ divinæ personæ. Hæc autem lucerna radiantissima et fulgentissima, sive gloria accidentalis quæ de Christi corpore manat, B. Virgini nunc temporis plane deesset, nisi etiam cum corpore domum Dei cælique palatia conscendisset. Quemadmodum oculus corporeus, quantumvis glorificatus, nequit spiritum intueri, quod impetit plures de schola Carmelitarum Calceatorum cum suo Magistro Bonæ-Spei; oculus pariter incorporeus, tametsi glorificatus, nequit corpus, veluti per facultatem visivam, contueri. Et rebus ita stantibus, corporea nempe Virginis Assumptione sublata, ipsamet B. Virgo Deipara gloriæ verticem non assequitur, prout gratiæ cacumen attingit. Hoc contra Deum saperet injustitiam, quum late de fide noverim, omne meritum vel minimum Dei judicio non absque mercede præteriri.

4. Hoc alio denique momento ipsamet confirmare nitimur veritatem. Per dulcedinem gratiæ cælestem incipimus delibare dulcorem, ita, ut gratia possit incepta gloria, et gloria possit impleta gratia nuncupari, censerique. Proin exinde fit, ut ille qui in elemento gratiæ vivit prope, moveatur et est, tamquam ex argenteis niveisque pennis formosa columba, quin uspiam macularet suam corruptione puritatem, super aprica cacumina cælestis Armeniæ ad arcam di-

(1) Part. 1, quest. 12, art. 3.

(2) Lib. vi de Gen., cap. 12; cont. Manich., c. 17.

(3) Apoc. xxi, 23.

vini Noemi transiret hilari volatu. Ecquid porro dicam de Virginis gratia? cæteri homines in peccato concipiuntur, et illa concipitur in gratia: cæteri homines in peccata labuntur, et illa progreditur in gratia, tamquam ex roseis nitoribus aurora consurgens: cæteri homines patrare nova crimina possunt, et illa, qua Dei Mater est, speciali favore patrare crimina vel levia nequit. Tantam ad mortem usque gratiam obtinuit, ut majorem aliam Deus licet omnipotens conferre nequiverit, licet sapientissimus donare nesciverit, licet ditissimus nequaquam valuerit præbere cuiquam. Tantus proinde gratiarum cumulus quædam in Virgine fuit assumptio quæ ipsam in anima simul et corpore in gloriam evexit. Semper in anima et corpore Virginis Deiparæ cælestis gratia nituit, in illa *substantive*, in isto *participative*; semper igitur in anima et corpore Virginis Deiparæ nitere cælestis gloria debebat. Hac gloria corpus, hac gloria Virginis anima gaudebit, dum æterno volventur sæcula cursu, penes illum qui semper adest, semperque fuit, semperque manebit.

#### Caput V.

Præclara Joannis Duns Scoti periocha, immaculatum Virginis Conceptum evincens, totam quam adhuc exposuimus, doctrinam claudit.

1. Quo tandem huic 3<sup>æ</sup> parti finem imponamus, singula quæ huc usque retulimus argumenta theologica, ob arctam quam inter se necessitudinem habent, per modum unius in eo mirifico quod Subtilis Doctor pro imm. Conceptu exhibuit, enthymemate comprimimus: (Deus) *potuit, voluit, de-*

*cuit; ergo fecit*, Mariam scilicet a quavis labe peccati singulari privilegio præservavit immunem. Idem pro Assumptione Virginis argumentum reddit. Unde sic (Deus) *potuit, voluit, decuit; ergo fecit*, Mariam videlicet in anima et corpore ad cælum evexit.

Hujusce *majoris* partes singulatim ac paucis discutiamus necesse est. Ordiamur a prima, *potuit*.

2. Illud omne Deum gerere posse fatemur quod nullatenus involvat contradictionem. Res per se clamat. Contradictionis quippe principium est illud ad quod cætera omnia reducuntur, prouti philosophia docemur; ex conceptibus enim *entis* et *non entis* conficitur quibus reliqui omnes conficiuntur. Omnis namque res vel est vel non est. Hinc quæque principia indirecte hoc primo principio evincuntur: quisquis enim impugnans eorum quidpiam, ad idem simul esse et non esse profitendum cogi denique potest. Quam ob rem contradictionis principium, secus ac Wolfius autumaverit, nempe quod a principio contradictionis scientiæ omnes proficiantur, cæteris principiis cuilibet scientiæ communibus suam largitur firmitatem. Hisce positis, Deum omne quod sapit contradictionem, patrare non posse, et omne quod contradictionem non redolet, patrare posse deprehendimus. Ratio primi deducitur ex eo quod, si Deus contradictorium quidpiam agere possit, quiddam scilicet illi principio contrarium: *Non potest idem simul esse et non esse*, omnibus scientiarum principiis quæ in illo principio sat inclusa videntur, licet infinita polleat sapientia, refr-

garetur. Ratio secundi eruitur ex eo quod, si Deus aliquid nullam redolens contradictionem agere nequeat, sua prorsus destitueretur Omnipotentia, quod absonum pariter est, dictuque nefas.

Porro Virginis Assumptio aliquam involvit contradictionem? vel nobis tacentibus cuilibet consideranti patet: minime quidem gentium. Ergo Marianam Deus moliri potuit Assumptionem. Legimus enim Enoch Deum cum corpore in paradysum transtulisse: Eliam in igneo curru ad cælum cum corpore rapuisse: Habacuc prophetam de Judæa in Babylonem deportasse: Paulum ad tertium cælum (cum corpore an sine corpore non liquet) raptum fuisse. Legimus insuper innumeros sanctos in aera, dum orabant, fuisse sublato. Qua igitur æquitate in aliis longe inferioribus Dei amicis divinam potentiam agnoscere, et suæ ipsimet Matri deesse putamus? — Uterius: multorum corpora sanctorum nec ignis, nec bestia, nec putredo læsit. Trium puerorum innocentium nedum corpora, verum et crines et vestes babylonicus ignis non offendit. Jonam incolumem piscis marinus expuit. Daniel inter medios leones illæsus octiduo perseveravit. Div. Joannis evangelistæ corpus, uti multorum sententia fert, stabile permansit, ita, ut nec putrefactio dissolverit illud, nec vermes sepulcrales illud arrose- rint. Quod autem Deus in suis servis, in Matre patrare non potuit, eo tamen discrimine, ut corpus ejus in corruptum transferretur in cælum?

Huc spectat ratio quorundam ex pa-

(1) Orat. de sanctif.

rentum honore desumpta. Boni filii est honorare parentes, et ab iis, si forte queat, propulsare miserias. Unde filiis vitio verti solet, si hoc negligant, quod absque suo incommodo et cum parentum commodo facere possunt. At Dei Filius potuit absque suo incommodo et cum Matris suæ commodo putredinem mortis ab ea repellere, nec non efficere ut suum corpus in cælo micanti luce coruscaret: id igitur tamquam optimus filius egit. Hinc S. Hippolytus ait: « Qui dixit: *Honora patrem et matrem tuam*, ut decretum a se promulgatum observaret, omnem gratiam Matri et honorem impendit (1). » Et divus Augustinus, vel alius sub hoc nomine scriptor, eadem ferme ratione argumentatur, nempe: potuit excipere Deus ab illa generali sententia Virginem Mariam, *pulvis es, et in pulverem reverteris*: ergo exceptit, præsertim cum in hoc conveniant omnes Ecclesiæ doctores (2).

Denique foret in Assumptione contradictio, si Deiparæ corpus simul esse vivum et non vivum, quod nunquam cogitare potuimus. Possibile illud vocatur et est, quod nullam in sui notione involvit notarum, ut inquit, repugnantiam. Jam vero quæ repugnantia fingi aut concipi potest in eo, quod Deus, qui corpus nostrum condidit seu efformavit, cum antea non esset, eique animam conjunxit, ut viveret, id ipsum postea restituat, cum mortuum est? Si plus facere potuit, minus facere non potuit? Si Deus per annos quadraginta potuit ita regere populum in deserto, ut nec vestimenta nec calceamenta detrita sint, cur non

(2) Serm. de Assumpt.

vini Noemi transiret hilari volatu. Ecquid porro dicam de Virginis gratia? cæteri homines in peccato concipiuntur, et illa concipitur in gratia: cæteri homines in peccata labuntur, et illa progreditur in gratia, tamquam ex roseis nitoribus aurora consurgens: cæteri homines patrare nova crimina possunt, et illa, qua Dei Mater est, speciali favore patrare crimina vel levia nequit. Tantam ad mortem usque gratiam obtinuit, ut majorem aliam Deus licet omnipotens conferre nequiverit, licet sapientissimus donare nesciverit, licet ditissimus nequaquam valuerit præbere cuiquam. Tantus proinde gratiarum cumulus quædam in Virgine fuit assumptio quæ ipsam in anima simul et corpore in gloriam evexit. Semper in anima et corpore Virginis Deiparæ cælestis gratia nituit, in illa *substantive*, in isto *participative*; semper igitur in anima et corpore Virginis Deiparæ nitere cælestis gloria debebat. Hac gloria corpus, hac gloria Virginis anima gaudet, dum æterno volventur sæcula cursu, penes illum qui semper adest, semperque fuit, semperque manebit.

#### Caput V.

Præclara Joannis Duns Scoti periocha, immaculatum Virginis Conceptum evincens, totam quam adhuc exposuimus, doctrinam claudit.

1. Quo tandem huic 3<sup>æ</sup> parti finem imponamus, singula quæ huc usque retulimus argumenta theologica, ob arctam quam inter se necessitudinem habent, per modum unius in eo mirifico quod Subtilis Doctor pro imm. Conceptu exhibuit, enthymemate comprimimus: (Deus) *potuit, voluit, de-*

*cuit; ergo fecit*, Mariam scilicet a quavis labe peccati singulari privilegio præservavit immunem. Idem pro Assumptione Virginis argumentum reddit. Unde sic (Deus) *potuit, voluit, decuit; ergo fecit*, Mariam videlicet in anima et corpore ad cælum evexit.

Hujusce *majoris* partes singulatim ac paucis discutiamus necesse est. Ordiamur a prima, *potuit*.

2. Illud omne Deum gerere posse fatemur quod nullatenus involvat contradictionem. Res per se clamat. Contradictionis quippe principium est illud ad quod cætera omnia reducuntur, prouti philosophia docemur; ex conceptibus enim *entis et non entis* conficitur quibus reliqui omnes conficiuntur. Omnis namque res vel est vel non est. Hinc quæque principia indirecte hoc primo principio evincuntur: quisquis enim impugnans eorum quidpiam, ad idem simul esse et non esse profitendum cogi denique potest. Quam ob rem contradictionis principium, secus ac Wolfius autumaverit, nempe quod a principio contradictionis scientiæ omnes proficiantur, cæteris principiis cuilibet scientiæ communibus suam largitur firmitatem. Hisce positis, Deum omne quod sapit contradictionem, patrare non posse, et omne quod contradictionem non redolet, patrare posse deprehendimus. Ratio primi deducitur ex eo quod, si Deus contradictorium quidpiam agere possit, quiddam scilicet illi principio contrarium: *Non potest idem simul esse et non esse*, omnibus scientiarum principiis quæ in illo principio sat inclusa videntur, licet infinita polleat sapientia, refr-

garetur. Ratio secundi eruitur ex eo quod, si Deus aliquid nullam redolens contradictionem agere nequeat, sua prorsus destitueretur Omnipotentia, quod absonum pariter est, dictuque nefas.

Porro Virginis Assumptio aliquam involvit contradictionem? vel nobis tacentibus cuilibet consideranti patet: minime quidem gentium. Ergo Marianam Deus moliri potuit Assumptionem. Legimus enim Enoch Deum cum corpore in paradysum transtulisse: Eliam in igneo curru ad cælum cum corpore rapuisse: Habacuc prophetam de Judæa in Babylonem deportasse: Paulum ad tertium cælum (cum corpore an sine corpore non liquet) raptum fuisse. Legimus insuper innumeros sanctos in aera, dum orabant, fuisse sublato. Qua igitur æquitate in aliis longe inferioribus Dei amicis divinam potentiam agnoscere, et suæ ipsimet Matri deesse putamus? — Uterius: multorum corpora sanctorum nec ignis, nec bestia, nec putredo læsit. Trium puerorum innocentium nedum corpora, verum et crines et vestes babylonicus ignis non offendit. Jonam incolumem piscis marinus expuit. Daniel inter medios leones illæsus octiduo perseveravit. Div. Joannis evangelistæ corpus, uti multorum sententia fert, stabile permansit, ita, ut nec putrefactio dissolverit illud, nec vermes sepulcrales illud arrose- rint. Quod autem Deus in suis servis, in Matre patrare non potuit, eo tamen discrimine, ut corpus ejus in corruptum transferretur in cælum?

Huc spectat ratio quorundam ex pa-

(1) Orat. de sanctif.

rentum honore desumpta. Boni filii est honorare parentes, et ab iis, si forte queat, propulsare miserias. Unde filiis vitio verti solet, si hoc negligant, quod absque suo incommodo et cum parentum commodo facere possunt. At Dei Filius potuit absque suo incommodo et cum Matris suæ commodo putredinem mortis ab ea repellere, nec non efficere ut suum corpus in cælo micanti luce coruscaret: id igitur tamquam optimus filius egit. Hinc S. Hippolytus ait: « Qui dixit: *Honora patrem et matrem tuam*, ut decretum a se promulgatum observaret, omnem gratiam Matri et honorem impendit (1). » Et divus Augustinus, vel alius sub hoc nomine scriptor, eadem ferme ratione argumentatur, nempe: potuit excipere Deus ab illa generali sententia Virginem Mariam, *pulvis es, et in pulverem reverteris*: ergo excipit, præsertim cum in hoc conveniant omnes Ecclesiæ doctores (2).

Denique foret in Assumptione contradictio, si Deiparæ corpus simul esse vivum et non vivum, quod nunquam cogitare potuimus. Possibile illud vocatur et est, quod nullam in sui notionem involvit notarum, ut inquit, repugnantiam. Jam vero quæ repugnantia fingi aut concipi potest in eo, quod Deus, qui corpus nostrum condidit seu efformavit, cum antea non esset, eique animam conjunxit, ut viveret, id ipsum postea restituat, cum mortuum est? Si plus facere potuit, minus facere non potuit? Si Deus per annos quadraginta potuit ita regere populum in deserto, ut nec vestimenta nec calceamenta detrita sint, cur non

(2) Serm. de Assumpt.

potuit ita servare corpus Virginis incolume, ut non putresceret, ac deinde resurgeret?

Quæ cum ita sint, qualiter Scotus pro immaculato Virginis Conceptu, et nos pro Virginis Assumptione concludere liceat: *potuit Deus? ergo fecit.*

3. Secunda pars *majoris* sua ipsa evidentia fulget; Deus nempe *voluit*. Enimvero Deus in Ecclesia, nec non in utroque verbo, scripto et tradito suæ voluntatis thesaurum reliquit. Quare fontes ex quibus argumenta sua debet haurire theologus vir ad veritatem statuendam atque vindicandam, duo generatim sunt, immediatus qui ex jugi ac vivo Ecclesiæ magisterio constituitur, per quod agnoscimus mediatum qui est verbum Dei sive scriptum, sive traditum. Si quis igitur voluntatem Dei cognoscere velit, in his duobus fontibus eam quæ humana guttura mire dulcorat, aquam æternæ veritatis attingat. Verum, Romana Ecclesia cæterarum Mater ac Magistra corpoream Deiparentis Assumptionem tradit ac docet. Palmaria prorsus sunt quæ in Missa et Officio Assumptionis perleguntur, alma Romana Ecclesia dictante, conscriptis. Neque intra hujusmodi Ecclesiæ fines nostra veritas sese continuit, sed per omnes mundi plagas invaluit et percrebuit: 1<sup>am</sup> partem hujusce disquisitionis confer. Deus igitur *voluit*, cum Assumptionis incolunitati per summam Rom. Ecclesiæ cæterarumque doctrinam eandem profitentium auctoritatem prospectum consultumque voluerit.

Cujusvis insuper ævi Patres atque Doctores piæ sententiæ adstipulatos esse, magnoque impulsu favere nisi

sunt. Imo nonnulli haud spernendæ auctoritatis eo usque devenerunt, ut Assumptionis veritatem ceu dogma catholicum existimarint. Alia quoque suppetunt monumenta veterum quæ innumera prope sunt: hæc tamquam radii in eo collineant, ut cum immobili romano centro mira consensione copulentur, atque una eademque nitida voce conclament: *Assumpta est Maria in cælum*. Quapropter si Ecclesia et utrumque Dei verbum, traditum et scriptum, nobis media tuta suppeditantur ad divinam voluntatem liquido dignoscendam, hæc est voluntas Dei corporea Virginis Assumptio. Quemadmodum autem voluntas Dei *consequens* semper impletur juxta illud Isaïæ: *Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet* (1), Deus enim infallibiliter vult quidquid vult; cum eodem proinde Scoto dicamus oportet: Deus Assumptionem *voluit? ergo fecit.*


4. Postrema *majoris* pars, nempe *decurrit*, hoc non infirmo superest tenuiter discutienda principio. Sæpe decet hominem facere quidpiam et facit. Re vera. Pharaonem decuit Josephum cui datum divinitus fuit casus aperire futuros, cingere regia purpura et cinxit. Decuit jessæum Vatem, tametsi straverit funda stridente Goliath, Saulem incolumem reddere ac reddidit. Salomonem decuit summo Jehova (qui est), summo Adonai (Dominus), summo Elohim (princeps et judex) qui eum mentis opumque compotem constituit, gemmis auroque micans construere templum, et construxit. Verum, si plura convenient

(1) Cap. XLVI.

homini et iste facit; si plura quoque Deo convenient, Deus facere quoque debet. Denegare quippe Deo nequimus quod concedimus homini; cum nulla perfectio reperiri queat in effectu quæ suo modo locum obtinere nequeat in causa. Decuit igitur maximopere Deum, primam, summam, præstantissimamque causam, in anima et corpore illam ad cælica regna vocare Puellam quæ fuit judæas inter Virgo pulcherrima nymphas, quæ sacro cælitus obumbrante Pneumate, gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. At supervacaneum foret ac tempus inutiliter terere, si materiam substratam itidem persequi mallet; cum vox *decurrit* et *potuit* totam hanc 3<sup>am</sup> partem comprehendat, quemadmodum vox *voluit* totam 1<sup>am</sup> et 2<sup>am</sup> partem attingit. Unde, quum Deus potuerit, voluerit, decuerit, Virginem Mariam cum anima et corpore cælestibus irradiare fulgori-

bus, vere quidem ad gloriam hanc singularem accersivit, evexit, excepit. Subtilis proinde Doctor pro Assumptione Virginis illa nobis aurea verba suppeditat, quæ ipsimet minoritæ pro immaculato Virginis Conceptu decies repetita placebant: *potuit, voluit, decuit; ergo fecit. Potuit* in multitudine virtutis suæ, *voluit* secundum propositum consilii sui, *decurrit* propter divitias bonitatis suæ; *ergo fecit*, ut Virgō Maria fuisset et quasi non esset; fuisset ab æternitate primogenita ante omnem creaturam, fuisset in tempore quavis integra labe peccati, fuisset in plenitudine temporis proprie vereque theotocos, fuisset in vitæ ac passionis Christi curriculo individua comes; et quasi modo non esset, in hoc scilicet mundo quoad animam et quoad corpus: fecit quippe Deus, ut de utero transferretur ad tumulum, et de tumulo tota pulchra, pulchra in anima, pulchra in corpore transferretur ad cælum.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL

## PARS QUARTA POLEMICA

### PRÆNOTIO

1. Almæ Virginis Assumptio veritatis culmen attingit, si nonnullæ antidicomarianitarum difficultates et sophismata diluantur. Quemadmodum quippe sol, omni nube de cælo propulsa, majori lumine fulget; ita cuiuscumque veritatis lux, omni difficultatis nube sublata, majori jubare majorique venustate coruscat. Nil isto vero verius; quum, teste Aristotele (1), non satis plene sit veritatem adstruere, nisi etiam causam falsam assignaveris, illamque toto nisu refutaveris. Unde postulat recte instituta methodus adversariorum arguere falsitatem, eorumque non tam argumenta quam deliramenta penitus improbare. Nequit igitur theologus vir ad unguem suo munere fungi, nisi sedulam navet operam, ut difficultates in rem suam invecas solerter expendat, et illam ex adversariorum impetu tueatur. Ex quo id lucri recipit, ut sua veritas majore in luce ac soliditate collocetur. Quare fit, ut et nos thesin hanc disputa-

(1) Lib. 7 ethicorum.

tive tractantes, majus exinde robor lumenque trahamus.

2. Hæc pars quarta nostræ thesios impetit præcipue novatores qui, cum omnem pudorem exuerint, Luthero ex-monacho et stigmatico Calvinino dueibus, omnem traditionis auctoritatem, ne dicam cogitationem expunxerunt, adeo, ut adversus omnem catholicam veritatem, quas inter Assumptio Virginis, per traditionis vehiculum agnitam furenti rabie venenata jacula torserint. Et ætate hac nostra cum protestantismus omnia sus deque vertat, illa contra traditionem quamlibet sæva pugna recrudit. Et has tenebras serere, quo Dei Ecclesiam reformarent. Veri reformatores vel melius destructores!! Domum incenderunt ad eam a sordibus purgandam. Quis risum tenere queat? Sed nedum hæretici, verum et alii qui, etsi fidem catholicam dent, suo prorsus ingenio confisi Deiparæ Virginis Assumptionem vanis conjecturis detrectant. Horum omnium nefarias calumnias refellere singilla-

tim oportet. Veritatis enim hoc peculiare munus est, ut errorem intrepido Marte perstringat, illumque detegat, expugnet, confundat.

3. Tu, o mea Diva Deipara Virgo, ad ultiores labores mihi præbe vires, et, gratia cælitus impetrata, intellectum illustra, calamum gubernas, stylum dirige, ut tuis encomiis digna promam, et ipsos adversarios tuos ad tui amorem compellam. Eam, partim, ingenii vim, illudque, partim, pro Assumptione tua mihi confer acumen, quod a Te pro Imm. Conceptu Jo. Duns Scotus accepit. Isthic adversæ partis tutoribus, uti refert Pelbertus Temestarius, se opposuit

ingeniosissimus doctor; magnum fuit pondus argumentorum quibus impetebatur, erantque numero 220: omnia sine interruptione, quieto et tranquillo animo solerter audivit, et mirabili suo ordine resumpsit, solvendo intricatas eorundem difficultates et nodosos syllogismos ea (opinor) facilitate qua Samson Dalilæ ligamina in gratiam philistinorum posita dirupit. Actus obstupescit sapientissimam illam Universitatem parisiensem quam penes ille Marianus apologeta disputationem habuit, adeo, ut in gratificationem istum celeberrimo nomine *Doctoris Subtilis* condecoraverit.

## OCCURRITUR IMPUGNANTIUM TELIS

### QUÆ CONTRA PRIMAM PARTEM DIRIGUNTUR

#### I. DIFFICULTAS

contra 1 caput Prodrromi, nn. 1-2-3 seqq.

1. Argumentum quod ex nominis radice capitur, tenuem nullamve prorsus habere vim potest. Enim vero *Assumptionis* nomini *Mortis*, *Pausationis*, *Somnii* vel *Dormitionis* nomina refragantur. Primum quidem ab Euchologio græcorum, prout Ugo Menardus animadvertit (1); secundum ex codicibus per ven. Card. Thomassinum in lucem editis, in quibus aperte legitur: *Solemnia de Pausatione S. Mariæ*, ut antiqua kalendaria romana silentio premam; tertium denique nomen ex innumeris monumentis quæ Theodorus Balsamonius collegit (2), solis luce clarius eruuntur. Ergo.

Ast perperam: *Mortis* enim, *Pausationis*, *Somnii* vel *Dormitionis* nomina sic facile cum *Assumptionis* nomine componenda putamus. Et primum *Assumptioni* non officit *Mors*: vel quia per synecdochen etiam *Mors* vocatur *Assumptio*, quum *Ecclesia* in *Assumptionis* die *Mortem*, *Resur-*

(1) In Sacrament. d. Gregorii.

rectionem et *Assumptionem* copulatum celebret; vel quia mors Virginis accipi seorsim potest, cum plura Martyrologia diversis plane diebus *Assumptionem* a *Morte* separaverint: ita vetus occidentalis Ecclesiæ Martyrologium a Florentino typis excussum, ut alia prætermittam, die 18 januarii *Mortem* et die 15 augusti celebrat *Assumptionem*. Hinc locus objectus quoad primam partem in alterutro modo resolvi facile potest.

2. Ad *Pausationem* autem quod attinet, sciendum nobis est, quod in exordio beatificationis ven. Card. Thomassini quidam Consultor animadverterit et objecerit, perillustrem Cardinalem veterem edidisse codicem in quo ista verba leguntur: *Solemnia Pausationis beatæ Mariæ Virginis*, et inde pro memorato ven. Thomassino nihil secunda conclusit iudicia. Verumtamen quidam suus conreligiosus Clericus Regularis in aureo libello quem ann. 1723 in lucem Panormo dedit, eum ab hac labe gravium rationum munimine defæcarenisus est. 1° Quia pluries Ecclesia

(2) In Can. 3 Apostolorum.

tim oportet. Veritatis enim hoc peculiare munus est, ut errorem intrepidum marte perstringat, illumque detegat, expugnet, confundat.

3. Tu, o mea Diva Deipara Virgo, ad ultiores labores mihi præbe vires, et, gratia cælitus impetrata, intellectum illustra, calamum gubernas, stylum dirige, ut tuis encomiis digna promam, et ipsos adversarios tuos ad tui amorem compellam. Eam, partim, ingenii vim, illudque, partim, pro Assumptione tua mihi confer acumen, quod a Te pro Imm. Conceptu Jo. Duns Scotus accepit. Isthic adversæ partis tutoribus, uti refert Pelbertus Temestarius, se opposuit

ingeniosissimus doctor; magnum fuit pondus argumentorum quibus impetebatur, erantque numero 220: omnia sine interruptione, quieto et tranquillo animo solerter audivit, et mirabili suo ordine resumpsit, solvendo intricatas eorundem difficultates et nodosos syllogismos ea (opinor) facilitate qua Samson Dalilæ ligamina in gratiam philistinorum posita dirupit. Actus obstupescit sapientissimam illam Universitatem parisiensem quam penes ille Marianus apologeta disputationem habuit, adeo, ut in gratificationem istum celebrissimo nomine *Doctoris Subtilis* condecoraverit.

## OCCURRITUR IMPUGNANTIUM TELIS

### QUÆ CONTRA PRIMAM PARTEM DIRIGUNTUR

#### I. DIFFICULTAS

contra 1 caput Prodrromi, nn. 1-2-3 seqq.

1. Argumentum quod ex nominis radice capitur, tenuem nullamve prorsus habere vim potest. Enim vero *Assumptionis* nomini *Mortis*, *Pausationis*, *Somnii* vel *Dormitionis* nomina refragantur. Primum quidem ab Euchologio græcorum, prout Ugo Menardus animadvertit (1); secundum ex codicibus per ven. Card. Thomassinum in lucem editis, in quibus aperte legitur: *Solemnia de Pausatione S. Mariæ*, ut antiqua kalendaria romana silentio premam; tertium denique nomen ex innumeris monumentis quæ Theodorus Balsamonius collegit (2), solis luce clarius eruuntur. Ergo.

Ast perperam: *Mortis* enim, *Pausationis*, *Somnii* vel *Dormitionis* nomina sic facile cum *Assumptionis* nomine componenda putamus. Et primum *Assumptioni* non officit *Mors*: vel quia per synecdochen etiam *Mors* vocatur *Assumptio*, quum *Ecclesia* in *Assumptionis* die *Mortem*, *Resur-*

(1) In Sacrament. d. Gregorii.

rectionem et *Assumptionem* copulatum celebret; vel quia mors Virginis accipi seorsim potest, cum plura Martyrologia diversis plane diebus *Assumptionem* a *Morte* separaverint: ita vetus occidentalis Ecclesiæ Martyrologium a Florentino typis excussum, ut alia prætermittam, die 18 januarii *Mortem* et die 15 augusti celebrat *Assumptionem*. Hinc locus objectus quoad primam partem in alterutro modo resolvi facile potest.

2. Ad *Pausationem* autem quod attinet, sciendum nobis est, quod in exordio beatificationis ven. Card. Thomassini quidam Consultor animadverterit et objecerit, perillustrem Cardinalem veterem edidisse codicem in quo ista verba leguntur: *Solemnia Pausationis beatæ Mariæ Virginis*, et inde pro memorato ven. Thomassino nihil secunda conclusit iudicia. Verumtamen quidam suus conreligiosus Clericus Regularis in aureo libello quem ann. 1723 in lucem Panormo dedit, eum ab hac labe gravium rationum munimine defæcarenisus est. 1° Quia pluries Ecclesia

(2) In Can. 3 Apostolorum.

*Mortis, Pausationis ac Dormitionis* nomina indiscriminatim usurpat, ut in Virgine Deipara depromeret Assumptionem. Et ego, si lubet, hoc pariter adjungam: quandoque nomina non id quod suum etymon requirit, verum id quod sibi vindicat usus, quem penes arbitrium est, et jus, et norma loquendi (1), significare ponuntur. 2° Quia ven. Cardinalis ad typos transire satagit pervetustum gelasianum codicem in quo pluries hæc verba repetita leguntur: *Assumptio beatæ Mariæ Virginis*. 3° Quia nomen illud *Pausatio* nil aliud sibi vult quam illud breve spatium inter mortem Virginis et suam resurrectionem, in quo corpus ejus contumulatum jacuit: cui et nos, quin paulisper Assumptioni refragemur, assentimur. Hucusque cl. auctor ille. Sensum vocabuli *Pausatio* ita P. Frasiens declarat: « Vocabulum *pausatio* non obscure mysterium assumptæ Virginis in cælum significat. Pausarius enim latine dicitur, qui pausam voce designat. Sic qui symphonice præest, ac signo pausas indicit, quo musicus contentus ad artis regulas citiori vel tardiori modulatione edatur, pausarius potest appellari. Unde *pausatio* in præsentī materia non incongrue designaret exigui temporis moram, qua inter animum receptumque beata Virgo corpus, in sepulcro jacuerit, ac veluti pausam quamdam fecerit, adeo ut, si cæteri sancti in Domino dormire, ipsa vero, ut Beda loquitur, pausasse tantum dicatur (2). » Id

(1) Horatius de Arte Poetica.

(2) Scotus Academicus p. II de divin. Celebr. Incarnat., Disp. 3, art. 3, Sect. 3, 9, 5, § 1.

pariter ex D. Gregorii Capitularibus in Evangelia luculentius evincitur. Ibi namque voces *Assumptio* et *Pausatio* promiscue usurpantur; illa quater, ista vero ter in eadem pagina eandem sententiam declarant.

3. Nec denique mirum, si nonnulla veterrima monumenta non de Assumptione Virginis, sed de *Somnio* vel *Dormitione* perloquantur. Hæc sane nomina, dummodo fidem sapientioribus præstare velimus, censerī synonyma debent. Benedictus XIV sapientissimus Pont. Max. rite monet, Assumptionem et *Somnium* vel *Dormitionem* idem plene significare: « Sumat, » inquit, « quisquis voluerit suam operam in vetustis monumentis excutiendis, in quibus hæc festivitas appellatur dormitio, ac illud responsum habeat in hac quæstione idem valere dormitio ac assumptio (3). » A qua Lambertini sententia nihil distat opinio Rocchæ: « Dormitio itaque, » ait, « beatæ Mariæ semper Virginis, ut huic rei finem imponamus, absque ullo dubio, non nisi pro ejus in anima et corpore post mortem in cælum assumptione censeatur (4). » Id quoque tenet Jacobus Pamelius scribens: « Certe dormitionis sive assumptionis festum celebratum constat ab ætate div. Augustini et Hieronymi (5). » Huc animadverto, ætate Pameli sermone Pseudo-Augustini et Pseudo-Hieronymi nondum inter apocryphos fuisse amandatos. Neque ab his parumper discrepat P. Michael Lequien: dili-

(3) De fest. B. M. Virg. lib. xxii, cap. 22.

(4) Tom. I, Edit. Rom., an. 1719, pag. 213.

(5) In not. ad Ep. S. Cypr. xxiv ad fin., n. 13.

gener admonet, quod D. Germanus aliique magno numero qui ante Damascenum vixerint, de *Dormitione beatæ Virginis, ejusque rediivæ in cælos Assumptione* sermones habuerunt (1). Lambecius præterea laudandus qui objecta diluens, scribit: « Fuerunt enim olim, qui, ut sanctus Epiphanius in refutatione Anticomarianitarum testatur, Deiparam cruentum christianæ fidei subiisse martyrium crediderunt, et gladio occubuisse, idque apud S. Lucam significari: *Ecce hic positus est in ruinam*, etc. Ut itaque ecclesia græca hanc quoque falsam opinionem a se improbari innueret, merito dulcissimam B. Virginis mortem significantissimo vocabulo *obdormitionis* appellare censuit (2). » Hinc voces *Dormitio* et *Assumptio* verbo tenus nequaquam vero re discrepant.

4. Ratio vero quare nomina *Mors, Pausatio, Somnium* vel *Dormitio* antiquitus obtinuerint, et labentibus sæculis magis magisque vigerit *Assumptio*, percepi sane poterit. Ecclesia quæ sola veram sapientiam apprime callet, expendens optime rem, Deiparæ festum die 15 augusti recurrens *Assumptionem* congruentius quam *Mortem, Pausationem, Somnium* vel *Dormitionem* vocari posse autumavit; *Assumptionis* namque nomen illud mysterium quod magis illa colendum discipit, Mariam videlicet in anima et corpore ad cælestem aulam sublimerit eveclam, summa cum perspicuitate depromit. Ven. Petrus Canisius nobis in hac cogitatione præ-

(1) In Ed. Opp. d. Joan. Damas., t. 2, p. 857.

(2) In Diar. Sacr. itineris Cellers., n. 87.

ivit: « Quorundam sane opinio, aut hæsitatio nihil impedit, quominus hodie nos præsentī Ecclesiæ adhæreamus, ut cum ea ipsa de corporali Mariæ Assumptione certius credamus, et confidentius definiamus, et apertius protestemur, quam primis illis nascentis Christianismi sæculis factum est. Etenim Ecclesia, uti supra monstravimus, successu temporis auget sapientiam, duceque Spiritu sancto, a quo semper regitur et eruditur, e posterioribus Conciliis, majoreque consensu Doctorum illustriorum veritatis lumen accipit et ostendit (3). » Aliam Lambecius rationem addit: « Ecclesia occidentalis nuncupat assumptionem, nempe primo quidem, ut hoc ipso nomine damnet eorum hæresim, qui sanctæ Dei Genitricis receptionem in cælum ad animam ipsius tantum, non vero simul etiam ad corpus pertinere existimant; secundo ut differentiam indicet inter Christum ut Deum et hominem, cujus anima una cum corpore non aliena, sed propria virtute in cælum ascendit, unde ea solemnitas proprie ascensio dicitur, et inter beatam Virginem Dei Genitricem humana natura præditam, quæ non suapte natura a mortuis surrexit et ascendit in cælum, sed a Filio suo et a morte suscitata et in cælum translata est (4). » Quod si, ut par est, græcis *Dormitionis* satius quam *Assumptionis* vocem in deliciis revera fuisse dicamus, id factum prorsus est, ne marcionitis qui Mariam angelicam sumpsisse naturam docebant, et collyridianis qui Virginem eandem di-

(3) In lib. de Maria Virg. Deip.

(4) In op. supra cit.

vino prosequantur honore, facilem desipiendi præberent opportunitatem.

5. Joannes Lannojus, assumptæ Virginis infensissimus hostis, nil lucri recipiens ex verbis *Mors, Pausatio, Somnium* vel *Dormitio*, ipsummet verbum *Assumptio* temerare connititur; ait enim: vox *Assumptio* magis ad incorpoream quam ad corpoream rem, qualibet scientia testante, refertur. Sic gratia speciminis, *aliquid sibi laudis assumere, artem sibi assumere, assumere voluptatem*, romani sunt phrasæ Oratoris; *assumere vires* passim Nasonis carmina legunt; et ipse Cornelius Tacitus ab hac elocutione nequaquam abhorret *spem assumere*. Quod dicendi genus neque novum sacris Bibliorum scriptoribus videtur; legimus quippe: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* (1). Et alibi: *Assumptaque parabola sua dixit* (2), et ita porro. Id Patres itidem docent: Gregorius turonensis S. Aviti *assumptionem* memorat (3); Eusebius cæsariensis de Constantino Augusto scripsit, illum *fuisse in Deum assumptum* (4); et Gregorius nazianzenus Gorgoniam sororem suam in cælum *assumptam esse* tradidit (5). Igitur cum vox *Assumptio* magis rem incorpoream quam corpoream attingat, sublationem ad cælos cum anima, minime vero cum corpore declarat.

Hæc ipercritici Launo studio ac labore nefando collecta tanti non sunt facienda, ut nos de pia sententia de-

(1) Exod. xix, 4.

(2) Num. xxiii, 7.

(3) De glor. Confess., cap. xlvi.

(4) De vit. Constantin., cap. lxi.

trudere possint. Re quidem vera. Etsi veteres latini scriptores, ipsæ sacre Litteræ, et Ecclesiæ Patres metaphoricis sensu prædictas phrasæ usurpaverint; nihilo tamen secius *assumptio* vel *assumere* rei corporeæ sublationem proprie vereque significat, ut in thesi probavimus: quamquam non de voce tantum, quantum de sensu, nempe de idea quam voci huic nectit Ecclesiæ; non de signo sed de re significata magis atque magis nostra disceptatio versanda sit. Hanc autem Ecclesiæ mentem, rem hanc *Assumptionis* vocabulo designatam uno Ecclesiæ ipsius magisterio poterimus assequi: nullus enim fidelior sermonis interpres ipso auctore loquente. Unde quoad vocis *Assumptionis* sensum interrogemus Ecclesiæ oportet. Pulcre quidem doctissimus Lambertinus: « Ecclesiæ in assumptionis festo legit SS. Joannis Damasceni et Bernardi homilias, in quibus disertissime traditur, beatam Virginem anima et corpore in cælum fuisse assumptam, quod quidem indicio et argumento est, Ecclesiæ hanc amplexam esse sententiam (6). » Et Baronius similiter ait: « Dei Ecclesiæ propensior in eam partem videtur, ut una cum corpore assumpta sit in cælum. Nam in hujus celebritate illas sanctorum Patrum homilias legendas tradit, quibus ea de Assumptione affirmantur (7). » Hinc, quantum a rei veritate se Lannojus elongaverit, planum fit.

(5) In paneg. Gorgoniæ sor.

(6) De fest. B. M. Virg. lib. ii, c. viii, art. 17.

(7) In Notis ad Martyrol. Romanum in die xv Augustis.

## II. DIFFICULTAS

contra 1 caput primæ partis Chronicon, n. 2.

1. Heic impetitur ex adversariis RR. Pontificum auctoritas; effutiunt enim: ætate D. Leonis magni illud quod Virginis Deiparentis in valle Josaphat monumentum venditatur, jam fuerat detectum; nihilominus ad Juvenalem hierosolymitanæ ecclesiæ patriarcham sanctissimus ille Pontifex scribens (1), variisque D. N. J. C. titulis seu monumentis commemoratis, de B. M. V. tumulo alte silet: quod non ageret, si Deiparæ Virginis Assumptionem profiteretur.

Quid inde vero? nullum prorsus opinioni nostræ hac de causa incommodum obvenit. Quandoquidem sancti Leonis epistolam diligentius adversarii nostri decurrant, et cum Santino intelligent, totum in eo fuisse Pontificem, ut carnis D. N. J. C. realitatem adstrueret, et ea proinde delibasse tantummodo, quæ ad Christum verum hominem declarandum faciebant, aptioraque videbantur, uti sunt loca nativitatis ejus, magorum adorationis, sepulturæ, in cælum ascensionis, et alia ejusdemmodi. Quapropter hisce rite compositis, tota corruere prospicitur difficultas.

2. Huc tamen devicti, arma illuc capessere moliantur adversarii. Quinto labente sæculo, inquit, romana Synodus cui Gelasius præfuit, canonem edidit de retinendis rejiciendisve libris, atque secernens authenticos ab apocryphis, librum cui titulus: *De*

(1) Epist. 78, quæst. 1, 2.

*transitu beatæ Mariæ Virginis*, inter spurios relegavit. Ergo, inferunt adversarii, opinionem profitentium corpoream Deiparentis Assumptionem Gelasium pontificem damnasse atque proscripsisse: memoratus enim liber veritatem hanc docet passim et tradit.

Hoc Gelasii judicium haudquaquam contemnendum, immo et laudandum potius est. Non paucas enim libellus ille circumstantias continet, quæ aniles prorsus fabulas sapiunt, quemque cum ob id præsertim Gelasius proscriberet, corpoream Deiparentis in cælos Assumptionem pariter rejecisse neutiquam arbitraris; ex romanæ quippe Synodi tempore plurimos sententia illa nacta est fautores. Quod eousque verum ut ipse Gelasius qui librum inter spurios amandavit, in Sacramentario Assumptionis festum exceperit, et summa cum laude commendaverit.

3. Ulterius: ea orationis verba Gregorii magni *nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*, quæ obvio planoque sensu ex communi catholicorum sententia corpoream Deiparentis Assumptionem innuunt, de peccatorum *nexibus* a quibus soluta Virgo Maria fuit, Joannes Lannojus intelligit (2), ut auctoritatem Gregorii quam nos retulimus, in favorem assumptæ Virginis eliminaret.

At pace tua, Lannoje, dixerim: ejusmodi nobis haud arridet interpretatio, quam cum Suarezio cuncti pene theologi valde fastidiunt atque proscribunt. Et optima sanè ratione. D. Gregorius nihil aliud innuere voluit, nisi eam fuisse tantæ Matris sin-

(2) Judic. de contro. Martyrolog.

gularem prærogativam, ut præter communem cæteris quibuscumque justis legem, ejus corpus non fuerit *mortis nexibus* depressum, sed liberum ab illis remansisse, quod certum illius in cælum designat ascensum. Hujus autem privilegii eam attulit rationem, quod non esset *mortis nexibus* deprimenda, quia de se Filium Dei genuit incarnatum. Launojum ejusque, si qui forte sint, asseclas Roncaglia refellit: « Non defuerunt, » ait, « qui sacramentarii verba, *nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*, sic acceperint: nec tamen nexibus mortis, idest peccati, quod mors audit, deprimi potuit (1). » Quum vero gregorianam orationem de corporali Virginis morte jam clar. exposuisset auctor, falsam esse novissimam explanationem liquido constat. — Launoi glossam Serry quoque carpit: « Is porro, » sic ille, « *mortis nexibus*, quibus non est depressa Virgo, quid certius veriusque, quam corporis resolutionem, corruptionemque intelligamus, quas ipsa triumphali in cælos adscensu devitavit? Quod enim *mortis nexibus* peccati intelligi dicunt aliqui levitatis plenum est. Hos enim *mortis nexibus* Gregorius intelligit, qui cæterorum justorum mortem communi lege consequuntur. Quis vero peccata justorum mortem consequi sibi fingat, quum potius morte ipsa felicem quamdam impeccantiam justis quilibet sortiantur (2)? » Ab hac laudati nuper scriptoris sententia non multum sapientissimus pontifex Benedictus XIV abludit, scribens: « Nec enim alius

(1) Ad hist. Nat. Alex. sæc. II, cap. IV, § unic.  
(2) Exercit. LVI, in 6.

tribui potest sensus illis verbis *nec mortis nexibus*, quam ut corporis corruptionem significant, a qua per triumphalem in cælum assumptionem suam liberata est (3). » Et longa oratione jam antea B. Albertus magnus idem commentum refutabat disserens: « Modo quæritur quid appellatur *nexus mortis*. Vel est bonum vel malum, quia omnis boni capax fuit. Item bonum non deprimat, sed elevat: ergo *nexus* non nominat ibi aliquid boni. Si autem est malum, aut est malum culpæ, aut malum pœnæ; non est malum culpæ, quia mors non est *nexus* ad culpam, quia post mortem non est status culpæ, sed pœnæ. Item nihil dictum esset, quod post mortem non posset peccare, quia esset mater Dei, cum post mortem nullus peccet. Si autem est malum pœnæ, quæro quam pœnam importet. Non gehenna, quia ad illam non nequit mors, quia multi moriuntur, qui non vadunt ad gehennam. Eadem ratione nec ad purgatorium, quia multi moriuntur, qui non vadunt ad purgatorium; nec etiam potest dicere pœnam temporalem, quia ad illam non nequit mors, sed absolvit ab illa. Nam non potest dicere pœnam mortis, quia B. V. vere mortua fuit; ergo relinquitur, quod non potest significare nisi incinerationem. Ergo ait sensus, non potuit *nexibus mortis deprimi*, idest non potuit incinerari, et, nisi statim surrexisset, fuisset incinerata, ut alia corpora (4). »

4. Germano hucusque græcorianæ orationis sensu vindicato, adhuc su-

(3) De fest. B. M. Virg. lib. II, cap. VIII, n. 17.  
(4) Quæst. cxxx super *Missa est*, etc.

perest ut et pauca de ejusdem authenticitate quam idem Launojus impetit, disseramus; iste namque scribit: « Et hæc omnia Gregorii non esse, sed alterius, qui librum sacramentorum Gregorii interpolavit. Grimaldus abbas olim admonuit in præfatione libri, quem ipse de sacramentis edidit: Hucusque, inquit, præcedens sacramentorum libellus a beato Gregorio papa constat esse editus, exceptis his, quæ in eodem in Nativitate vel Assumptione beatæ Virginis, et præcipue in quadragesima, et virgulis antepositis lectoris inveniet jugulata solertia. Jacobus Pamelius in Tom. II. Liturgicon adversus illa verba, quæ nunc Gregorii liber sacramentorum habet, apposuit: Hoc officium, Vigilia assumptionis, et sequens ex præfatione libri II qui est Grimaldi, constat non esse Gregorii (1). »

Nequidquam nos Grimaldi auctoritate compulsus, vetustioribus authenticioribusque codicibus qui D. Gregorio adscribuntur, fidem omnem adjungimus. Cæterum cum ipse Grimaldus dicat: *Exceptis his, quæ virgulis antepositis, lectoris inveniet jugulata solertia, collectam Veneranda* cæterasque preces quæ apud antiquiora reperiuntur exemplaria, fortasse non respuit, sed quatuor illas dumtaxat respuisse videtur, quas recentiores capiebant codices. Ad hæc pro gregoriani sacramentarii authenticitate militat jus venerandæ traditionis. Inde responsio fit Antonio Ludovico Muratorio, autumanti, orationem illam *Veneranda* posteriori ævo fuisse codi-

(1) Loc. sup. cit.  
(2) Lit. hist., cap. V, col. 59, tom. I.

cibus assutam (2). Immo juxta nonnullorum placita neque Gelasius, neque Gregorius sacramentarium auctores fuere, sed quæ extabant et circumferantur, emendarunt, in accuratioris formam redegerunt. Quæ ex opinione fluit, orationem *Veneranda* de qua lis est, leoniano vel antiquioribus sacramentariis contineri.

### III. DIFFICULTAS

contra idem caput, n. 3.

1. Gregorii magni temporibus initium sumpsisse videtur jejunium Assumptionis, propterea quod in ejusdem sacramentario sive vigiliæ, sive hujusmodi diei festi divinum legitur officium et psalmodia. Quin imo Pamelius observat, jejunium illud esse vetustius: extat enim in ambrosiano ritu ducentis annis ante sacramentarium gregorianum. Ista delibavimus in 1<sup>o</sup> capite 1<sup>æ</sup> partis. Verum Joannes Tsonto, mirabilem hanc vetustatem oppido minuens, hujus jejunii Leonem IV qui ann. 847 pontificatum capessivit, auctorem esse contendit.

Sed immerito. Quandoquidem si romanam iste cathedram ann. 847 conscenderit, quam ultra octo annos tenuit rexique, ac tribus elapsis Benedicti III pontificatus annis, romanus pontifex Nicolaus I inauguratus fuerit; qua ratione jejunium hoc antiquitus in romana Ecclesia celebratum (3) Nicolaus traderet, si vix decem abhinc annis, a Leone nempe fuisset institutum? His adde Gellonense

(3) Cap. IV in Collect. Concil. Labbæi tom. VIII, pag. 518.

sacramentarium (Benedictini cœnobii), quod juxta Martene (1) Leone IV vetustius est, quippe quod, ut cætera sacramentaria, ann. 790 conscriptum est: in illo autem sacramentario jejunium Assumptionis festivitati præmittendum sancitur. Re namque vera vel ab ipso sæc. VI in Gallia solemnitas Assumptionis cum vigilia celebratur; siquidem Gregorius turonensis ait: « Hæc festivitas sacra mediante mense undecimo celebratur. Nunc in oratorio Marianensis Arvernii territorii ejus reliquæ continentur. Adveniente vero hac festivitate, ego ad celebrandas vigilias ad eum accessi (2). » Ad diem XIV augusti martyrologium Bedæ posteriori ætate de jejunio hoc mentionem facit. Ast verum ne in exploratissima re multus videar, pervigilium atque jejunium Assumptioni festivitati præcedens *ab immemorabili* fuisse in Ecclesia institutum, luculentissime patet. Toto proinde cælo Joannem Tsonto fefellit opinio, singulariter opinantem, jejunii hujus Leonem IV fuisse auctorem, secus ac nos evincendum assumpsimus.

## IV. DIFFICULTAS

*contra idem caput, n. 4.*

1. Adversarii micantissimo romanæ Ecclesiæ nitore percusi, aliam quam ex eodem capite sumunt, difficultatem urgere nituntur. Ab Officio romano, inquit, pro Virginis Assumptione capitur argumentum. Quod si verum dicere malis, nullum prorsus habere potest robur. In eo siquidem

(1) Cons. E. Martene de antiq. Eccl. ritib. l. IV, cap. 83.

Officio lectiones D. Marcellini testantur, hunc Papam diis falsis thuris honorem tulisse; quum isthæc opinio, magna illustrium DD. caterva testante, penitus obsoleverit.

Utro libenterque fatemur, in Officio romano quoad lapsum D. Marcellini gravem omnibusque sapientibus claram irrepsisse mendam. Quare minutam elucubravit orationem qua D. Marcellinum a quavis idololatriæ macula expertem declarare pro virili satagemus. At perpendendum nobis est: quantumvis Breviarium Romanum summa prosequi debeamus devotione ac observantia quoad ipsa pariter historica facta: « attamen ita ut vetitum existimari non possit, debita cum modestia et gravi fundamento quæ occurrunt in factis historicis, difficultates exponere, easque judicio Sedis Apostolicæ supponere, ut eorum veritatem et robur perpendat, si quando manus iterum admoveatur ad Breviarii Romani correctionem. » Ita Benedictus XIV (3). Quare nos tanti sapientis viri, tantique rom. Præsulis auctoritate pellecti ad S. R. Congregationem nuper memoratam latinam demisimus monographiam de commentitio lapsu D. Marcellini pertractantem. Unde, sicut Ecclesia vel Pius V in Officio Assumptionis ex secundo nocturno lectiones Pseudo-Hieronymi qui Assumptionem in dubium vertit, expunxit; sic gerere se poterit quoad div. Marcellini lapsum.

2. De historia tamen assumptæ Virginis non idem ferendum est judi-

(2) De gloria Mart. lib. I, cap. IV.

(3) De SS. Beatificat., lib. IV, p. 2, c. 13.

Hinc misera detecta mariomastigarum æquivocatione, totum ruit argumentum inde confectum.

## V. DIFFICULTAS

*contra idem caput, n. 5.*

1. Nihilominus adversarii pergunt, cum contra petram infrangibilem more suo plura torserint insana rabie tela. Assequi non possumus quod in fine capitis dicitur, auctoritatem nempe rom. Ecclesiæ, quoniam Assumptionis veritatem deduxit in praxim, agnoscendam esse firmiorem. Etenim qui plane hospes in disciplinis theologicis non sit, optime noverit, Ecclesiam in his instituendis quæ ad cultum et consuetudinem spectant, ratione aut probabili aut probabiliori posse moveri, prout vel ipse Vasquezus animadvertit (1). Quæ cum ita se habeant, liquidum fit, auctoritatem rom. Ecclesiæ firmiorem non esse, quum pariter eam moveat ratio praxeos.

Falluntur et fallunt. Doctrina rom. Ecclesiæ super firmam innititur basin. Doctrina igitur et praxis ejusdem super firmiorem basin debet inniti. Ratio liquet in illo apud physicos vulgato axioma: *Vis unita fortior*. Quoad autem Vasquezii doctrinam, hæc id unum evincit, usum sive praxim Ecclesiæ in se spectatam minime constituere catholicum dogma, neque istud necessario supponere, id quod et ipsimet sentimus. At exinde nequit inferri, praxim illam atque consuetudinem nullius esse momenti. Re sane vera. Sæpius Ecclesiæ PP. atque DD. ex universali consuetudine deducebant doctrinam Ecclesiæ quoad articulum

cium: illa namque Virginis Assumptionis nedum pertinet ad historiam, prout lapsus div. Marcellini, in qua irrepere possunt errores; verum etiam ecclesiasticum cultum attingit, in quo, Deo Ecclesiam suam protegente, nulla prorsus errata contingunt. Res per se loquitur. Ecclesia romana div. Marcellinum beatifica visione perfruentem colit, neque hic cultus ad historica porrigitur adminicula. Virginis autem Assumptionem rom. Ecclesia veneratur, ita, ut de hoc historico facto, de Virgine scilicet in anima et corpore in cælum assumpta, suus omnino cultus versetur.

3. Auctores insuper utriusque historiæ in rom. Officio sunt apprime distinguendi. Prior enim (auctor scilicet historiæ div. Marcellini) est incognitus et ideo fortassis rerum historicarum nescius; et posterior (nimirum auctor Assumptionis historiæ) est agnitus omnino, cujus tantummodo nomen grandis auctoritas est: DD. Joannes Damascenus et Bernardus. Addendum insuper est, quod historia div. Marcellini dumtaxat ab Officio referatur, quin Ecclesia, Patres cæterique Doctores viva voce hunc lapsum unquam memorarint. Sed Assumptionis historia nedum in Officio, verum et in aliis sexcentis publicis actis rom. Ecclesia semper agnovit, et adeo venerata est, ut de manu ad manum, qualiter eam excepit, ad præsentem usque tradiderit ætatem. Nec satis: infinitis namque propemodum monumentis mirifice commonitur, nec non innumerabilibus congruentiæ momenti harmonice declaratur.

(1) Tom. III in 3 p. S. Thomæ, disp. 227, c. 3.

sacramentarium (Benedictini cœnobii), quod juxta Martene (1) Leone IV vetustius est, quippe quod, ut cætera sacramentaria, ann. 790 conscriptum est: in illo autem sacramentario jejunium Assumptionis festivitati præmittendum sancitur. Re namque vera vel ab ipso sæc. VI in Gallia solemnitas Assumptionis cum vigilia celebratur; siquidem Gregorius turonensis ait: « Hæc festivitas sacra mediante mense undecimo celebratur. Nunc in oratorio Marianensis Arvernii territorii ejus reliquæ continentur. Adveniente vero hac festivitate, ego ad celebrandas vigilias ad eum accessi (2). » Ad diem XIV augusti martyrologium Bedæ posteriori ætate de jejunio hoc mentionem facit. Ast verum ne in exploratissima re multus videar, pervigilium atque jejunium Assumptioni festivitati præcedens *ab immemorabili* fuisse in Ecclesia institutum, luculentissime patet. Toto proinde cælo Joannem Tsonto fefellit opinio, singulariter opinantem, jejunii hujus Leonem IV fuisse auctorem, secus ac nos evincendum assumpsimus.

## IV. DIFFICULTAS

*contra idem caput, n. 4.*

1. Adversarii micantissimo romanæ Ecclesiæ nitore percusi, aliam quam ex eodem capite sumunt, difficultatem urgere nituntur. Ab Officio romano, inquam, pro Virginis Assumptione capitur argumentum. Quod si verum dicere malis, nullum prorsus habere potest robur. In eo siquidem

(1) Cons. E. Martene de antiq. Eccl. ritib. l. IV, cap. 83.

Officio lectiones D. Marcellini testantur, hunc Papam diis falsis thuris honorem tulisse; quum isthæc opinio, magna illustrium DD. caterva testante, penitus obsoleverit.

Utro libenterque fatemur, in Officio romano quoad lapsum D. Marcellini gravem omnibusque sapientibus claram irrepsisse mendam. Quare minutam elucubravit orationem qua D. Marcellinum a quavis idololatriæ macula expertem declarare pro virili satagemus. At perpendendum nobis est: quantumvis Breviarium Romanum summa prosequi debeamus devotione ac observantia quoad ipsa pariter historica facta: « attamen ita ut vetitum existimari non possit, debita cum modestia et gravi fundamento quæ occurrunt in factis historicis, difficultates exponere, easque judicio Sedis Apostolicæ supponere, ut eorum veritatem et robur perpendat, si quando manus iterum admoveatur ad Breviarii Romani correctionem. » Ita Benedictus XIV (3). Quare nos tanti sapientis viri, tantique rom. Præsulis auctoritate pellecti ad S. R. Congregationem nuper memoratam latinam demisimus monographiam de commentitio lapsu D. Marcellini pertractantem. Unde, sicut Ecclesia vel Pius V in Officio Assumptionis ex secundo nocturno lectiones Pseudo-Hieronymi qui Assumptionem in dubium vertit, expunxit; sic gerere se poterit quoad div. Marcellini lapsum.

2. De historia tamen assumptæ Virginis non idem ferendum est judi-

(2) De gloria Mart. lib. I, cap. IV.

(3) De SS. Beatificat., lib. IV, p. 2, c. 13.

Hinc misera detecta mariomastigarum æquivocatione, totum ruit argumentum inde confectum.

## V. DIFFICULTAS

*contra idem caput, n. 5.*

1. Nihilominus adversarii pergunt, cum contra petram infrangibilem more suo plura torserint insana rabie tela. Assequi non possumus quod in fine capitis dicitur, auctoritatem nempe rom. Ecclesiæ, quoniam Assumptionis veritatem deduxit in praxim, agnoscendam esse firmiorem. Etenim qui plane hospes in disciplinis theologicis non sit, optime noverit, Ecclesiam in his instituendis quæ ad cultum et consuetudinem spectant, ratione aut probabili aut probabiliori posse moveri, prout vel ipse Vasquezus animadvertit (1). Quæ cum ita se habeant, liquidum fit, auctoritatem rom. Ecclesiæ firmiorem non esse, quum pariter eam moveat ratio praxeos.

Falluntur et fallunt. Doctrina rom. Ecclesiæ super firmam innititur basin. Doctrina igitur et praxis ejusdem super firmiorem basin debet inniti. Ratio liquet in illo apud physicos vulgato axioma: *Vis unita fortior*. Quoad autem Vasquezii doctrinam, hæc id unum evincit, usum sive praxim Ecclesiæ in se spectatam minime constituere catholicum dogma, neque istud necessario supponere, id quod et ipsimet sentimus. At exinde nequit inferri, praxim illam atque consuetudinem nullius esse momenti. Re sane vera. Sæpius Ecclesiæ PP. atque DD. ex universali consuetudine deducebant doctrinam Ecclesiæ quoad articulum

cium: illa namque Virginis Assumptionis nedum pertinet ad historiam, prout lapsus div. Marcellini, in qua irrepere possunt errores; verum etiam ecclesiasticum cultum attingit, in quo, Deo Ecclesiam suam protegente, nulla prorsus errata contingunt. Res per se loquitur. Ecclesia romana div. Marcellinum beatifica visione perfruentem colit, neque hic cultus ad historica porrigitur adminicula. Virginis autem Assumptionem rom. Ecclesia veneratur, ita, ut de hoc historico facto, de Virgine scilicet in anima et corpore in cælum assumpta, suus omnino cultus versetur.

3. Auctores insuper utriusque historiæ in rom. Officio sunt apprime distinguendi. Prior enim (auctor scilicet historiæ div. Marcellini) est incognitus et ideo fortassis rerum historicarum nescius; et posterior (nimirum auctor Assumptionis historiæ) est agnitus omnino, cujus tantummodo nomen grandis auctoritas est: DD. Joannes Damascenus et Bernardus. Addendum insuper est, quod historia div. Marcellini dumtaxat ab Officio referatur, quin Ecclesia, Patres cæterique Doctores viva voce hunc lapsum unquam memorarint. Sed Assumptionis historia nedum in Officio, verum et in aliis sexcentis publicis actis rom. Ecclesia semper agnovit, et adeo venerata est, ut de manu ad manum, qualiter eam excepit, ad præsentem usque tradiderit ætatem. Nec satis: infinitis namque propemodum monumentis mirifice commonitur, nec non innumerabilibus congruentiæ momenti harmonice declaratur.

(1) Tom. III in 3 p. S. Thomæ, disp. 227, c. 3.



quempiam. Sic hipponensis Præsul ex praxi tingendi puerulos colligebat adversus pelagianos doctrinam in Ecclesia receptam tum de propagatione peccati originalis in ipsos, tum de baptismi necessitate ad illud eluendum (1).

Ex his ulla absque ambage novimus, doctrinam rom. Ecclesiæ cum ejus praxi conjunctam majus acquirere robur, vita pollentem loqui ac ferme moveri.

#### VI. DIFFICULTAS

contra idem caput, n. 1  
sive prænotionem.

1. Contigit, me tamen invito, ut thesin hanc, priusquam transiret ad typos, oculo retorto quidam ætatis nostræ neologus percurreret, qui minime veritus est in fronte capitis hujusce conscribere: *Redolet papismum*.

Præfato neologo istud quod huc repetam, breve transmisi responsum: Rideam, amice, an doleam? plane gratuitam inficior assertionem quæ solis innititur malevolorum in inclytam rom. Ecclesiam præjudiciis quæ certo deponerent, si veritati apprime studerent. Huic namque Sedi cuncta Deus sua concedit eloquia, et tanta illam auctoritate munivit, ut omnium PP., omnium DD., omniumque dioceseon auctoritates ab illa promanarent, dependerent, totamque mutarentur ab illa Ecclesia firmitatem. Habent episcopi assignatos greges, singuli singulos; rom. Pontifici universi crediti, uni unus: et non modo

(1) Lib. vi contra Julian., cap. 19, n. 6.

ovium, sed et pastorum omnium unus ipse pastor. Unde id probem, quæris? ex verbo Domini: *Pasce agnos meos, pasce oves meas*. Quis est igitur rom. Præsul? primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Quæ citra dubitationem duo digna notatu oggerunt: 1° Ad rom. Sedem hæreticos ac sectarios omnes acatholicos tamquam ad lydium lapidem provocare summopere præstat, ut erroris arguantur in his omnibus quibus ab ecclesiastica doctrina desciscunt; 2° Plurimum refert, si in limine veritatum omnium illa rom. Sedis auctoritas in qua omnes veritates tamquam rutili splendores cooriri dignoscuntur, fundamenti instar et potioris ac vitalis, ut sic dicam, partis collocetur, quemadmodum in illa perperam intellecta prænotione disponere tenuitate satagemus.

2. Neque negotium quibusdam facessat, quod unius rom. Ecclesiæ auctoritas (et de hoc pariter conqueri neologus videbatur) plene sufficiat ad aliquam doctrinam constabiliendam. Si namque rom. Ecclesia sit ecclesiarum omnium centrum, matrix atque magistra; si Ecclesia rom. apostolica sit, et quidem ab ipso apostolorum principe fundata; cum insuper ea sit, in quam, ut loquitur Tertullianus, Petrus, Joannes et Paulus « totam doctrinam cum sanguine profuderunt, quæque legem et prophetas cum evangelicis et apostolicis litteris miscet, et inde potat fidem (2); » si

(2) De Præscript., cap. 36.

demum ea sit, ad quam ecclesiæ omnes sive ad dubia discutienda, sive ad hæreses retundendas, sive ad veritates agnoscendas confugiant, liquet abunde quanta polleat auctoritate rom. Sedes, adeo, ut sola ipsiusmet doctrina vel traditio ad aliquam veritatem in fidelium corde gignendam omnino sufficiat. Exinde factum est, ut protestantes qui rom. Ecclesiæ traditionem respuunt, nunquam sibi circa doctrinam orthodoxam constiterint. Ipsi sive deque cuncta permiscentes, babelicam dictis factisque turrim ædificant; unde Lutherus a Calvino et Calvinus a Lutero discordat....

#### VII. DIFFICULTAS

contra totum idem caput.

1. Negativam sententiam, urgent adversarii, plerique strenue propugnarunt. Sic ann. 1668 quum ex Ussuardini martyrologii variatione magna canonicos inter parisiensis Metropolitanæ concertatio exarserit, acriter tunc temporis Claudius July et Joannes Launojus contra Nicolaum Billiardum et Jacobum Gaudinum, integram Virginis Assumptionem viriliter asserentes, viriliter decertarunt (1). Et tamen negativam hanc sententiam rom. Ecclesia nunquam theologica nota multavit; saltem proinde toleravit.

Hoc sin minus impium, temerarium arbitror. Nunquam ad censuram plectendam romana devenit Ecclesia, tum ne damnaret quempiam bona fide contradicentem, tum quia nunquam

(1) Confer Jo. Launojum in op.: *Judicium de controversia super exscribendo parisiensis ecclesiæ*

negativa sententia recruduit, sed potius sensim paulatimque refriguit, donec silentio contumulata penitus obsolevit. Et in hanc sententiam negativam quot inelyti scriptores insurrexerunt eruditissimis monologiis? Quin imo in Gallia, memoratæ controversiæ loco, post indultum Card. Capraræ, 9 aprilis 1802, ex concessione Summi Pontificis Pii VII quatuor tantummodo festa de præcepto pro fidelibus supersunt, quæ inter Assumptio B. Virg. Mariæ. Hac agendi ratione quid sibi voluit rom. Pontifex, nisi ut implicite negativam sententiam reprobaret, et adfirmativam eo tam speciali modo tueretur? qualiter ergo negativam sententiam rom. Ecclesia toleravit? Sed neologorum varietatem laudamus: pro ipsis *toleratam* est idem ac *reprobatum*.

#### VIII. DIFFICULTAS

contra 2 caput, n. 2.

1. Hac de re veritas historica nutat. Simplici namque mentis obtutu concipi nequit, qualiter apostoli ad Assumptionem Virginis agnoscendam uno eodemque loco, nec non uno eodemque tempore coiverint, dum ad animarum piscationem totum penitus orbem peragrabant.

Isthæc difficultas quam plenis buccis adversarii crepant, magni sane roboris esset, si humano tantum consilio res fortasse contigerit. Dei tamen digitus in portento tam magno et mirifico deesse nequibat. Unde si adversariorum difficultati paulisper in-

*Martyrologio exorta*. Lauduni an. 1670 et iterum Parisiis an. 1671.

dulgeamus, in teterrimam contra divinam Omnipotentiam blasphemiam dilaberemur. Nec id cuiquam impossibile videri debet; similia namque portenta divinam Virtutem operatam fuisse sacra volumina commemorant. Habacuc prophetam ex Palæstina in Babylonem angelus in momento temporis per capillum transtulit (1). Rursus angelico ministerio factum est, ut Philippus Christi discipulus, velut per aera deportatus nobili eunucho consociaretur, eoque baptizato, ad suos in Azotum confestim rediret (2). Elias Thesbites ex omnium oculis subito raptus et igneo curru exceptus in loca remotissima delatus est, ac demum post multa sæcula in monte Thabor una cum Christo visus est. Ad eundem modum angelus Domini subito et quasi in ictu oculi transferre potuit Christi apostolos et discipulos alios ex diversis mundi partibus, eademque celeritate referre. Id non potuit quidem humana, potuit quidem Omnipotentis et Omnitentis virtus. Id quoque voluit Deus miraculorum patrator, ut apostoli ac discipuli Virginis Assumptionem sua ubilibet auctoritate testarentur.

2. Verum clara res est. Unde diversam plane semitam ineunt adversarii, ut suis placitis adhærent. Omnes apostolos (inquiunt) ob Assumptionem Deiparentis in unum eundemque locum convenisse fateamur. Nonne mirabile factum in sac. Bibliis inseruissent?

Hanc objectionem urgentes adversarii, rerum theologiarum prorsum ignaros se produunt. Enim vero si

(1) Daniel. cap. ult. (2) Act. Apost. viii.

apostoli Virginis Assumptionem *Verbo Scripto* nullatenus inseruerint, in *Verbo Tradito* cuius in 1<sup>a</sup> parte sermo late fuit, eam nobis unanimiter reliquerunt. Porro tum Scripturæ, tum Traditioni eandem probandi vim inesse theologi uno ore fatentur. Nulla autem nostra refert rationem agnoscere quam agiographi tenuere scriptores, quare in *Verbo Tradito* quam *Scripto* veritatem hanc relictam esse maluerint. In rebus enim liberis, ait magister angelicus, *tota ratio operati est voluntas operantis*. Licet id factum, ut ego hac in re quid sentiam, singularem patefacit œconomiam qua voluit Spiritus sanctus ostendere, per traditionem Virginis prærogativam diffundi summopere congruisse, ut illud verbum ex ipsa Domini ancilla prolatum speciali ratione consummaretur: *Beatam me dicent omnes generationes* (3).

#### IX. DIFFICULTAS

contra idem caput, nn. 3-4.

1. Historia Juvenalis Patriarchæ jerosolymitani nititur infirmo fundamento: ergo Virginis Assumptio infirma veritas est. Scribit enim P. Le Quien: « Marcianum et Pulcheriam certiores factos esse a Juvenali Patriarcha jerosolymitano de Deiparæ Virginis Assumptione neququam ausim inficiari, uti nec affirmari: hæc proinde conficta esse ab eodem Juvenale, ac commentitia illa scripta quæ ab eo producta fuisse ad obtinendum Palæstinæ principatum, Leo Magnus

(3) Cant., Luc. i.

queritur in epistola ad Maximum Antiochenum (1). »

Historia Juvenalis nulla potest ratione contemni. Siquidem magni nominis scriptores, ut in thesi monuimus, historiam hanc ulla sine dubitatione referunt et explicant. Eo vel magis quod in ea nulla prorsus menda, nullus irreperit error. Consule capp. 14 et 15 historiæ ecclesiasticæ Nicephori Callixti, ubi Oratio Juvenalis reperitur habita in Concilio chalcedonensi an. 451 coram Marciano et Pulcheria. Cæterum quicquid hac de re sit, veritatem Assumptionis maximopere commendat Ecclesia. Unde sic: Virginis Assumptio infirma veritas est: catholica proinde fefellit Ecclesia; et sic fefellerit, non est *columna et firmamentum veritatis*. Est autem *columna et firmamentum veritatis* Ecclesia. Non igitur infirma veritas est Assumptio Virginis.

2. Insistunt adversarii et dicunt: apostolica traditio de Virginis Assumptione nullum habet robur, nullam firmitatem. In suis enim scriptis nupiam hanc nobis veritatem apostoli tradiderunt.

Responsio in promptu est. Traditionis nomen genericum est; completitur enim quicquid a primævo aliquo instituto ducit originem, sive hoc scriptis, sive viva voce, sive praxi ad nos pervenerit. Exinde triplex distinguitur traditionis species, *scripta, oralis et practica*. Immo nos coarctamus ad severiorem sensum vocem traditionis, quatenus ea significamus

(1) Pag. 879, tom. sec. Damas. op.

(2) Annal. an. 109, nn. 51-65, tom. ii, pp. 58-63.

(3) De Script. Eccl. tom. vii, pag. 27.

(4) Hist. Eccl. Vet. et Nov. Testament., v. 5, pag. 493 seqq.

JANNUCCI

illud quod sola viva voce et praxi ad posteros transmissum est, neque in canonicis Scripturis continetur, quamvis postea scriptis documentisque fuerit consignatum. Hisce prælibatis, apostolica traditio de Assumptione Deiparentis haud scripta est, sed oralis et practica; unde sic tota diluitur quæstio.

#### X. DIFFICULTAS

contra idem caput, n. 7.

1. Ulterius progrediuntur adversarii. Apud omnes liquido constat, nullum prorsus in ævo apostolico suppetere testimonium, quod de Virginis Assumptione loquatur. Et si forte laudetur Areopagita, textum allatum critici plene commentitium autumant, ut omnium primus Laurentius Valla, et post ipsum Erasmus, quibus Lutherus et maxima novatorum pars, Marinus et Launojus adhæserunt. Ergo.

Ista quæ præponuntur, sunt potius magna magnorum deliramenta doctorum. Libros enim areopagiticos semper habuere genuinos nec summi dumtaxat Pontifices, doctores ac scholæ, verum et in prima litterarum instauratione Bessarion et Mars. Ficinus et Picus Mirandulanus et Budæus in græcis longe peritissimus. Pro istorum gennitate librorum acriter dimicarunt Baronius (2), Bellarminus (3), Natalis ab Alexandro (4), Bilius (5), Lausselius (6), Bocherius doctor sorbonicus (7), Lessius (8): neque silentio prætereundi Martinus

(5) Observ. Sac. lib. i, cap. 23.

(6) De Dionysio Areop. ejusq. Script., vol. ii, pag. 234 seqq.

(7) Epist. ad Lausselium pag. 292 seqq.

(8) Epist. ad Lausselium pp. 297-298.

48

Del Rio (1), Holloix (2), cl. auctor Anonymus e Gallia (3), alique non pauci. Verum cum de horum authentia superiori ævo pene conclamatum esse videretur, tunc doctissimus Lumperus Ord. S. Benedicti eodem labente sæculo, expensis utriusque partis rationibus, rem definire non est ausus, animique dubitatione pependit. « En potiora, » inquit, « quæ detegere potui partis utriusque momenta. Neutra, quantum opinor, invicta probatur vel oppugnat. Sentiat, per me licet, quod quisque sibi probabilius adverterit, aut veritati propinquum magis. »

Sed quisquis genuinus sit auctor, opera quæ Dionysio areopagitæ tribuuntur, summa penes quoslibet auctoritate pollent; et ex eo Sarpium ita perstringit Em<sup>us</sup> Sforza Pallavicinus: « Il dire quasi manifesto che l'autore di tali libri non si sa chi sia, è un disprezzare il giudizio dei SS. Dottori, de' generali Concilii, e de' sommi Pontefici da molti anni per l'addietro. Imperocchè S. Gregorio sotto il nome di Dionigi, chiamato malo quivi da lui *antico e venerabile Padre*, allegò quei libri nell'omelia 34, e di poi fecero lo stesso S. Marco pontefice e martire nel Concilio romano, S. Agatone pontefice nell'epistola a Costantino IV imperatore, il sesto sinodo nell'azione IV, ed il settimo nell'azione II, Nicolò I in una epistola a Michele imperatore, S. Massimo monaco e martire, S. Tommaso gli ha rive-

(1) Vindicie Areopagiticæ.

(2) De Vit. et operib. S. Dionysii.

(3) *Dissert. sur S. Denis l'Aréop.* p. 1, sect. XI, cap. 1, art. 2, § 4.

« riti e commendati per tali... Dato « che lo scrittore non fosse l'Areopagita, ma qualche altro antico (del « che l'autorità di Gregorio non lascia « scia dubbio), senza fallo bastava la « venerazione rendutasi loro dalla « Chiesa per tanti secoli, acciocchè il « Concilio non si dovesse vergognare « di prendere una voce (Gerarchia) « adatta all'intento suo (4). » Propterea, quamquam horum auctor librorum non nisi ante quartam vel quintam Ecclesiæ ætatem juxta recentiorum criticorum placitum inclauerit, maximam sibi tamen apud universos religionis cultores auctoritatem existimationemque conciliavit.

2. *Ἀποκρυφῶν* sive *Apocryphum* occultum quidpiam significat, unde solet apocryphus appellari liber, qui non ejus est auctoris cui tribuitur, sed alterius ignoti. Apud veteres PP. apocryphi dicuntur libri qui vel continent doctrinam catholicæ adversam aut suspectam: quo sensu Gelasius I in romano Concilio apocryphos nuncupat libros Clementis Alexandrini, Origenis, etc.; vel qui in canonem Scripturarum non sunt ab Ecclesia recepti. Verum, primo sensu libri areopagitici recensentur; et ideo nullum continent errorem, secus ac plerique protestantes recentiores autumarint: Dionysii operibus tribuere consueverunt propensionem quandam in pseudo-mysticismum neo-platonice scholæ Plotini et Procli; imo in pantheismum ipsum (5). Quare libri san-

(4) *Stor. del Conc. di Trento*, lib. 21, cap. 13.

(5) Ita *Saint-René Taillandier* in *opp. Scot-Erigène*, Strasbourg 1843, part. 3, ch. 1; Rousselot, *Hist. de la philosophie au Moyen-âge*, Paris 1842, t. 1, ch. II.

cti Dionysii, magna temporum antiquitate pollentes, nullumque prorsus errorem sectantes, locupletissimum et ineluctabile pro Assumptione Virginis argumentum suppeditant.

3. Nec acquiescunt adversarii; dicunt enim: allatum Areopagitæ textum Hilduinus de sepulcro dominico intelligi voluit. Matthæus Galenus in præfatione ad D. Dionysium areopagitam eadem verba de ædibus divi Joannis accipienda putavit.

Ast bona meliorque veterum scriptorum pars de B. M. V. tumulo illa verba passim explicavit: unde memorati scriptores parvi faciendi sunt. Nostræ sententiæ utroque pollice subscripsit et Andreas cretensis (1), et Epiphanius presbyter CP. (2), et Metaphrastes (3), et Euthymius (4), et S. Maximus (5), et Glycas (6), et S. Thomas a Villanova (7), et S. Carolus Borromæus (8), et Baronius (9). Quocirca D. Joannes Damascenus inquit: « Aderant una cum apostolis sanctissimus Timotheus primus episcopus Ephesiorum, et Dionysius areopagita, sicut ipse testatur, etc. (10). »

4. Saltem præfatus textus, urgent adversarii, magna perfunditur obscuritate. Nullum proinde testimonium quod satis aperte doceat Assumptionem, ætas apostolica præbet.

Et isthæcevanescit difficultas. Quandoquidem si memorato in textu aliquot minus clara videantur, multiplex ex causa id repeti potest, ac 1<sup>o</sup> ex lingue indole in qua editus fuit; 2<sup>o</sup> ex

peculiaribus dicendi formis quæ ipsi obtinere temporibus; 3<sup>o</sup> ex illius versione in qua sæpe res claræ fiunt obscuræ; 4<sup>o</sup> ex magna denique temporum longitudine, qua fit ut testimonia Patrum quo remotiora, eo obscuriora; quo vero propiora, eo etiam clariora magisque distincta concipiantur, uti vere contingit in re de qua versamur. Ad eum propemodum quo in tabula quæ refert prospectivam, objecta quæ magis proxima repræsentantur, distincte cum omnibus suis lineamentis ac vividioribus coloribus pinguntur; minus vero distincte, quæ magis dissita, donec in vagam desinant ac languidam effigiem. Nil proinde mirum, si nequaquam Areopagitæ textus Assumptionem luculentissime declaret, omnique fulgeat perspicuitate, quum in re catholica jugiter obscura clara præcesserint. Sane pulcherrima hanc in rem verba sunt quæ habet D. Gregorius nazianzenus, de Trinitate disserens: « Sic enim, » inquit, « se res habet. Vetus testamentum Patrem aperte prædicabat, Filium obscurius: novum autem nobis Filium perspicue ostendit, et Spiritus sancti divinitatem subobscurè quodammodo indicavit. Nunc vero Spiritus ipse nobiscum versatur, seque nobis apertius declarat. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondum confessa, Filium aperte prædicari: nec, Filii divinitate nondum admissa, Spiritum sanctum, velut graviores quandam, si ita loqui fas est,

(1) Serm. de Dorm. S. Mariæ.

(2) Serm. de eadem.

(3) Ad diem 15 August.

(4) Hist.

(5) In Scholion.

(6) Pars III Ann.

(7) Conc. IV de Assumpt., p. 2.

(8) Hom. vol. IV.

(9) Ad an. 48.

(10) Orat. II de Assumpt.

sarcinam nobis ingeri: ne alioqui, velut cibus ultra vires gravati, ac solis radiis hebetes oculos adjicientes, iis quoque, quibus præditi eramus, viribus periclitaremur: quin tacitis potius accessionibus, et ut David loquitur, ascensionibus, atque ex gloria in gloriam progressionibus et incrementis Trinitatis lumen splendoribus illucesceret. » Quam ob rem, licet pro vetustate temporum veterrimi Patres obscurius locuti videantur, solidum tamen nobis oggerunt veritatis argumentum: parva namque lux sive matutina sive vespertina, solem sive nascentem sive morientem pandit, qui toto in orbe micantissima radiorum spicula vibrat.

#### XI. DIFFICULTAS

contra caput 3, n. 5.

1. Momenta tertii capitis omnino colliduntur, quum latina et græca Ecclesiæ Virginis Assumptionem haud semper agnoverint. Etenim martyrologium Usuardi pluribus in ecclesiis obtinuit, non excepta romana, si Pagio fidem præstare velimus, prout ille testatur in critique ad Baronium (1): « Martyrologio Usuardi avito romana Ecclesia usa est ante recentius Romanum, teste Molano in Præfatione ad Martyrologium Usuardi. » Verum, Usuardus Ord. S. Benedicti e monasterio S. Germani parisiensis, qui circiter an. 877 floruit, quique martyrologium ab anno 860 ad an. 867 edidit, ad kalendas xviii hæc habet: « Dormitio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus sanctissimum Corpus etsi non inve-

(1) Ad ann. Christ. 778, num. 4.

niatur super terram, tamen pia mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus sancti templum nutu et consilio divino occultum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde texendo docere. » Sic Deiparentis Assumptionem in dubium vertit. — Huic plane cohæret div. Ado viennensis archiepiscopus, qui, rege Carolo Calvo imp. Caroli magni nepote, præfulsit. Hac de re gemino in libro mentionem ipse fecit, hoc est in suo martyrologio ad kalendas xviii septembris, et in libello quem inscripsit: *De festivitibus apostolorum*, ubi ad idus vi septembris tradit: « Cujus (Mariæ) dormitionem xviii kalendas septembris omnis celebrat Ecclesia: cujus ut sacrum corpus non invenitur supra terram, sic nec B. Moysis sepulcrum, quem sacra Scriptura dicit a Domino sepultum. Tamen pia mater Ecclesia, quæ suis observationibus integerrima fide fundata consistit, ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro carnis conditione eam migrasse non dubitet. Ubi autem venerabile Spiritus sancti templum illud, idest caro ipsius beatæ Virginis Mariæ, divino nutu et consilio occultatum sit, magis elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem et vitam Virginis et Matris Domini commendandam Evangelistarum testimonia, nec de ea quærere ultra necessarium putat. » Utriusque vero et alia

consonant martyrologia, de quibus Sollerius in notis ad Martyrologium Usuardi (1).

Ast infelicem laborum suorum exitum sortiti sunt adversarii: in tanta enim historiæ atque critices qua fruimur luce protinus evanescit difficultas. Ultra fatemur, Usuardum et Adonem in suis martyrologiis hac super re dubitasse; verum Sophronii sermone de Assumpt., qui inter opera D. Hieronymi reperitur, decepti sunt. Eæ namque litteræ quæ ad Eustochium Paulamque de B. Virginis obitu nomine D. Hieronymi circumferuntur, et operibus ejus attextuntur, non sunt D. Hieronymi, sed Sophronii, ut omnes communiter tenent. Vel certe quispiam ex recentioribus (vereor ne sit Erasmus) illa verba in sermone Sophronii audacter inseruit, quemadmodum graviter affirmat, curateque probat card. Cæsar Baronius ad annum Domini 48, ubi quicquid in illis ementitis scriptis continetur, solide refutat. Ille Usuardum increpat, quia vigiliam festi 15 augusti *vigiliam Assumptionis* vocat, et postea nuncupat festum « Dormitionem sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Unde quæso vobis ista nomenclatura noviter usurpata, ut Dormitionem, non Assumptionem dicatis, cum præsertim pridie ejus diei ambo dixissetis (Usuardum alloquitur et Adonem): Vigilia Assumptionis? Cur non potius vestra sententia Vigilia Dormitionis? Cur hæc inconstantia sermonis? Cogor equidem cum Apostolo dicere: *Currebatis bene: quis vos impedivit?* » Ad quæ Baronii verba

(1) Tom. vii, mens. Junii in contin. magni Operis Bollandiani.

sic Florentinus: « Et fortasse Baronius in Adonem et Usuardum excanduit non tantum pro *Dormitionis* voce, quam quod cum voce mortem tantum naturali ordine significante Usuardus de ipsa Assumptione dubiam quodammodo Ecclesiam fuisse demonstret contra fidem antiquarum cæremoniarum (2). »

Insuper: Usuardi et Adonis judicium negativum est. Siquidem affirmant, se ignorare ubi B. M. Virginis exuviæ reperiantur, nullo modo prorsus easdem in cælum fuisse inlatas absolute negant. Nec utriusque martyrologium universa tenuit Ecclesia: utriusque proin sententia parvi facienda nobis est. Sic in martyrologio Usuardi recensetur inter sanctos Eusebius cæsariensis, quem, ut ait D. Hieronymus (3), arianum, imo arianorum principem fuisse constat: tamen, cum huic nunquam Ecclesia tota consenserit, in sanctorum albo nunquam Eusebius inclaruit. Cæterum a Bollandistis (4), ut ea quæ in bibliotheca romana inveniuntur, omittam, prope innumera quæ Marianam concelebrant Assumptionem, martyrologia commemorantur. Sed de his in thesi sermo generatim fuit.

2. Nos non præterit, adversarios conari vim hujus argumenti enervare, dicendo: Joannes Launojus nostram mirifice confirmat assertionem. Hic opus confecit inscriptum: *Super excribendo Parisiensis Ecclesiæ Martyrologio*. Hæc Usuardi auctoritatem pluribus non infirmis momentis ad cælum extollit, ejus martyrologii an-

(2) Exerc. 5 ad diem 18 Januar.

(3) L. ii cont. Rufin., c. 14. (4) T. vii Junii.

sarcinam nobis ingeri: ne alioqui, velut cibus ultra vires gravati, ac solis radiis hebetes oculos adjicientes, iis quoque, quibus præditi eramus, viribus periclitaremur: quin tacitis potius accessionibus, et ut David loquitur, ascensionibus, atque ex gloria in gloriam progressionibus et incrementis Trinitatis lumen splendoribus illucesceret. » Quam ob rem, licet pro vetustate temporum veterrimi Patres obscurius locuti videantur, solidum tamen nobis oggerunt veritatis argumentum: parva namque lux sive matutina sive vespertina, solem sive nascentem sive morientem pandit, qui toto in orbe micantissima radiorum spicula vibrat.

#### XI. DIFFICULTAS

contra caput 3, n. 5.

1. Momenta tertii capitis omnino colliduntur, quum latina et græca Ecclesiæ Virginis Assumptionem haud semper agnoverint. Etenim martyrologium Usuardi pluribus in ecclesiis obtinuit, non excepta romana, si Pagio fidem præstare velimus, prout ille testatur in critique ad Baronium (1): « Martyrologio Usuardi avito romana Ecclesia usa est ante recentius Romanum, teste Molano in Præfatione ad Martyrologium Usuardi. » Verum, Usuardus Ord. S. Benedicti e monasterio S. Germani parisiensis, qui circiter an. 877 floruit, quique martyrologium ab anno 860 ad an. 867 edidit, ad kalendas xviii hæc habet: « Dormitio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus sanctissimum Corpus etsi non inve-

(1) Ad ann. Christ. 778, num. 4.

niatur super terram, tamen pia mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem venerabile illud Spiritus sancti templum nutu et consilio divino occultum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde texendo docere. » Sic Deiparentis Assumptionem in dubium vertit. — Huic plane cohæret div. Ado viennensis archiepiscopus, qui, rege Carolo Calvo imp. Caroli magni nepote, præfulsit. Hac de re gemino in libro mentionem ipse fecit, hoc est in suo martyrologio ad kalendas xviii septembris, et in libello quem inscripsit: *De festivitibus apostolorum*, ubi ad idus vi septembris tradit: « Cujus (Mariæ) dormitionem xviii kalendas septembris omnis celebrat Ecclesia: cujus ut sacrum corpus non invenitur supra terram, sic nec B. Moysis sepulcrum, quem sacra Scriptura dicit a Domino sepultum. Tamen pia mater Ecclesia, quæ suis observationibus integerrima fide fundata consistit, ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro carnis conditione eam migrasse non dubitet. Ubi autem venerabile Spiritus sancti templum illud, idest caro ipsius beatæ Virginis Mariæ, divino nutu et consilio occultatum sit, magis elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum et apocryphum inde tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem et vitam Virginis et Matris Domini commendandam Evangelistarum testimonia, nec de ea quærere ultra necessarium putat. » Utriusque vero et alia

consonant martyrologia, de quibus Sollerius in notis ad Martyrologium Usuardi (1).

Ast infelicem laborum suorum exitum sortiti sunt adversarii: in tanta enim historiæ atque critices qua fruimur luce protinus evanescit difficultas. Ultra fatemur, Usuardum et Adonem in suis martyrologiis hac super re dubitasse; verum Sophronii sermone de Assumpt., qui inter opera D. Hieronymi reperitur, decepti sunt. Eæ namque litteræ quæ ad Eustochium Paulamque de B. Virginis obitu nomine D. Hieronymi circumferuntur, et operibus ejus attextuntur, non sunt D. Hieronymi, sed Sophronii, ut omnes communiter tenent. Vel certe quispiam ex recentioribus (vereor ne sit Erasmus) illa verba in sermone Sophronii audacter inseruit, quemadmodum graviter affirmat, curateque probat card. Cæsar Baronius ad annum Domini 48, ubi quicquid in illis ementitis scriptis continetur, solide refutat. Ille Usuardum increpat, quia vigiliam festi 15 augusti *vigiliam Assumptionis* vocat, et postea nuncupat festum « Dormitionem sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Unde quæso vobis ista nomenclatura noviter usurpata, ut Dormitionem, non Assumptionem dicatis, cum præsertim pridie ejus diei ambo dixissetis (Usuardum alloquitur et Adonem): Vigilia Assumptionis? Cur non potius vestra sententia Vigilia Dormitionis? Cur hæc inconstantia sermonis? Cogor equidem cum Apostolo dicere: *Currebatis bene: quis vos impedivit?* » Ad quæ Baronii verba

(1) Tom. vii, mens. Junii in contin. magni Operis Bollandiani.

sic Florentinus: « Et fortasse Baronius in Adonem et Usuardum excanduit non tantum pro *Dormitionis* voce, quam quod cum voce mortem tantum naturali ordine significante Usuardus de ipsa Assumptione dubiam quodammodo Ecclesiam fuisse demonstret contra fidem antiquarum cæremoniarum (2). »

Insuper: Usuardi et Adonis judicium negativum est. Siquidem affirmant, se ignorare ubi B. M. Virginis exuviæ reperiantur, nullo modo prorsus easdem in cælum fuisse inlatas absolute negant. Nec utriusque martyrologium universa tenuit Ecclesia: utriusque proin sententia parvi facienda nobis est. Sic in martyrologio Usuardi recensetur inter sanctos Eusebius cæsariensis, quem, ut ait D. Hieronymus (3), arianum, imo arianorum principem fuisse constat: tamen, cum huic nunquam Ecclesia tota consenserit, in sanctorum albo nunquam Eusebius inclaruit. Cæterum a Bollandistis (4), ut ea quæ in bibliotheca romana inveniuntur, omittam, prope innumera quæ Marianam concelebrant Assumptionem, martyrologia commemorantur. Sed de his in thesi sermo generatim fuit.

2. Nos non præterit, adversarios conari vim hujus argumenti enervare, dicendo: Joannes Launojus nostram mirifice confirmat assertionem. Hic opus confecit inscriptum: *Super excribendo Parisiensis Ecclesiæ Martyrologio*. Hæc Usuardi auctoritatem pluribus non infirmis momentis ad cælum extollit, ejus martyrologii an-

(2) Exerc. 5 ad diem 18 Januar.

(3) L. ii cont. Rufin., c. 14. (4) T. vii Junii.

tiquitatem celebrat; eo namque, ut ipse autumat, ab ætate Caroli magni (1) Lutetiæ Parisiorum utebatur ecclesia. Magni præterea ipse facit parisiensis ecclesiæ auctoritatem, qua penes omnes tanta pollet, ut omnibus, romana seclusa, præcellere videatur. Hæc autem ecclesia martyrologium illud ab octingentis et quinquaginta annis legit. Ergo.

Hæc adversariorum effugia præcluduntur, si forte dicamus, nec Launojum nec Usuardum tanta auctoritate pollere, ut per eos totius verendæ antiquitatis etiam aliquantisper minuatur opinio.

Quo tamen difficultatem hanc ex radice diluamus, opus est ut allati martyrologii et parisiensis ecclesiæ summam percurramus historiam. Natalis ab Alexandro (2) refert, martyrologium Usuardi ad 1540 usque annum in Metropolitana parisiensis ecclesiæ viginisse. Tamen sæc. XVI in finem vergente factum est, ut verba Usuardi quæ contra Virginis Assumptionem die 15 augusti perleguntur, sensim occæperint prætermitti, pedetentimque incerti auctoris homiliam, usuardino Martyrologio insertam, quotannis RR. Canonici parisiensis Metropolitanæ recitaverint. In hac homilia Deiparentistradebatur Assumptio. Hæc inter alia perleguntur: « Scriptura dicit: *Surge, Domine, in requiem tuam tu et arca sanctificationis tuæ*. Surrexit Dominus non quoad divinitatem nec quoad animam, quæ nunquam

(1) Adrianus Valesius pag. 197 in part. post. defens. discept. Basil., cui Bouillartus quoque favet, totus est in asserendo, Usuardum, Carolo Calvo regnante, suum opus exarasse.

cecidit, et postea surrexit. Similiter arca sancta, idest plena rebus sanctis, Maria etiam ut Filius in eo resurrexit corpore et anima (3). »

Interim anno 1668 contigit, ut exemplar usuardini martyrologii temporum vetustate contritum typis iterum excuderetur. Hanc ob rem, coacto R<sup>mo</sup> Capitulo, rite discutiendum proponitur, utrum in novo exemplari verba Usuardi homiliæ suffecta conscriberentur. In varias RR. Canonici dispertuntur opiniones. In hac proin ancipiti re consulitur Archipræsul, qui, perpensis libratisque momentis, decrevit, ut nunquam deinceps præfata legeretur homilia, sed homiliæ huic usuardina verba sufficerentur. Quo factum est, ut RR. CC. Jacobus Gaudinus et Nicolaus Advocatus Biliadus Archipræsulis decreto refragati sint, et eruditissimis disquisitionibus catholicam veritatem meliore in lumine posuerint. Hac nacta occasione, Joannes Launojus ipercriticus, factionibus potius quam veritati studens, et patria quam gloria Benedictæ inter mulieres amantior, Usuardi et Adonis martyrologiis fretus, argumenta vel potius deliramenta contra piam sententiam congerere nititur, superius cit. Opus conficiens.

Quicquid hac de re sit, certum tamen est, suasionem regis Aloysii XIII ann. 1698 in martyrologio hæc verba suffecta sunt: *Assumptio beatæ Mariæ Virginis*. Et hac nostra ætate martyrologium romanum legitur in choro illius metropolitici templi, in quo hæc verba pro Virginis Assumptione no-

(2) Hist. Eccl. sæc. II, part. I, art. 3.

(3) Cf. Jacobum Gaudin.

tatu digna sunt: « Assumptio beatæ Mariæ Virginis Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi, quæ Filii sui pro nobis mortui Legi obsecuta, ut Filia veteris Adam veterem sententiam subiit, et mortem obiit; ut autem Dei viventis Mater, ad illum ipsum, quem genuerat, digne assumpta, suscepta est ab illo, et super omnem exaltata Creaturam cum eo honore quo tanta Mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit Filium. » — Memoriae proditum est, div. Antonium a Padua in pervigilio Assumptionis renuisse legere Martyrologium, quod verba dubitantia circa tantum mysterium habebat. Usuardi vel Adonis Martyrologium fuisse crediderim.

3. Quæ cum ita se habeant, resolvi facile potest illa difficultas quæ ait: Assumptionis negatio ex pluribus retro sæculis in integris ecclesiis vigit. Ergo.

At primo, si memorata negatio ex pluribus retro sæculis vigerit; igitur suam non habet originem ab orientis Ecclesiæ primordiis, quæ inaugurata sacro Pentecostes die, novemdecim sæcula vitæ supernaturalis recenset: ex novitate porro negationis ejus falsitas arguitur juxta præclaram illam Tertulliani sententiam: « Verum quod prius traditum, falsum quod posterius immisum (1). » Præterea: illa negatio est quiddam singulare factum, quasique brevis in magno concentu dissonantia; immo, ut musicorum phrasim usurpem, *dissonantia concors*; quia meliorem præbens occasionem evolvendi collustrandique ve-

(1) Tertull. De Præscript. adversus hæreses.

ritatem, meliorem veritati præbuit harmoniam. Consulto vocavimus eam dissonantiam *brevem*: etenim in Gallia cito post illam disputationem cujus ante meminimus, Deiparentis assumptæ doctrina reffloruit, qualiter nunc temporis *cor omnium unum est, et anima una* in Virginis Assumptione docenda, colenda, monumentisque decoranda.

## XII. DIFFICULTAS

contra caput 4.

1. Adversarii in SS. PP. acuta jacula torquent. En primum. Passim docent PP. omnes, absque ulla exceptione mortales obnoxios esse corruptioni. Quod Assumptioni Virginis omnino refragatur.

Non est in ore eorum veritas. Nos enim minime fugit, hanc Patres docuisse veritatem, cui pariter ipsimet utroque pollice subscribimus. At quemadmodum Patres edocent, omnes homines adamitica labe coinquinos concipi; et tamen Christus ex natura, et Maria ex privilegio excipiuntur; ita quoque Patres, licet omnes homines corruptioni obnoxios esse fateantur, Jesum tamen et Mariam excepisse, fatendum rationabiliter est. Alioquin nimis probaret, et ideo nihil argumentum neologorum. Nam si ex Patrum doctrina quoad humanam corruptionem nulla fieri possit exceptio, nedum B. Virgo, sed et Christus corruptionem pateretur, quo quidem incurritur hæresis. Insuper: quin huic veritati Patres obstiterint, eam satius, ut in thesi largiter exposuimus, venusto eloquio, dulcique beatissimam

erga Deiparam dilectione tradiderunt.

2. Conceptis verbis, urgent adversarii præsertimque Launojus, Patres Assumptioni Virginis obstant. Satis est, ut parumper nostros oculos in eorum scripta convertamus. Et primum Ambrosius scribit: « Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nec littera nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima sed corpus materiali gladio transverberatur (1). » Hæc mediolanensis episcopi verba sic commentatur Launojus: « Qua ratione doctor Ecclesiæ probat beatam Mariam ex hac corporali vita necis passione non migrasse, eadem et probatur ad cælum hæud migrasse corporaliter, quia id nec littera docet nec historia; et hæc ratio eo est validior, quod nec auctoribus vetustioribus Ambrosio, nec æqualibus, idest, qui rem melius noverint, refelli possit (2). » Sic ille.

At nos Launojum impetentes, sic eum perstringamus oportet. Quænam necessitudo reperitur inter Assumptionem Virginis ejusque martyrium, ita, ut illa ex isto dependeat? quomodo concepi sana mente poterit, Virginem Mariam hæudquaquam fuisse corporaliter in cælum assumptam, eo quod nullum passa sit corporale martyrium? Fatemur equidem, nec traditionem nec scripturam Virginis corporale martyrium docuisse: sed tum verenda traditio disertis conceptisque verbis, tum sacra Biblia velut *oblique* aut *subobscurè* christifidelibus psy-

(1) Lib. II in Luc., cap. II.

(2) Judicium de controversia Martyrologii.

chosomaticam Deiparentis Assumptionem reliquerunt. Si dicet fortasse quispiam: Launojus litteras syriacas non excoluit; hæc enim de re historia silet: igitur neque latinas litteras excolere nisus est. Hic, talia loquens, loqui vera jam potest? minime quidem. Igitur nec vera loquitur sed falsa, qui sic ratiocinatur: Beata Virgo corporale martyrium non subiit; hoc enim nec scriptura nec traditio docuit: igitur nec corporalem promeruit Assumptionem. Sed nugatoriam hanc rem deseramus.

3. Mordicus urget Launojus, et ipsius Ambrosii auctoritatem scribentis obtrudit: « Ipse (Christus) est resurrectio, ipse est primogenitus ex mortuis, in quo omnes quidem prærogativam futuræ resurrectionis accepimus, solus tamen ipse adhuc resurrectione perpetuus resurrexit (3). » Patet igitur, ait Launojus, ab anticipata resurrectione Virginem quoque Deiparam excludi. Et videntur in hanc sententiam inclinasse nonnulli alii Patres; sic S. Avitus viennensis in Fragmentis habet: « Christus hæcenus solus est, qui non moriturus resurrexit. »

Verum, hæc non adeo momentosa sunt, ut in contrariam sententiam adducamur. Omnia siquidem in difficultate recensita, quantum nostra patitur tenuitas, refellenda suscipimus. D. Ambrosius loc. cit. loquitur de resurrectione vero jure debita quæ uni Christo tribuitur, non autem de resurrectione singulari privilegio donata, quam B. Virgini tantummodo Deum tribuisse profiteamur. Hinc so-

(3) Lib. I Interpr. moral. in Job cap. VI.

lus Christus sua virtute gloriosus æthera scandit, ut scite monet Ambrosius; hoc autem non impedit, quominus B. Virgo Deiparens superna virtute cælum regnatura conscendat. Eodem plane sensu locuti sunt ceteri Patres. Nec sufficit: explorata quoque res est, Commentaria sive Moralia in Job minime fuisse per Ambrosium concinnata; quapropter ista Moralia in accuratissima editione omnium opp. D. Ambrosii per Patres benedictinos elaborata nullatenus reperiuntur.

4. Hieronymus in sermone de Assumpt. totus est in refellendo libro de Transitu B. M. V., quare Virginis ejusdem Assumptionem refellit.

Sermo præfatus auctorem non habet Hieronymum. Beda namque nec non alii VIII sæculi scriptores de eo mentionem faciunt, illumque tribuere non audent Hieronymo. Cui sententiæ Baronius ipse subscribit, inquit: « Extat sermo titulo S. Hieronymi ad Paulam et Eustochium scriptus, quem nonnulli existimarunt esse illius Sophronii, cujus idem Hieronymus meminit in Lib. de Scriptoribus Eccl., sed neutrius puto: quia potius constat esse alicujus auctoris, qui vixit circa vel post tempus Concilii Ephesini et Chalcedonensis: multum enim versatur in profligandis Nestorii atque Eutychetis erroribus, qui quidem longo post tempore Hieronymi atque Sophronii in Ecclesiam irruperunt (1). » Compertum insuper est, hujus sermonis auctorem hæud fuisse Hieronymum. « Totus hujus sermonis, seu epistolæ stylus, » inquit Marthenæus, « sic abhorret ab Hieronymo, ut non

(1) Ad ann. 48, § 12.

dubitem negare latinum fuisse qui scripsit, sed græcum. Resipit enim sermo totus recitatam quamdam et balbutiem hominis in aliena lingua versantis (2). » Quin imo pseudo-Hieronymus, quamquam de corporea Deiparentis Assumptione disserens nunc animum hæc, nunc illuc dividat; tamen in refellendo libro *De Transitu B. M. V.*, nostræ sententiæ totus esse videtur. Namque scribit: « Ut collegium vestrum discat qualiter favente Deo per singulos annos tota hæc dies expendatur in laudem, et cum gaudio celebretur, ne forte si veniat in manus vestras illud apocryphum *De Transitu ejusdem Virginis*, dubia pro certis recipiatis; quod multi Latinorum pietatis amore et studio legendi charius amplectuntur, præsertim cum ex his nihil aliud experiri possit pro certo, nisi quod hodierna die gloriosa migravit cum corpore (3). » Præterea: si pseudo-Hieronymus Assumptionem in dubium verterit, hæud quidem vertit *docens*, sed *narrans* opinionem quorundam; ait enim: « Hæc idcirco dixerim, quia multi nostrorum dubitant, utrum assumpta fuerit simul cum corpore, an abierit relicto corpore. Quomodo autem, vel quo tempore, aut a quibus personis sanctissimum ejus corpus inde ablatum fuerit, vel ubi transpositum, utrum ne resurrexerit, nescitur, quamvis nonnulli adstruere velint, eam jam resuscitatam et beatam cum Christo immortalitate in cælestibus vestiri: quod et de B. Joanne evangelista ejus ministro, cui virgini

(2) Pag. 82, tom. v, Oper. S. Hieronymi.

(3) Alii vero legunt: *Gloriosa migravit a corpore.*

a Christo virgo commissa est, plurimi asseverant; quia in sepulcro ejus, ut fertur, nonnisi manna invenitur, quod et scaturire cernitur. » Exinde fit, ut pseudo-Hieronymus, quin opinioni nostræ contradicat, illi potius studere videatur. — Idem redit argumentum pro ven. Beda qui pariter eundem librum refutavit (1). Neque præsumendum tam insignem Angliæ scriptorem qui corpoream Deiparentis Assumptionem in suis martyrologiis iterum iterumque prædicarat, deinceps palynodiam tam facile cecinisse.

5. Neque cum Launojo quispiam oggerat: Turonensis Gregorii narratio quam in thesi retulimus, a libro *De Transitu B. M. V.* desumitur, et ideo debet improbari. Forsitan enim a memorato libro narrationis adjuncta div. Gregorium episcopum Turonis accepisse dicam, nullatenus autem rei factique substantiam, quantumvis præfatus liber errorem contra Virginis Assumptionem, uti novimus, proprie vereque non contineat.

6. Præterea, insistent adversarii, S. Ildephonsus inclytus Mariæ præco hæc habet: « Quod (Virginis nempe corpus fuisse ad cælos elatum) licet pium sit credere, a nobis tamen non debet affirmari, ne videamur dubia pro certis recipere (2). » Ergo Virginis Assumptio dubia veritas est.

Profecto nisi toletanum Archiepiscopum velimus sibimetipsi contradicere, ejus verba benigno recipienda sunt sensu; in eodem quippe sermone

(1) In Act. Apost. ad cap. viii: et in lib. de loc. sanct., cap. xii in Mss. Cod. Monast. S. Germani Prædens.

(2) Serm. vi de Assumpt.

paulo inferius aperte declarat: « Nec sane illud omittere debemus, quod multi pietatis studio amplectuntur; eam hodierno die a Filio suo D. N. J. C. ad cæli palatia corporaliter fuisse sublimatam. » Illæ quapropter Ildephonsi aliorumque Patrum scriptorumve nostrorum similes locutiones in hunc, ni me fallat opinio, recidunt sensum, videlicet nos handquaquam agnoscere faterique debere tamquam fidei dogma corpoream Deiparentis Assumptionem. Id tamen in verba toletani Archipræsulis debita perhumilique cum reverentia et observantia juverit commonere dumtaxat, non tantum esse pium credere Marianum privilegium, sed etiam tam Ecclesiæ totius magisterio consentaneum, ut illud negare cum neologis valde temerarium sit.

Modeste ac humiliter Patres excusare debemus, in quibus velut electis organis Spiritus sanctus locutus est, atque Ecclesiam docuit. Et quamvis aliquando loqui duriuscule videantur, mens tamen eorum benigne interpretanda est, secus periculum inest in graves hæreses labendi. Equis ignorat, archimandritam Eutychem permotum præcipue fuisse ad unicam in Christo naturam asserendam ex D. Cyrilli alex. effato perperam intellecto, quod passim est ab eo contra Nestorium usurpatum; post incarnationem scilicet in Christo *unam Dei Verbi incarnati esse naturam?* Et cæteris dimissis, hausit Lutherus totum hæreticum systema *de sola fide justificante* ex prava intelligentia testimonii, quod ad eximendos ejus scrupulos quispiam ei suggererat ex sermone

D. Bernardi: « Si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo cui soli peccasti, et in quem peccatum non cadit, bene facis; sed adde adhuc ut hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium quod perhibet in corde tuo Spiritus sanctus, dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua (1). » Præclare D. Gregorius nazianzenus hæreticos in libris Patrum legendis assimilavit muscis, quæ per corpus discurrentes, quod sanum est prætereunt, quod autem ulcerosum ac purulentum exsugunt. Sic isti quæ a veteribus Ecclesiæ Patribus ac Doctoribus pie sapienterque dicta sunt, omnino contemnunt: si quid illis minus consideratum excidat, id excipiunt, notant, inculcant, decantant. Et si lubet, ingenue dicam: perditi homines colligunt hæresim, quemadmodum eisdem e floribus, unde mel litum rorem apes exsugunt, serpentes venenum exprimunt. Quod in assumptæ Virginis causa præcipue videri potest. Quapropter eo unde digressi sumus, revertamur.

7. S. Willibaldus qui vii ævo floruit, in Itinerario hæc scribit: « Incertum esse an beata Virgo cum corpore assumpta sit, an sepulta et alias inde transposita. » Ergo, concludunt adversarii, saltem incerta res est.

Illis qui Willibaldi hodoepicon objiciunt, cum his occurrimus quæ ex eodem a consanguinea sanctimoniali Hildenheim conscripta didicimus: « Sancta Maria in illo loco in medio Jerusalem exivit de hoc sæculo, qui nominatur sancta Sion, et tunc apostoli undecim portaverunt

(1) Serm. i de Annunt. B. Virg., num. 3.

illam, sicut prius dixi, et tunc angeli venientes tulerunt eam de manibus apostolorum et portaverunt in paradisum. » Quibus plane colligitur, vel mendosum esse textum Willibaldi, vel suam dein correxisse sententiam.

8. Odilo cluniacensis abbas rem definire noluit; propterea inquit: « Ejus meritis et gloriosissima assumptione, divinæ legis interpret sanctus Hieronymus, alique egregii Doctores ante et talia posuerunt, et noluerunt dicere, quibus nos non debemus aliquid adjicere (2). » Auctor etiam Chronic. Mss. Abbatiae S. Victoris parisiensis ad calcem operum Ugonis Victorini, ait: « Utrum autem B. Virgo assumpta sit cum corpore, multi, ut ait S. Hieronymus, nostrorum dubitant. » Ergo.

Ista momenta quæ prima fronte vel contraria vel dubia saltem videntur, protinus evanescunt, si generalia principia semel posita recolantur, hos scilicet auctores vel Pseudo-Hieronymi auctoritate deceptos, vel dubios ab Ecclesia dogmaticum expectasse decretum. — Launojus insuper ait: « Richardus Victorinus in opusculo *De excellentia B. Virginis* cap. xxxvii illam mirifice prædicat, sed inter dotes quas describit, gloria corporis non comparuit (3). » Sed prorsus immerito: enim vero in thesi quænam Richardo pro Assumptione Virginis insederit mens, oppido clare deprehendimus. Igitur qua fronte de laudato scriptore Launojus memoriæ prodere ausus fuit, nescimus.

(2) Serm. de Assumpt. quem Mss. servat Bibl. domest.

(3) Loc. alibi cit.



## XIII. DIFFICULTAS

contra idem caput.

1. Orientis Ecclesiae Patres vel nihil vel perpauca de Virginis Assumptione tradiderunt. Sic neologi.

Ut alias rationes omittam, qui ecclesiasticam Historiam vel a limine salutaverint, ignorare non possunt, disciplinam arcani ea temporis antiquitate viguisse. Quare nonnulla praecipua fidei capita provido sapientiae consilio latebant, ne projicerentur margaritae ante porcos, pusillive paterent offendicula. Hujus silentii opportunitatem Andreas cretensis edisserit: « Nam neque congruum erat, ut cum primum conscribi cepit evangelium, mox seminatus oeconomicae ac incarnationis sermo haec sibi disquirenda ac exponenda assumeret, quae utique peculiari alio, quam pro temporis ratione et otio et opera indigerent: utrum siquidem ob eas rationes nec sciamus quid loquamur; sin autem quod divino spiritu afflatus viri ad usque tantum Verbi in carne nobiscum commorationem sermonem oeconomicae, et spectantem ad sacramentum assumpti hominis prodixerunt, nec aliud ulterius, quam ascensionem a terra docuerunt, eo illis silentium indictum sit, etiam ipse morem gero (1). » Verum, priorum PP. silentium non destruit traditionem quam ceteri docuere Patres. Unde scite Papebrochius: « Contigit etiam saepe traditionis substantiam talem esse, ut nonnisi temere possit in du-

(1) Serm. 1 de Dormit. B. V. M.

bium revocari, etiam coevorum testimoniis destitutam (2). » Hisce praefactis, ope nostrae theses, o neologi, de Assumptione Deiparentis coarguite.

2. Aliud in Patres telum vibratur. Emunctae naris critici norunt, plurimos sermones quos Petrus Canisius aliique plures DD. Athanasio, Cyrillo, Chrysostomo, Augustino et aliis veterum temporum Doctoribus tribuerunt, ad severiorem trutinam vocatos omnino apocryphos censendos esse. Quare Virginis Assumptio non adeo firma remanet, ut pro ea singuli Patres suffragium tulerint.

Neque ab hoc telo ferimur. Virginis enim Assumptio firma quoque manet, quantumvis nonnulli Patres eam scripto sermone minime profiteantur. Argumento sane negativo positivum non destruitur. Neque ab auctoritate omnium omnino Patrum eandem doctrinam unanimiter asserentium, sed ex eorumdem majori parte theologus firmum depromere valet argumentum. Quaquaversus igitur res nostra spectetur, jugiter in suo robore manet.

Ut tamen omnia pie causae praesto sint, nemo inficias iverit hujusmodi sermones, dummodo nullum contineant errorem, prouti non continent, spectari posse ac debere uti monumenta vetustissima, quae ad prisca vel aurea pertineant Ecclesiae saecula, quaeque proinde maxima ad faciendam fidem auctoritate polleant. Quamvis igitur apocryphi sermones supra relati dubiae sint auctoritatis, eatenus tamen rei nostrae pro-

(2) In resp. ad Patr. Seb., part. II, pag. 363.

bandae isthaec auctoritas par est, quatenus veterem scriptorem attingit. Apostolus (1) ex apocrypho libro accepisse creditur quae de Janne ac Mambre scripsit, et evangelista Matthaeus illud evangelii sui pericopen: *Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus* (3). Nihil autem hujusmodi apud Jeremiam dicitur, sed apud Zachariam (4). Qualiter ergo componenda res est? D. Hieronymus apocryphum Jeremiae librum a judaeo quodam sibi exhibitum testatur, in quo integer locus iste legebatur qui a Matthaeo recitatus est. Licet porro sermones qui urgentur in difficultate, velut apocryphi suppetant, nihilo tamen secius magna in Assumptione Virginis explicanda et confirmanda efficacia gaudent.

Hoc perpendendum insuper est: debet apprime distingui inter Patres seorsim sumptos et eorum universalitatem et consensionem; atque iterum inter Patres in se spectatos et suffragium Ecclesiae. Licet proinde nonnulli Patres de Virginis Assumptione siluerint, nonne ceteri sat magno numero Patres cum Ecclesiae suffragio pro eadem Virginis praerogativa supersunt? Quamvis iccirco Patres de aliquo peculiari doctrinae articulo vel parce disseruerint, vel, quia nulla praebatur occasio, plane

(1) II. ad Tim. III, 8. (2) Jud. XIV.  
(3) Matth. XXVII, 9. (4) Cap. II, 12.

tacuerint, vel etiam, quia decepti, dubium indiderint; non ideo concludendum, traditionem illam aut doctrinam in Ecclesia nequaquam obtinuisse. In postremo namque casu non uti traditionis testes se habent, sed uti doctores qui e proprio philosophantur penu, ea prorsus ratione qua theologi nostrates identidem facere consueverunt. Nil proinde valet ad Assumptionem Virginis concutiendam.

3. Denique concludunt adversarii: nonnulla Patrum testimonia tanta brevitate pollent, ut vix paululum veritatem Assumptionis attingant, neque proin ostendant clara micantique luce traditionem.

Ut alia momenta praetermittam, sicut Verbum Dei incarnatum ad hominis usque naturam abbreviatum est, ac exinanitum, ut quod caelo non capiebatur, praesepio clauderetur, teste Isaia (5); sic et testimonia Patrum, quae, parva licet, magnam tamen continent Assumptionis Marianae doctrinam. Unde quod S. Bartholomaeus apostolus, testante D. Dionysio Areopagita (6), dictitabat, *Theologiam esse parvam et magnam, atque evangelium esse amplum et grande, ac simul breve ac concisum*, idem ego de Patrum testimoniis dixerim. Sunt brevia verbis, ampla rebus, spiritu documentisque grava.

## XIV. DIFFICULTAS

contra caput 5, n. 4.

1. Nedum in Patres, verum et in theologos scholasticos adversarii sui

(5) Cap. I, 23.  
(6) De Theologia Mystica, cap. I.

## XIII. DIFFICULTAS

contra idem caput.

1. Orientis Ecclesiae Patres vel nihil vel perpauca de Virginis Assumptione tradiderunt. Sic neologi.

Ut alias rationes omittam, qui ecclesiasticam Historiam vel a limine salutaverint, ignorare non possunt, disciplinam arcani ea temporis antiquitate viguisse. Quare nonnulla praecipua fidei capita provido sapientiae consilio latebant, ne projicerentur margaritae ante porcos, pusillivae paterent offendicula. Hujus silentii opportunitatem Andreas cretensis edisserit: « Nam neque congruum erat, ut cum primum conscribi coepit evangelium, mox seminatus oeconomicae ac incarnationis sermo haec sibi disquirenda ac exponenda assumeret, quae utique peculiari alio, quam pro temporis ratione et otio et opera indigerent: utrum siquidem ob eas rationes nec sciamus quid loquamur; sin autem quod divino spiritu afflatus viri ad usque tantum Verbi in carne nobiscum commorationem sermonem oeconomicae, et spectantem ad sacramentum assumpti hominis prodixerunt, nec aliud ulterius, quam ascensionem a terra docuerunt, eo illis silentium indictum sit, etiam ipse morem gero (1). » Verum, priorum PP. silentium non destruit traditionem quam ceteri docuere Patres. Unde scite Papebrochius: « Contigit etiam saepe traditionis substantiam talem esse, ut nonnisi temere possit in du-

(1) Serm. 1 de Dormit. B. V. M.

bium revocari, etiam coevorum testimoniis destitutum (2). » Hisce praefactis, ope nostrae theses, o neologi, de Assumptione Deiparentis coarguite.

2. Aliud in Patres telum vibratur. Emunctae naris critici norunt, plurimos sermones quos Petrus Canisius aliique plures DD. Athanasio, Cyrillo, Chrysostomo, Augustino et aliis veterum temporum Doctoribus tribuerunt, ad severiorem trutinam vocatos omnino apocryphos censendos esse. Quare Virginis Assumptio non adeo firma remanet, ut pro ea singuli Patres suffragium tulerint.

Neque ab hoc telo ferimur. Virginis enim Assumptio firma quoque manet, quantumvis nonnulli Patres eam scripto sermone minime profiteantur. Argumento sane negativo positivum non destruitur. Neque ab auctoritate omnium omnino Patrum eandem doctrinam unanimiter asserentium, sed ex eorumdem majori parte theologus firmum depromere valet argumentum. Quaquaversus igitur res nostra spectetur, jugiter in suo robore manet.

Ut tamen omnia pie causae praesto sint, nemo inficias iverit hujusmodi sermones, dummodo nullum contineant errorem, prouti non continent, spectari posse ac debere uti monumenta vetustissima, quae ad prisca vel aurea pertineant Ecclesiae saecula, quaeque proinde maxima ad faciendam fidem auctoritate polleant. Quamvis igitur apocryphi sermones supra relati dubiae sint auctoritatis, eatenus tamen rei nostrae pro-

(2) In resp. ad Patr. Seb., part. II, pag. 363.

bandae isthaec auctoritas par est, quatenus veterem scriptorem attingit. Apostolus (1) ex apocrypho libro accepisse creditur quae de Janne ac Mambre scripsit, et evangelista Matthaeus illud evangelii sui pericopen: *Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus* (3). Nihil autem hujusmodi apud Jeremiam dicitur, sed apud Zachariam (4). Qualiter ergo componenda res est? D. Hieronymus apocryphum Jeremiae librum a judaeo quodam sibi exhibitum testatur, in quo integer locus iste legebatur qui a Matthaeo recitatus est. Licet porro sermones qui urgentur in difficultate, velut apocryphi suppetant, nihilo tamen secius magna in Assumptione Virginis explicanda et confirmanda efficacia gaudent.

Hoc perpendendum insuper est: debet apprime distingui inter Patres seorsim sumptos et eorum universalitatem et consensionem; atque iterum inter Patres in se spectatos et suffragium Ecclesiae. Licet proinde nonnulli Patres de Virginis Assumptione siluerint, nonne ceteri sat magno numero Patres cum Ecclesiae suffragio pro eadem Virginis praerogativa supersunt? Quamvis iccirco Patres de aliquo peculiari doctrinae articulo vel parce disseruerint, vel, quia nulla praebatur occasio, plane

(1) II. ad Tim. III, 8. (2) Jud. XIV.  
(3) Matth. XXVII, 9. (4) Cap. II, 12.

tacuerint, vel etiam, quia decepti, dubium indiderint; non ideo concludendum, traditionem illam aut doctrinam in Ecclesia nequaquam obtinuisse. In postremo namque casu non uti traditionis testes se habent, sed uti doctores qui e proprio philosophantur penu, ea prorsus ratione qua theologi nostrates identidem facere consueverunt. Nil proinde valet ad Assumptionem Virginis concutiendam.

3. Denique concludunt adversarii: nonnulla Patrum testimonia tanta brevitate pollent, ut vix paululum veritatem Assumptionis attingant, neque proin ostendant clara micantique luce traditionem.

Ut alia momenta praetermittam, sicut Verbum Dei incarnatum ad hominis usque naturam abbreviatum est, ac exinanitum, ut quod caelo non capiebatur, praesepio clauderetur, teste Isaia (5); sic et testimonia Patrum, quae, parva licet, magnam tamen continent Assumptionis Marianae doctrinam. Unde quod S. Bartholomaeus apostolus, testante D. Dionysio Areopagita (6), dictitabat, *Theologiam esse parvam et magnam, atque evangelium esse amplum et grande, ac simul breve ac concisum*, idem ego de Patrum testimoniis dixerim. Sunt brevia verbis, ampla rebus, spiritu documentisque grava.

## XIV. DIFFICULTAS

contra caput 5, n. 4.

1. Nedum in Patres, verum et in theologos scholasticos adversarii sui

(5) Cap. I, 23.  
(6) De Theologia Mystica, cap. I.

jacula torquere nituntur. Scholasticos inter theologos (ajunt) ab Aquinate præsertim adstruitur Assumptio, et scholasticos inter theologos præsertim Aquinas inficiatur Assumptionem. Angelicus namque Doctor qui magna veræ sapientiæ luce potitur, B. Virginem Mariam in anima et corpore non fuisse in cælum assumptam arbitratur (1). Nec erit abs re commone, quædam scholasticorum documenta quæ admodum piæ sententiæ favent, spuria penitus existimari. Ergo.

Utro fatemur, Aquinatem cit. loc. Mariam non fuisse assumptam docere; sed alicubi suam dedocet opinionem, et maxime in *expositione Salutationis Angelicæ* (2), et in *Summa Theologica* (3) sententiæ D. Augustini (prout illorum temporum ferebat opinio) mordicus adhæret.

Nec forte mirari debet quispiam, si quis doctor, puta D. Thomam, in tot tantisque suis voluminibus circa cujusdam extrema doctrinæ vagari conspicitur. Quandoquidem mortalis homo, qualiscumque demum ingenio sit, in ejus oculis veritatum sole coruscante, quædam non desinit esse noctua, qui sæpe lacrymans, vel aliquam non contuetur veritatem, vel postea contuebitur. Hinc doctorum phoenix Augustinus, etsi aliquando Christum hominem *dominicum* compellarit, in libro tamen 1<sup>o</sup> *Retractationum* inquit: « Ubi cumque hoc dixi, dixisse me nollem: postea quippe vidi non esse dicendum. »

(1) In Comment. super Matthæum cap. 27.

(2) Opusc. 4.

(3) 3 Par., quæst. 53, art. 3 ad 2 in fine.

Hiscæ positis, qui velint D. Thomam tamquam Assumptionis osorem traducere, suæ critices errore falluntur. Et si Marianæ Assumptionis verus ac formalis extiterit osor, quomodo staret præclarissimum illud de Aquinate doctore SS<sup>mi</sup> Clementis VIII Pont. Max. testimonium in Bulla ad nobiles neapolitanos, quæ incipit *Sicut angeli*, ubi ait: « Doctrinæ sancti Thomæ testis est ingens librorum numerus, quos ille brevissimo tempore, in omni fere disciplinarum genere, singulari ordine ac mira perspicuitate sine ullo prorsus errore conscripsit? » An veritas veritati, pontifex pontifici, aut Ecclesia pontifici contradicere potest? absit. Ergo non antiquitatis amore, sed novitatis potius libidine vetera doctorum monumenta discutiuntur.

2. Quod vero ad spuria pertinet testimonia quæ a nonnullis afferuntur, ita componendum autumamus. Sive ea genuina sint, sive non. Si primum, nostra veritas majori firmitate munitur. Si secundum, et nos nonnulla testimonia fatemur apocrypha reperiri, sed his non indigemus. Unde si quæ sint minus sincera, dimittimus adversariis; quia in tanta testimoniorum copia quæ nobis genuina suppeditantur, foret absonum velle supposititia consecrari.

#### XIV. DIFFICULTAS

contra idem caput.

1. Aliter sentire videtur Guibertus Abbas Novigentinus; ait enim: « Sed quid in iis versor, cum tanta sit in totius sanctæ Ecclesiæ ore pudicitia, ut etiam matris Dominicæ corpus re-

surrectione glorificatum dicere non audeat; ob hoc videlicet, quod necessariis argumentis comprobare non valeat (1)? » Ergo.

Hac in re me paucis expediam: argumentum quod conficit memoratus Abbas, illud prorsus est quod penes omnes vocatur *argumentum ad ignominiam*; nullo siquidem fundamento nititur, sed ex imaginationis penu creatur. Tota prima pars recolatur, ut agnoscere quisque valeat, si vere *matris Dominicæ corpus resurrectione glorificatum dicere non audeat* Ecclesia!!!

Dein laudatus Abbas scribit: « Et cum vas illud omni creatura post Filium præclarior, quod Dominum majestatis universorum contulit, quod nunquam ulli nec angelicæ quidem naturæ licuerit, irremuneratum, inhonoratumque dimisisse ad experientiam corruptionis, credere nefarium sit (præsertim cum quod corpori suo glorificando debuerit, materno corpori, ex quo est quod est, redhibere obnoxius sit,) resuscitatum nequam dicere audeamus, nec ob aliud profecto, nisi quod probabilibus indiciis asseverare non possumus. » Ergo.

At, quæso, percontor, quare *nisi probabilibus indiciis* præclarissimum factum *asseverare non possumus*? Satis est oculos habere, ut per illos in Patrum, Doctorum, aliorumque perillustrium theologorum scriptis maxima pro Virginis Assumptione momenta prospiciantur. Sed, ecce! quid dicam? ipsemet Abbas Novigentinus suæ difficultati occurrit; ait enim: « Ratio

(1) Lib. 1 de Pignoribus Sanctor., cap. iv, § 1.

plane procul dubio evidens videtur, ut cum multa quorumcumque sanctorum corpora cum ejus Filio resurrexissent credantur, illa cujus caro non altera quam Filii est, præsertim quæ nulla Patris nisi sola sancti Spiritus in conceptu ejus fomenta cognoverit, quomodo sub legibus antiquæ maledictionis in pulvere terræ resederit, quæ auctorem benedictionis singulariter electa protulerit, cum sine detrimento, si dicere audeam, carnis Filii esse non possit, si matris carnem sub communi sorte dimiserit, et privilegium peregrinæ carni contulerit, quod matri suæ ipsius veræ carni negaverit? » Poterat anticipatæ resurrectionis privilegium gravioribus urgeri rationum momentis? Tantam vim habet veritas, ut suos etiam hostes ad ejus venerationem cogat.

2. Adversarii ponunt in medio Tostatium episcopum abulensem qui ait: « Cum autem de Virgine dicitur resurgente: dicendum quod non est necesse hoc tenere, quia hoc non est de articulis fidei, neque etiam est aliquid definitum per Ecclesiam, ut teneri debeat (2). »

Utro nos damus concedimusque, Deiparentis Assumptionem nondum esse relatam inter dogmata fidei; verumtamen erronea et ad logices normam haud valet illatio ab Abulense deducta. Res per se loquitur. Nec ille recte concludit, posse quempiam, prout sibi collibuerit, opinari, eo quod Assumptionem denegans, in nullam labatur hæreticam censuram: « Ideo licet cuilibet sicut voluerit opinari, quod nimirum absque hæresi exponitur

(2) In cap. XXI Matth., quæst. cxxx.

in Vindiciis Parthenicis cap. cclxviii. » Perperam quoque disserit, cum ait: « Rationes autem quæ ad probandam illius resurrectionem sumuntur, sunt suasiones quædam et non convincunt; et tamen quia communiter tenetur, quod resurrexit, rationabilius est hoc tenere. » Si rationabiliter creditur ac rationabiliter tenetur, cur argumenta quibus probatur, suasiones vocari tantummodo possunt? Sibimetipsi contradicit. Immerito denique concludit Tostatus, inquit: « Si quis tamen contrarium asserat, non contendimus: sed dicendum quod si surrexisse ponatur, non est asserendum, quod ei competiverit propter abundantiorum sanctitatem et approximationem ad Christum, sed solum ei concessum ex privilegio. Nam si propter sanctitatem competivisset ei aliquando resurgere ante finem sæculi, necesse erat quod omnibus aliis propter differentem perfectionem prius et posterius resurgere competeret, servata proportione sanctitatis eorum quod falsum est; quia tunc quotidie resurgerent aliqui, et ita in die ultima non plures resurgerent quam qui hodie resurgunt. Et tamen resurrectio in ultimo die fiet, et sic Christus prædicabat. » Sed immerito concludi præposuimus: quemadmodum enim Virginis Mariæ sanctitas ejusque cum Deo conjunctio unica prorsus fuit ac singularis; ita ejus resurrectio et Assumptio unica pariter singularisque fuit. Hinc Marcellinus Sicuri Tostati doctrinam castigans, ait: « Opinio Abulensis et Cajetani a cæteris communiter discrepans nec probabilis nec toleranda

(1) Dissert. de verbis Usuardi, pag. 14.

reputatur. » In eum recidit illud tritum sermone proverbium: *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

3. Nec valet adducere Claudium Joly qui Launoi adversæ sententiæ favit; hæc enim ipse memoriæ prodidit: « Quis negare valeat assumptionem talem ab omnipotenti Deo fieri posse? quis asserere præsumat Deum ita fieri noluisse? quis proferre audeat beatissimam Virginem quam angelus ab ipso Deo missus salutavit, et cælesti gratia plenam esse asseveravit, postquam Dei mater esse cœpit, peculiarem hanc gratiam non meruisse (1)? » Magna sæpe sæpius ingenia in magnos rapiuntur errores, inflante scientia, non ædificante charitate.

4. Denique Roncaglia proponitur, inquit: « Apud omnes procul dubio esse debet e sepulcro nullo expresso inniti testimonio Patrum priorum Ecclesiæ sæculorum, quod et ait Baronius ad ann. 48, innuitque celeberrimus Florentinus in suo martyrologio, unaque P. Combefisis. Illud etiam fatendum aliquot mediæ ætatis Patres de corporea in cælum Deiparentis assumptione dubitasse, nec affirmare ausos eo donari privilegio, ut ipsorum relatis testimoniis ostendit Natalis. E contra vero quamplures ejusdem et postremæ ætatis omnesque insignes theologi B. V., corpore redivivo, in cælum assumptam indubitanter affirmarunt (2). »

Melius responderi non potest quam cum Danzetti qui ait: « Si omnes perlustremus scriptores ac libros ad xv usque sæculum, perpauca admodum

(2) In Notif. ad Natal. Alex. sæc. II, cap. 14.

## XVI. DIFFICULTAS

contra caput 6, nn. 2, 5.

1. De genuitate testimonii Eusebii Tillemontius dubitat, eo quia prorsus alienum est ab Eusebii ratione privatis revelationibus adstruere catholicas veritates.

Monendum nihilominus, quandoque verbum *revelo* pro verbo *manifesto* communiter usurpari, juxta illud Proverbiorum: *Secretum extraneo ne reveles.* In eadem Tertullianus sententiam concedit, cum ait in Apologetico: *Tempus omnia revelat.* Quo sensu accepto Eusebii testimonio, privatis nequicquam revelationibus, sed veterim potius majorum traditionibus illud omnino niteretur.

Ipse Tillemontius urget, frustra in græco textu illud comma desiderari, et Eusebii Chronicon, edente Scaligero, haud temere memorata verba prætermisisse.

Pace tanti viri, genuinum Eusebii græcum codicem publico ecclesiasticæ Historiæ pessimo intercidisse, fragmentaque tantum nonnulla superesse dicam. Lacunam hanc in latina exemplaria irrepsisse concedamus; attamen et noscum Strozio animadvertimus (2),

qui de integrali Virginis Assumptione dubitent, inveniemus. Ex quibus plerique confugiunt ad pseudo-Hieronymi ac suppositi Augustini communem auctoritatem. Unus vel alter ea sunt mente, ut nostram sententiam ad fidem pertinere negaverint. Immerito proin et Tillemontius et Natalis Alexander inquit, *Sanctos Patres et auctores antiquos in Ecclesia spectatissimos de gloriosa Virginis assumptione dubitare.* Tolle priorum ætatum apocrypha, et usque ad xv ævum nullus erit adversus scriptor. Ad unam quapropter ecclesiam Galliæ a sæc. ix ad xi et xii omnis dubitatio reducitur, et, si magis lubet, ad paucissimos ecclesiæ gallicanæ (1). »

Sed nonnullos scriptores veritatem hanc in dubium vertisse fingamus: nunc tamen post tot gravissimas ea de re theologorum disquisitiones, re diligenter excussa, ac omnibus in unam sententiam indubitanter euntibus, non poterit quidem maximæ temeritatis notam effugere, si quis deinceps aut diversam elegerit opinionem, vel adhuc dubitandum censuerit. Immo divinando fatemur: vel ipsi contradicentes, si nunc temporis adessent, in tanta qua fruimur veritatis luce suum lubentissime præberent assensum.

(1) Italice vero: « Se a due mani si spremono tutte le librerie, ne stilleranno fino al secolo xv sette soli scrittori che siano per il dubbio dell'Assunzione corporea della B. V., e sono Adone, Usuardo, Netikero, Odilon, l'autore del cronico di S. Vittore, Durando, Soto, Guibero e Pietro Blesense. Di questi sette i primi cinque si appoggiano al ruinoso fondamento degli opuscoli di S. Gerolamo e di S. Agostino; e gli ultimi due pare piuttosto che precisamente neghino che la sentenza comune sia di fede. Si osservi dunque con che verità il Tillemont e Natale

« Alessandro potessero dire: *Sanctos Patres et auctores antiquos in Ecclesia spectatissimos de gloriosa Virginis assumptione dubitare.* Tolgasi il finto Gerolamo, il finto Agostino, il finto Ildefonso, il finto Beda, e niuno potrà prodursi fino al secolo xv. Tutto il dubbio si restringe dentro la chiesa di Francia dal secolo ix all'xi e xii, ed esso fu di quei pochissimi mentovati. » Danzetti, *Sull'Assunzione*, p. 385; Graveson t. 4, Collect. 3 in hæc. xii sæc., pag. 105.

(2) *L'Assunzione di Maria provata col senso della Chiesa.*

codices illos ævo suppositi Hieronymi posteriores esse; quare nonnulli ejus auctoritate decepti, aliam secuti sunt sententiam. — Allati vero testimonii sensus de corporea Mariæ Virginis Assumptione certo certius intelligitur: quippe de animæ tantum glorificatione nulla prorsus erat dubitatio. Nec Eusebium opinionem hanc quasi proprio ingenio confictam tradidisse dicendum est; sed a majoribus conquistam, ad posteros religiose consignasse, ita, ut tertio Ecclesiæ sæculo vetustiore esse cognoveris.

2. Argumentum ex vacuo sepulcro depromptum nihil evincit. Quemadmodum sane Deus corpus Moysis abscondit, ne ab hebræis coleretur; ita Deus Virgineum corpus celavit, ne illi populus patriæ cultum impenderet. Ergo.

Alterum ab altero dispendendum est. Quod Deus Marianum corpus in cælum evexerit, omnis retro tenuit, tradidit, defenditque verenda traditio; et provocamus fidenter adversarios ut certis documentis ostendant, utrum quæpiam extiterit epocha, in qua Ecclesia (si hæreticos excipias), aut Patres, aut tot tantique sanctitate ac scientia præfulgentes nostram pietissimam inficiati sunt veritatem. Si quis tantæ luci traditionis officere mallet, cujuslibet historiæ veracitas periclitata retur.

Hæc autem traditio pro Moysis corpore deest. Quo fit, ut vere dicamus, illud non fuisse ad cælum assumptum, sed in terris absconditum. Incertum insuper est qua proprie de causa seu in quem finem Deus occultum hebræis maluerit corpus Moysis, cum nusquam

in sac. Litteris id nobis patefecerit. Quicquid hac de re sit, paritatem hanc recognoscere, vere foret magnum deglutire camelum, prout adversarii faciunt, qui, dummodo refragentur Assumptioni, absurda quælibet lubenti animo devorant. Detecta igitur paritatis incohærentia, tota difficultas evanescit. — Cæteras quæstiones quæ contra id caput urgentur, prout omnino futes, missas facimus.

#### XVII. DIFFICULTAS

contra idem caput, nn. 6, 8.

1. Si ad trutinam vocemus cardinalem Robertum Pullum, ajunt neologi, Assumptionis veritatem impugnantem reperimus; ait enim: « Restitutionem ergo animæ et corporis nondum receperunt, ut majus sit gaudium omnium, dum simul consumantur. Unde credibilius est, solum Christum in gloriam resurrexisse, cæteros autem peracto officii sui testimonio, in terram absque molestia iterum resolutos, expectantes modicum tempus quousque impleatur numerus fratrum suorum (1). »

Adductum cardinalis Roberti testimonium nullatenus officit sententiæ nostræ. Ibi siquidem de his loquitur, qui, moriente Christo, ad vitales auras prodierunt, mutam sepulcri sedem relinquentes. Unde, priusquam testimonium illud afferret, dixit: « Quoniam ergo Christus resurrexit, de his quid sentiendum, quos secum ab inferis reduxit? » Quod si solum Christum in gloriam resurrexisse testatur, de resurrectione non aliena sed pro-

(1) In Sent. p. v, cap. 2.

pria virtute facta opus est intelligamus. Cæteros autem omnes communi fatò subjecit, illo dumtaxat excepto qui fuerit singulari privilegio donatus, quemadmodum de B. Virgine tenuit universa traditio.

2. Insuper urgent, aliter ac nos sentire Joannem Beletum parisiensem theologum. Nequaquam ob id ex nostra discedemus sententia, neque vitæ dabimus manus. Itaque Beletus hæc fatur: « Agendum deinceps est de Assumptione B. Mariæ; in primis tamen scire oportet, quod sanctorum transitus appellatur multis modis: dicitur enim *exitus, transitus, obitus, natale, nativitas, natalitium, dormitio, depositio*, quemadmodum et Joannis Evangelistæ *passio et assumptio*; at hoc nomen quasi per antonomasiam solummodo de B. Maria dicitur. Verum, B. Mariam, quod ad animam ejus attinet, assumptam fuisse certe novimus; an vero corpus illius postea etiam assumptum fuerit, incertum est; *pie* tamen credimus ipsam integre fuisse assumptam, sed prius anima, deinde corpore (1). »

At nos uno pede stantes, respondemus, quod jam viginti et octo abhinc annis immaculatæ Deiparæ Conceptio *pie* tantum a fidelibus credebatur, hodie vero solemniter est, favente Deo, inter articulos fidei relata. Eodem igitur œconomiae servato consilio, posset Ecclesia rem hanc auctoritate sua definire, adeo, ut si nunc *pie* tantum, deinceps inconcussa fide teneretur.

Beletus insuper addit: « Nihilominus tamen mulier quædam reli-

(1) In explicat. divin. officior., cap. xli.

giosissima appellata Elisabeth, quæ etiam nunc in vivis est, habitatque in finibus Saxoniae, ait sibi esse revelatum quod circiter dies xl assumptum fuerit corpus post assumptionem animæ; de qua re opusculum quoddam composuit, sed non est in Romana Ecclesia comprobatum. » Sed huic responderi facile potest: Romana Ecclesia prædictum opusculum proscripsit, damnavitque non rei substantiam, sed adjuncta quædam apta potius ad ridiculum excitandum, quam ad pietatem fovendam.

#### XVIII. DIFFICULTAS

contra art. 2, cap. 1.

1. Systema *Communis Consensus* tamquam falsum, perniciosum et anti-christianum systema redarguitur. Argumenta proin quæ ab illo capiuntur, nullam habere vim possunt. Unde, quanti pendendus ille sit articulus et caput *Ecclesiæ Discentis*, planum fit.

Incredibilia, sed vera! qui errorem sectantur, sæpe quid dicunt, ignorant. Non enim damnantur assertores *Consensus Communis* quem peculiare criterium certitudinis autumant, sed assertores necessitatis *Consensus generis humani* ad omnimodam certitudinem tum de veritatibus naturalibus tum de veritatibus supernaturalibus comparandam, ita, ut ejusmodi consensus spectari debeat velut unicum certitudinis criterium ac suprema credendorum et agendorum regula. Res per se clamat. La-Mennais hoc unicum proclamavit certitudinis veritatisque criterium in generis humani

consensione positum (1); qui tandem de errore in errorem dilabens, et Apostolicæ Sedis auctoritate damnatus, in illud se recepit philosophicum systema, in quo christianæ Religionis dogmata frustra requirit. Quæ cum ita se habeant, ejusmodi violenta *Consensus Communis* expositio cum unice nitatur falso supposito, ex se concidit.

2. Neque animo deficiunt adversarii. Consensus populorum, inquit, non est nota veritatis, quum supina laborent ignorantia. Quocirca caput illud quod populorum consensum pro Virginis Assumptione declarat, omne robur amittit.

Mentitur pro more suo adversarius. Quamvis enim populus mediocris ingenii sit, adeoque parum idoneus ad quæstiones speculativas persequendas, cum tamen agitur de quadam transmittenda veritate, mediocritas ingenii nihil officit: alioquin sublimioris ingenii vir ad id foret dumtaxat accersendus, quod dicere nemo valet. Certum insuper est, inter populum reperiri quamplures qui vel scientias apprime callent, vel eis sedulam operam navent. Hi porro in aliqua simplici veritate dignoscenda se prorsus decipi callida ratione patenterentur? Concedimus tamen adversariis, omnem populum hac de re falli. A quo fallitur? a quo docetur. A quo docetur? a quo decipi nequit, ab Ecclesia, ab episcopis, a doctoribus. Si populus ergo in Virginis Assumptionem concesserit, quia eam a doctoribus, ab episcopis, ab Ecclesia didicit,

(1) Præter alia hujus auctoris opuscula, rei fidem facit ejus *Esquisse d'une Philosophie*, Paris 1840. Cf. quæ adversus hunc errorem scripsit

conticescant semel et obstruantur ora loquentium iniqua.

3. Nec fortasse dicere quispiam poterit, agi satius populum quam agere, ac iis adhærere sentiis quibus fuerit imbutus. Unde ratio quare fideles piæ sententiæ faverint, non est utique magni facienda.

Ut difficultatem hanc ex radice diluamus, hæc juverit commonere. Postest Ecclesia considerari dupliciter, uti *docens*, uti *discens*. Utraque infallibilitatis munere pollet, illa docendo, ista credendo; illa infallibilitatem habet, ut theologi loquuntur, *activam*, hæc vero *passivam*. Infallibilitas pastorum et infallibilitas fidelium copulative requiruntur: nam si prior fallat Ecclesia, posterior fallatur oportet; et si posterior addiscat errorem, hunc prior edoceat necessum est. Hinc *docens* Ecclesia et *discens* magno firmitatis robore gaudent, et altera mirifice confirmatur ab altera. Hoc mutuo constantique voluntatis assensu publica fidelium fides amico foedere cum doctrina coit Ecclesiæ, quæ veritati studet, ac radicitus obtundit errores. Hanc in rem Augustinus loquitur: « Multa sunt illa, quæ in Ejus (Ecclesiæ) gremio me justissime tenent. Tenet consensus populorum, tenet auctoritas miraculi inchoata (2). » Quapropter Augustinus tanti facit consensum populi fidelis, quanti miraculorum auctoritatem. Beveregium anglicanæ ecclesiæ episcopum nomine omnium testem appello: ipse siquidem in præfatione codicis primitivæ

Roselly de Lorgues in op.: *La mort avant l'homme*, Paris 1841.

(2) De utilit. credendi ad Honorat., c. 14, n. 311.

Ecclesiæ canonum (1) apertissime docet, « Neque nostram, neque aliorum in rebus fidei et disciplinæ sequendam esse sententiam, quidquid universa dictaverit Ecclesia, vel potior fidelium omnium ætatum pars sedulo attendendum est; eo namque pacto, quo, ex Tullio, omnium gentium consensus lex naturæ putanda est, ita et omnium fidelium consensus in hisce

(1) Cf. *Discussioni amichevole di M. Trevera*, Lett. 5.

quæstionibus tamquam Evangelii oraculum habeamus oportet. Multa namque conceptis verbis in divinis litteris nequaquam reperies, quæ ab universali christianorum consensione facilius est ex illis eruere. » Et id etiam confirmatur, cum facta vividius quam dicta quævis, utut perelegantia, oculos animosque percellant. Velint proinde nolint adversarii, Deiparentis Assumptionem nosse faterique coguntur.

## DIFFICULTATES QUÆ SECUNDAM PARTEM IMPETUNT AD TRUTINAM VOCANTUR ET SINGILLATIM DILUUNTUR

### I. DIFFICULTAS

*contra totam partem.*

1. Neque syllaba vel apiculus uspiam in sacris reperitur voluminibus qui Virginis Assumptionem declarat. Humanis proinde conjecturis isthæc dumtaxat innitur.

Meminerint adversarii, neque syllabam vel apiculum in sac. litteris inveniri qui multas sensuum non habeat divitias, prout ego commemini. Multifariam quippe dispescitur scripturalis sensus, videlicet in *litteralem* qui bipartitur in *proprium* et *improprium*; in *mysticum* qui in *allegoricum*, *tropologicum* et *anagogicum* tripartitur cum additamento *parabolici* sensus et *accommodatitii*. Et hi sensus omnes, diversimode licet,

a Spiritu sancto ponuntur. Namque potuit Deus plura ac diversa iisdem significare verbis, et quod ita faceret, decuit sacræ Scripturæ majestatem ac fecunditatem: nam quemadmodum ille artifex haberetur, et præstantior esset, qui unico instrumento multa facere posset artefacta, quam is, qui pro diversis artefactis diversis indigeret instrumentis; et quemadmodum perfectioris est eloquentiæ paucioribus verbis plura complecti, quæ alius deberet exprimere multis; sic ad majorem Dei ac sacræ Scripturæ excellentiam pertinet, iisdem plurima verbis significare. His rite positis, Virginis Assumptionem nullatenus in littera, verum sub litteræ cortice sacra Scriptura declarat. Neque nobis animus est, ut ex iis quæ

consensione positum (1); qui tandem de errore in errorem dilabens, et Apostolicæ Sedis auctoritate damnatus, in illud se recepit philosophicum systema, in quo christianæ Religionis dogmata frustra requirit. Quæ cum ita se habeant, ejusmodi violenta *Consensus Communis* expositio cum unice nitatur falso supposito, ex se concidit.

2. Neque animo deficiunt adversarii. Consensus populorum, inquit, non est nota veritatis, quum supina laborent ignorantia. Quocirca caput illud quod populorum consensum pro Virginis Assumptione declarat, omne robur amittit.

Mentitur pro more suo adversarius. Quamvis enim populus mediocris ingenii sit, adeoque parum idoneus ad quæstiones speculativas persequendas, cum tamen agitur de quadam transmittenda veritate, mediocritas ingenii nihil officit: alioquin sublimioris ingenii vir ad id foret dumtaxat accersendus, quod dicere nemo valet. Certum insuper est, inter populum reperiri quamplures qui vel scientias apprime callent, vel eis sedulam operam navent. Hi porro in aliqua simplici veritate dignoscenda se prorsus decipi callida ratione patenterentur? Concedimus tamen adversariis, omnem populum hac de re falli. A quo fallitur? a quo docetur. A quo docetur? a quo decipi nequit, ab Ecclesia, ab episcopis, a doctoribus. Si populus ergo in Virginis Assumptionem concesserit, quia eam a doctoribus, ab episcopis, ab Ecclesia didicit,

(1) Præter alia hujus auctoris opuscula, rei fidem facit ejus *Esquisse d'une Philosophie*, Paris 1840. Cf. quæ adversus hunc errorem scripsit

conticescant semel et obstruantur ora loquentium iniqua.

3. Nec fortasse dicere quispiam poterit, agi satius populum quam agere, ac iis adhærere sententiis quibus fuerit imbutus. Unde ratio quare fideles piæ sententiæ faverint, non est utique magni facienda.

Ut difficultatem hanc ex radice diluamus, hæc juverit commonere. Postest Ecclesia considerari dupliciter, uti *docens*, uti *discens*. Utraque infallibilitatis munere pollet, illa docendo, ista credendo; illa infallibilitatem habet, ut theologi loquuntur, *activam*, hæc vero *passivam*. Infallibilitas pastorum et infallibilitas fidelium copulative requiruntur: nam si prior fallat Ecclesia, posterior fallatur oportet; et si posterior addiscat errorem, hunc prior edoceat necessum est. Hinc *docens* Ecclesia et *discens* magno firmitatis robore gaudent, et altera mirifice confirmatur ab altera. Hoc mutuo constantique voluntatis assensu publica fidelium fides amico foedere cum doctrina coit Ecclesiæ, quæ veritati studet, ac radicitus obtundit errores. Hanc in rem Augustinus loquitur: « Multa sunt illa, quæ in Ejus (Ecclesiæ) gremio me justissime tenent. Tenet consensus populorum, tenet auctoritas miraculi inchoata (2). » Quapropter Augustinus tanti facit consensum populi fidelis, quanti miraculorum auctoritatem. Beveregium anglicanæ ecclesiæ episcopum nomine omnium testem appello: ipse siquidem in præfatione codicis primitivæ

Roselly de Lorgues in op.: *La mort avant l'homme*, Paris 1841.

(2) De utilit. credendi ad Honorat., c. 14, n. 311.

Ecclesiæ canonum (1) apertissime docet, « Neque nostram, neque aliorum in rebus fidei et disciplinæ sequendam esse sententiam, quidquid universa dictaverit Ecclesia, vel potior fidelium omnium ætatum pars sedulo attendendum est; eo namque pacto, quo, ex Tullio, omnium gentium consensus lex naturæ putanda est, ita et omnium fidelium consensus in hisce

(1) Cf. *Discussioni amichevole di M. Trevera*, Lett. 5.

quæstionibus tamquam Evangelii oraculum habeamus oportet. Multa namque conceptis verbis in divinis litteris nequaquam reperies, quæ ab universali christianorum consensione facilius est ex illis eruere. » Et id etiam confirmatur, cum facta vividius quam dicta quævis, utut perelegantia, oculos animosque percellant. Velint proinde nolint adversarii, Deiparentis Assumptionem nosse faterique coguntur.

### DIFFICULTATES QUÆ SECUNDAM PARTEM IMPETUNT AD TRUTINAM VOCANTUR ET SINGILLATIM DILUUNTUR

#### I. DIFFICULTAS

*contra totam partem.*

1. Neque syllaba vel apiculus uspiam in sacris reperitur voluminibus qui Virginis Assumptionem declarat. Humanis proinde conjecturis isthæc dumtaxat innitur.

Meminerint adversarii, neque syllabam vel apiculum in sac. litteris inveniri qui multas sensuum non habeat divitias, prout ego commemini. Multifariam quippe dispescitur scripturalis sensus, videlicet in *litteralem* qui bipartitur in *proprium* et *improprium*; in *mysticum* qui in *allegoricum*, *tropologicum* et *anagogicum* tripartitur cum additamento *parabolici* sensus et *accommodatitii*. Et hi sensus omnes, diversimode licet,

a Spiritu sancto ponuntur. Namque potuit Deus plura ac diversa iisdem significare verbis, et quod ita faceret, decuit sacræ Scripturæ majestatem ac fecunditatem: nam quemadmodum ille artifex haberetur, et præstantior esset, qui unico instrumento multa facere posset artefacta, quam is, qui pro diversis artefactis diversis indigeret instrumentis; et quemadmodum perfectioris est eloquentiæ paucioribus verbis plura complecti, quæ alius deberet exprimere multis; sic ad majorem Dei ac sacræ Scripturæ excellentiam pertinet, iisdem plurima verbis significare. His rite positis, Virginis Assumptionem nullatenus in littera, verum sub litteræ cortice sacra Scriptura declarat. Neque nobis animus est, ut ex iis quæ

in secunda parte delibavimus, firmis-  
simum traheretur argumentum. Id  
satius exprobrent donatistis, qui, te-  
ste suo malleo Augustino (1), Eccle-  
siam in sola Africa, eorumdem patria,  
puram remansisse, suadere conaban-  
tur ex illo Scripturæ: *Ubi paschas*,  
*ubi cubes in meridie* (2). Ita qui super-  
bia tument!!

2. Præcipua ratio hæc est, quare  
novatores huic Virginis prærogativæ  
magis obstiterint, eamque proterve  
negaverint; eo quia scilicet illius  
nihil Scriptura meminit. Confer Ju-  
stinum Miechoviensem (3). Hic ta-  
men scrupulus quanta labore igno-  
rantia, facile quisquis intelliget. Ad-  
versariis ultro concedimus, nulla prorsus  
testimonia biblica suppetere de-  
cretoria quæ Virginis Assumptionem  
plane definiant. Hi namque textus  
quos in secunda parte retulimus, *my-  
stice*, ut ajunt, ac *tralatitio* dumtaxat  
sensu intelligi queunt. Ast Bi-  
blicorum silentium abunde ac tuto  
certissima supplet historica docu-  
menta. Virginis enim Assumptio a  
SS. Patribus in diversas non abeun-  
tibus sententias, quorum jam mul-  
tos ab apostolica ætate ad Damascenum,  
plures a Damasceno ad Bernardum,  
innumeros autem a Bernardo  
ad Aquinatem, aliosque recentiori  
ætate pastores atque doctores in hac  
protulimus disquisitione, laudibus exi-  
miis ac eloquentiæ floribus ornata

(1) Epist. XLVIII, num. 93.

(2) Cant. 1, 6.

(3) In Lit. Laur. vol. II, disc. CCXXX, n. 1.

(4) Hoc triplici præsertim de causa magnopere  
congruit, ait Aquinas p. 3, q. 12, art. 4: "Primo  
quidem propter dignitatem ipsius; excellentiori  
enim doctore excellentior modus doctrinæ debetur.

traducitur, ita, ut in hanc veritatem  
tota simul conspiraret antiquitas. Ve-  
rum, cum hæc documenta jamdiu  
evolverimus, ne actum agere videa-  
mur, ab iis propterea supersedemus,  
quum illinc peti facile possint. Qua-  
propter Assumptionem inficiari, eo  
quod alte sileat Scriptura, frigida plane  
res est.

3. Amplius tamen atque amplius di-  
gnoscat in quem novatores gravem  
fortiter impingant errorem. Traditio  
sane firmiora quam sac. Biblia no-  
bis argumenta suppediat. Hæretici  
nunquam fere traditionem usurpant,  
nimium de hujus soliditate verentes:  
Scripturis tamen nituntur sua dogmata  
confirmare, ne sine teste docere vi-  
deantur. Hinc Vincentius Iirinensis  
elegantè ait, hæreticos facere quod  
patrem suum, nempe diabolum, fe-  
cisse cognoscunt. Ipse Christum ten-  
tare laborans, Scripturam retulit: *Si  
Filius Dei es, mitte te deorsum*, ac  
cito subjunxit: *Scriptum est enim*, etc.  
Quivis pariter hæretica labe pollutus  
quodcumque suum dogma sac. Bibliis  
communitum profert, ita tamen, ut  
nunquam potuerit sacram detorquere  
traditionem.

Certum insuper est, traditionem  
anteriorem Scriptura reperiri, quum  
doctores qui in lege naturæ vixerunt,  
haud verbo scripto, sed tradito in corde  
veritatem insculperint. Immo Chri-  
stus ipse nullum exaravit librum (4).

Et ideo Christo, tanquam excellentissimo doctore  
hic modus competeat, ut doctrinam suam audi-  
torum cordibus imprimeret; propter quod dicitur  
Matth. VII, 29: quod erat docens eos, sicut pote-  
statem habens. Unde etiam apud gentes Pytha-  
goras et Socrates, qui fuerunt excellentissimi  
doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura enim

Neque præcepit, ut sua conscribere-  
tur doctrina per orbem. *Euntes*, non  
ait: scribite, sed: *prædicatè Evangelium omni creaturæ*. Lex igitur  
utriusque fœderis non est a princi-  
pio litteris consignata, sed per tradi-  
tionem in animis fidelium insculpta.  
Postulemus insuper novatoribus: quom-  
nam ex fonte norint Scripturam, quam  
tantopere sacram et divinam commen-  
dant? non ex ipsa Scriptura; secus ipsi-  
met Alcorano qui sacrum pariter ac di-  
vinum se esse jactitat, assentiri tene-  
remur. Igitur ex traditione. Ubinam  
legerunt, puerulos ab hæreticis tinctos  
iterum non esse sacro liquore tingen-  
dos? non in Scriptura: igitur in tradi-  
tione. Et ita porro. Jure proinde merito  
fatetur Origenes in lib. I *Περὶ ἀρχῶν* seu  
*De principiis*: « Illa sola credenda est  
veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica  
traditione discordat. » Quamvis igitur  
de Assumptione Virginis alte Scri-  
ptura tacuerit, nihilominus eam tra-  
ditio majori robore, majorique lumine  
probat, quum omnes ferme homines  
omnium conditionum, omnium tem-  
porum, omniumque locorum una  
mente, uno ore, uno verbo illud quod  
in corde gestabant, Marianum privi-  
legium tradidisse videatur.

ordinatur ad impressionem doctrinæ in cordibus  
auditorum, sicut ad finem. Secundo propter ex-  
cellentiam doctrinæ Christi, quæ litteris compre-  
hendi non potest, secundum illud Joan. ult., 25:  
Sunt et alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scri-  
bantur per singula, neq. ipsum arbitror mundum  
capere posse eos, qui scribendi sunt, libros; quos,  
sicut Augustinus dicit, non spatio locorum cre-  
dendum est mundum capere non posse, sed capa-  
citate legentium comprehendi non posse. Si autem  
Christus scripto doctrinam suam mandasset, nihil  
altius de ejus doctrina homines æstimarent, quam  
quod Scriptura contineret. Tertio, ut ordine quo-  
dam ab ipso doctrina ad omnes perveniret, dum

4. Ad hanc insuper veritatem magis  
magisque roborandam adjungi-  
mus, hoc traditionem inter ac Scri-  
pturam interesse discrimen, ut illa in  
rebus fidei tanquam primum princi-  
pium sit, quo nedum rem revelatam,  
verum etiam seipsam et suum au-  
ctorem pandit; quemadmodum lux  
patefaciendo colores, seipsam patefa-  
cit; quemadmodum primum princi-  
pium in philosophicis disciplinis sei-  
psum patefacit, patefaciendo princi-  
piatum. Sacra vero Scriptura veluti  
secundum dumtaxat principium ha-  
betur, res solummodo contentas, non  
autem suum auctorem promens. E-  
xemplo res clarior evadat. Si quis  
viva voce quiddam declaret, isthæc  
declaratio et rem manifestat et suum  
auctorem; si vero scribat, rem tan-  
tummodo scriptam depromit. Quan-  
tum igitur in sua declarandi proban-  
dique vi Scripturæ traditio præcellat,  
sat superque constat. Huc optime fa-  
cit illud Augustini: *Evangelio non  
crederem, nisi me Ecclesie catholice  
moveret auctoritas*. Et D. Irenæus fre-  
quenter adversus hæreticos urgebat  
traditionem, ratus nihil efficacius fore  
ad omnem hæreticam pervicaciam  
retundendam (1).

ipse scilicet discipulos suos immediate docuit,  
qui postmodum alios verbo et scripto docuerunt.  
Si autem ipsemet scripsisset, ejus doctrina im-  
mediate ad omnes pervenisset. Unde et de sapientia  
Dei dicitur, Proverb. IX, 3, quod misit ancil-  
las suas vocare ad arcem.

(1) Contra hæres. lib. 3, cap. 4, n. 1: "Non  
oportet, inquit, adhuc querere apud alios verita-  
tem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum  
apostoli, quasi in depositarium dives, plenissime  
in eam contulerint omnia quæ sunt veritatis, ut  
omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ.  
Ac deinde progreditur dicens: "Quid enim? et  
si de aliqua modica questione disceptatio esset,



Hac porro traditione vel perperam intellecta, vel impune denegata, protestantes, non dicam scientia qua minime pollent inflati, sed existimatione sui et juxta proprium sensum quo se in magistros graviter erigunt, Virginis Assumptionem contemnere prorsus, inficiarique conantur.

## II. DIFFICULTAS

*contra totam partem.*

1. Si veritate niteretur Assumptio (alterius neologi conquirunt), evangelistæ, prout Ascensionem Christi, Virginis pariter Assumptionem tradidissent, ut par erat. Id autem nusquam in suis scriptis præstiterunt. Ergo.

Nil verius quod novatores haud intellectus errore, sed voluntatis protervia delirent. Si evangelistæ Marianam privilegium in sac. litteris non laudarunt, secus ac de Christi Ascensione fecerint, a Spiritu divino dictante tota peti ratio debet. Heic tamen perpendendum, non tantum in præconio, verum etiam in silentio debitam erga Virginem Deiparam devotionem consistere. Optimum sane genus laudis silentium est. *Quæ summa sunt*, ait Clemens alex., *silentio honorari volunt* (1). Imago devota vel opus quodpiam sanctum affabre sculptum

nonne oportet in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de presenti questione sumere quod certum et reliquidum est? quid autem, si neque apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis; nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt illis quibus committebant Ecclesias?

(1) Lib. 1. Recogn. (2) Exod. xl.

(3) Hanc in rem cl. Franciscus Pedicini: "Non si legge, gli è vero, ne' santi libri che Maria

vel depictum serico velo tegitur, ut in majori reverentia et devotione penes homines habeantur: ita olim ante arcam vet. Testamenti nitido auro foris ac intus ornatam velum ex hyacintho, purpura, byssoque pulcra varietate contextum appendebatur (2), ut nimirum in majori veneratione apud populum esset. Ad eundem prope modum ante mysticam arcam, Virginem scilicet assumptam, intus auro charitatis, forisque cælestibus donis coruscantem ab evangelistis velum silentii appensum est, quia mysterium hoc magis silentio, quam verbo aut scripto laudandum esse judicarunt, et nos magis admirari, quam de eo loqui docuerunt (3). Pari ratione in festo Assumptionis Ecclesia legit evangelium de Martha et Magdalena, quorum ministerio, quasi velo, totam vitam totamque gloriam beatissimæ Virginis adumbrat.

2. Nihil autem evangelistæ de Assumptione Virginis loquuntur? Summa fere totius vitæ Deiparentis hæc est: *De qua natus est Jesus qui vocatur Christus*. Brevis, fateor, hæc est sacri evangelistæ narratio, sed prægnantissima. Non potuit, me judice plenius et perfectius dignitatem Virginis Mariæ celebrare, quam cum eam Dei Genitricem appellavit: *De qua natus est Jesus*. Sub hac Dei Matris

" fosse stata immune dal decreto per cui i figli  
" tutti della polvere dovranno in polvere ritornare; ma è pur vera, e pur giusta l'osservazione  
" di antico assennatissimo scrittore, che nel silenzio delle divine Scritture conviene udire la  
" voce di ragione, che ci dice conforme alla verità, e richiesto dalla giustizia, o dalla convenienza ciò che non è disdetto, ma solamente  
" taciuto dalla Divina Autorità. (Discorso sull'Assunz., n. 11).

dignitate omnia quæ perfectissima esse, excogitare possunt, absque ulla prorsus exceptione comprehenduntur. Id ipsum servasse visus est Moyses in descriptione protoparentis Adami. Nullum opus illius, nullam virtutem, nec scientiam artemve, nec facultatem prærogativamve commemorat in historia creationis; id solum narrat de illo: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam* (1). Et certum tamen est, Adamum scientiam infusam omnium rerum naturalium, fidem, cæterasque virtutes tam naturales quam supernaturales, omnium agendorum et fugiendorum prudentiam, summum contemplationis Dei et angelorum gradum divinitus obtinuisse, prout D. Thomas (2) dilucide probat. Idem ego dixerim de gloriosissima Virgine. Cum de ea chronographus divinus scribit: *De qua natus est Jesus*, adeo plene dignitatem illius exprimit, cæterasque prærogativas, ut nihil penitus ultra esse dicendum supersit. In hoc igitur breviloquio Virginis Assumptio clauditur, quasique radicitus invenitur.

3. Minime tamen evangelistæ Deiparentis Assumptionem disertis conceptisque verbis memorant: evangelium namque continet historiam Christi ad suam in cælos Ascensionem. Apostolorum insuper acta eorundem apostolorum cœpta testantur usque ad tempus in quo ad animarum piscationem dispersi sunt, et D. Petri præsertim et ejus coapostoli Pauli labores usque ad annum 4<sup>m</sup> Neronis et 63<sup>m</sup> Nativitatis Domini. Aliæ vero Scri-

(1) Gen. 1, 27.

(2) 1 P., q. 95.

pturæ divinæ non historias, sed evangelicam prosequantur doctrinam. At si de Virginis Assumptione siluerint evangelistæ, verenda non potuit silere traditio. Hinc quæ posita in difficultate sunt, a tramite veritatis abhorrent.

## III. DIFFICULTAS

*contra totam partem.*

1. Nacta ex hisce postremis verbis occasione, sic male ogganiunt adversarii: si verus esset hic ratiocinandi modus, pariter verum esse deberet, plures alios in anima et corpore cælesti beatitudine fruituros. Id namque, licet alte sileant sac. Biblia, traditio tamen evincit. Ita de D. Josepho sentit Joannes Gersonius cancellarius parisiensis, S. Bernardinus senensis qua doctrina qua sanctitate conspicuus (3), Joannes de Carthago (4), aliique plures. Hoc ipsum de Joanne apostolo tenuere omnes.

Quale discrimen!!! Si eisdem adversariorum testimoniis indulgere velimus, pro D. Josephi assumptione pauci tantum nuperique theologi ad stipulantur. Pro Virginis autem Assumptione quid dicam? hoc Ecclesia docet, hoc Patres tradunt, hoc Doctores repetunt, hoc theologi confirmant, hoc christifideles colunt, hoc ratio suadet, hoc pietas evincit. Quare longe communior est, et ideo probabilior sententia de Virginis Assumptione; quævis enim sententia quo communior, eo probabilior: ergo communior et probabilior, imo commu-

(3) Serm. de sancto Joseph, tom. 3.

(4) Homil. 13 de sancto Joseph.

nissima et probabilissima, ne dicam, certissima. Quapropter, cum Josephi assumptio nullatenus in ecclesiastica traditione reperiatur, dicere fas nobis est: voluit Deus Assumptionem Virginis, noluit Deus assumptionem Josephi; legislator enim, ut juridici dicitant, quod voluit, expressit, et quod non expressit, noluisse censetur.

2. Ad Joannem evangelistam autem quod attinet, scitu necessarium est, Christum respondisse Petro sciscitanti quid futurum esset de Joanne: *Sic eum volo manere: quid ad te?* Quo factum est, ut fratres intellexerint, nunquam Joannem fuisse moriturum: *Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur.* Et hæc fides apud nonnullos obtinebat; sed immerito: quocirca Danthes Aligherius Joannem in cælis sic eum alloquentem exhibet:

Tal mi fec'io a quell'ultimo fuoco,  
Mentre che detto fu; perchè t'abbagli,  
Per veder cosa (meum scilicet corpus)  
che qui non ha loco?  
In terra è terra il mio corpo, e saragli  
Tanto con gli altri, che 'l numero  
nostro  
Con l'eterno proposito s'agguagli (1).

Non me fugit, multos eruditissimos viros hoc strenue tueri. Eos fortasse debemus arguere? nequaquam; in sua potius pietate relinquimus. Sic alii scrupuli si qui adhuc supererint, colliduntur.

#### IV. DIFFICULTAS

contra totam partem.

1. Omnes pro Assumptione biblici textus qui tralatitio sensu in hac 2<sup>a</sup>

(1) Canto xxv del *Paradiso* dal v. 122 al v. 127.

parte leguntur, unico biblice textu corruunt: *Pulvis es, et in pulverem reverteris.* Hæc genesiaca verba ita generalia suppetunt, omnes ut homines complectantur, nec non spiritus sive ratio legis adeo patet, ut nullum exceptioni locum relinquat. Ad eximendam igitur Deiparam a generali corporum solutione, deberent afferri ex sac. Litteris testimonia non minus luculenta quæ ipsius exceptionem ostenderent. At tantum abest, ut ea occurrant, ut quamlibet potius exceptionem depellant. Nisi proinde sacris Bibliis vim inferre velimus, fatendum nobis est, V. Mariam communi subjacuisse corruptioni.

Luculentissime patet, hanc quoque captiunculam et fallax hoc cavillandi genus omni prorsus fundamento destitui. Memorata quippe verba, qualitercumque generalia sint, juxta communis exegeseos regulam ad omnes porriguntur casus, dempto tamen speciali privilegio. Sic ea paulina verba — *in quo omnes peccaverunt* — generalia quoque sunt: Virginem tamen Deiparam ob speciale sui Creantis atque Redimentis privilegium illa mors animæ nulla penitus ratione momordit. Alia proinde generalia verba *Pulvis es, et in pulverem reverteris*, eorundem præcedentium verborum effectus, aliquam pro Virgine Deipara exceptionem patiuntur. Et si majorem pœnam evaserit, animæ scilicet mortem, potiori quidem jure minorem pœnam, corporis nempe mortem sive corruptionem, eam pariter evasisse congruebat. Sub Geneseos hinc pœna beatissima Virgo nulla ratione concluditur.

2. Hæc autem exceptio concepti facile potest, si oculos in eandem Genesim conjiciamus, et in illud præsertim oraculum quod merito *πρωτευ-αγγελιον* nuncupatur: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius, ipsa conteret caput tuum* (1). Cum proinde *mulier*, id est Maria, cum semine, suo scilicet Filio, de peccato ac dæmone sub serpentis larva latente gloriosum plenumque sit latura triumphum, ab universa animi labe singularem promeruit exceptionem; ita pariter ab universa corporis macula, videlicet putredine, singularem meruisse debebat exceptionem. Par utrimque ratio militat.

3. Insuper adversarii ad textum qui eis objicitur: *Qui vult omnes homines salvos fieri* (2), plures admittunt exceptiones, et illud *omnes* nequaquam ad cunctos homines porrigunt: dum vero agitur de re circa

(1) Gen. III, 14 et 15. (2) Ad Tim. II, 4.

quam versamur, recitata verba Geneseos urgent, adeo, ut quamvis excludant exceptionem. Qua peragendi ratione suam nimis aperte vafritiem produnt. Quamvis enim sac. Biblia prima fronte ac specie tenus in communi putredine Virginem Mariam comprehendere videantur; reipsa tamen exceptionem pro ipsa indigitant. Quin imo sac. quoque Biblia germen veluti quoddam, uti sæpe præfati sumus, continent, in quo pia sententia delitescit.

Denique genesiaca verba prorsus generalia non intelligunt pro Christo: igitur præfata verba, si loqui recta velimus, aliquam pati videntur exceptionem. Quapropter (ut adversarios juxta tritum proverbium *in sermone capiamus*), si pro Christo, etiam pro Virgine illam exceptionem singulari privilegio divinitus obtentam profiteri coguntur. Adeo veritas, cogente natura, ex invitis etiam pectoribus erumpit!

### DIFFICULTATES QUÆ TERTIÆ PARTI OBSTANT PROPONUNTUR SIMUL ET EXSUFFLANTUR

#### I. DIFFICULTAS

contra proœmium.

1. Hæc notio prodroma vagum sapit germanicorum Idealismum. Etenim ibi rationis dumtaxat acumen extollitur.

Rationes proinde theologicæ, quacumque de re sint, rem omnino non conficiunt, quum ei nunquam immobile valeant præbere fulcimen. Imaginationis penu vescuntur, et mente nostra nimis angusta quam ex mente

nissima et probabilissima, ne dicam, certissima. Quapropter, cum Josephi assumptio nullatenus in ecclesiastica traditione reperiatur, dicere fas nobis est: voluit Deus Assumptionem Virginis, noluit Deus assumptionem Josephi; legislator enim, ut juridici dicitant, quod voluit, expressit, et quod non expressit, noluisse censetur.

2. Ad Joannem evangelistam autem quod attinet, scitu necessarium est, Christum respondisse Petro sciscitanti quid futurum esset de Joanne: *Sic eum volo manere: quid ad te?* Quo factum est, ut fratres intellexerint, nunquam Joannem fuisse moriturum: *Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur.* Et hæc fides apud nonnullos obtinebat; sed immerito: quocirca Danthes Aligherius Joannem in cælis sic eum alloquentem exhibet:

Tal mi fec'io a quell'ultimo fuoco,  
Mentre che detto fu; perchè t'abbagli,  
Per veder cosa (meum scilicet corpus)  
che qui non ha loco?  
In terra è terra il mio corpo, e saragli  
Tanto con gli altri, che 'l numero  
nostro  
Con l'eterno proposito s'agguagli (1).

Non me fugit, multos eruditissimos viros hoc strenue tueri. Eos fortasse debemus arguere? nequaquam; in sua potius pietate relinquimus. Sic alii scrupuli si qui adhuc supererint, colliduntur.

#### IV. DIFFICULTAS

contra totam partem.

1. Omnes pro Assumptione biblici textus qui tralatitio sensu in hac 2<sup>a</sup>

(1) Canto xxv del *Paradiso* dal v. 122 al v. 127.

parte leguntur, unico biblice textu corruunt: *Pulvis es, et in pulverem reverteris.* Hæc genesiaca verba ita generalia suppetunt, omnes ut homines complectantur, nec non spiritus sive ratio legis adeo patet, ut nullum exceptioni locum relinquat. Ad eximendam igitur Deiparam a generali corporum solutione, deberent afferri ex sac. Litteris testimonia non minus luculenta quæ ipsius exceptionem ostenderent. At tantum abest, ut ea occurrant, ut quamlibet potius exceptionem depellant. Nisi proinde sacris Bibliis vim inferre velimus, fatendum nobis est, V. Mariam communi subjacuisse corruptioni.

Luculentissime patet, hanc quoque captiunculam et fallax hoc cavillandi genus omni prorsus fundamento destitui. Memorata quippe verba, qualitercumque generalia sint, juxta communis exegeseos regulam ad omnes porriguntur casus, dempto tamen speciali privilegio. Sic ea paulina verba — *in quo omnes peccaverunt* — generalia quoque sunt: Virginem tamen Deiparam ob speciale sui Creantis atque Redimentis privilegium illa mors animæ nulla penitus ratione momordit. Alia proinde generalia verba *Pulvis es, et in pulverem reverteris*, eorundem præcedentium verborum effectus, aliquam pro Virgine Deipara exceptionem patiuntur. Et si majorem pœnam evaserit, animæ scilicet mortem, potiori quidem jure minorem pœnam, corporis nempe mortem sive corruptionem, eam pariter evasisse congruebat. Sub Geneseos hinc pœna beatissima Virgo nulla ratione concluditur.

2. Hæc autem exceptio concepti facile potest, si oculos in eandem Genesim conjiciamus, et in illud præsertim oraculum quod merito *πρωτευ-αγγελιον* nuncupatur: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius, ipsa conteret caput tuum* (1). Cum proinde *mulier*, id est Maria, cum semine, suo scilicet Filio, de peccato ac dæmone sub serpentis larva latente gloriosum plenumque sit latura triumphum, ab universa animi labe singularem promeruit exceptionem; ita pariter ab universa corporis macula, videlicet putredine, singularem meruisse debebat exceptionem. Par utrimque ratio militat.

3. Insuper adversarii ad textum qui eis objicitur: *Qui vult omnes homines salvos fieri* (2), plures admittunt exceptiones, et illud *omnes* nequaquam ad cunctos homines porrigunt: dum vero agitur de re circa

(1) Gen. III, 14 et 15. (2) Ad Tim. II, 4.

quam versamur, recitata verba Geneseos urgent, adeo, ut quamvis excludant exceptionem. Qua peragendi ratione suam nimis aperte vafritiem produnt. Quamvis enim sac. Biblia prima fronte ac specie tenus in communi putredine Virginem Mariam comprehendere videantur; reipsa tamen exceptionem pro ipsa indigitant. Quin imo sac. quoque Biblia germen veluti quoddam, uti sæpe præfati sumus, continent, in quo pia sententia delitescit.

Denique genesiaca verba prorsus generalia non intelligunt pro Christo: igitur præfata verba, si loqui recta velimus, aliquam pati videntur exceptionem. Quapropter (ut adversarios juxta tritum proverbium *in sermone capiamus*), si pro Christo, etiam pro Virgine illam exceptionem singulari privilegio divinitus obtentam profiteri coguntur. Adeo veritas, cogente natura, ex invitis etiam pectoribus erumpit!

### DIFFICULTATES QUÆ TERTIÆ PARTI OBSTANT PROPONUNTUR SIMUL ET EXSUFFLANTUR

#### I. DIFFICULTAS

contra proœmium.

1. Hæc notio prodroma vagum sapit germanicorum Idealismum. Etenim ibi rationis dumtaxat acumen extollitur.

Rationes proinde theologicæ, quacumque de re sint, rem omnino non conficiunt, quum ei nunquam immobile valeant præbere fulcimen. Imaginationis penu vescuntur, et mente nostra nimis angusta quam ex mente

divina seu æterna Sapientia dimetiri cognoscimus. Id scite jamdiu ac peracute monuerat Jo. Gersonius, qui inter cæteros et hos canones ad rem nostram constituit: « Christus posuit terminos nostræ cognitionis, ut non liceat de divinis alia vel aliter asserere, quam quæ divinis Scripturis habentur, vel evidenter concluduntur, vel ab Ecclesia quæ a Spiritu sancto regitur, credenda traduntur (1). » Et rursum: « Christus potuit dare multas gratias tam humanitati suæ, quam dilectissimæ Matri pure gratis, quas tamen actualiter, et de facto non contulit: et oppositum asserere est falsum et temerarium, immo hæreticale (2). » Item: « Christus contulit Matri suæ ab initio et consequenter illas et tantas gratias, quas et quantas cognovit esse convenientes secundum ordinem suæ sapientiæ: et in hac veritatis soliditate debet esse contentus quilibet christianus, quantumcumque sibi devotus (3). » Ita doctor et cancellarius parisiensis. Unde sic: momenta quæ in 3<sup>a</sup> parte præbentur, ex ratione simul et devotione totum lumen totumque robor acquirunt: ergo repellantur oportet.

Propositum argumentum quod nimium defatigavit adversarios, suam prorsus haberet vim, si nullo apodictico nostra veritas niteretur argumento. Hæc autem super magnam eruditæ traditionis basin fulcita radianti luce coruscat. Consulant, quæso, primam partem historico-traditionalem. Quam ob rem, licet rationes congruentiæ rem penitus non confi-

(1) In Epist. quæ extat in opp. Gersonii, p. 1, col. 450, edit. Ellies Du-Pin.

cient, in subsidium tamen vocari possunt, cum res jam positivis argumentis sit plane constituta. Media sane quæ usui theologorum esse possunt, et quæ *instrumenta* vocitantur, quia rei conficiendæ inserviunt, in *intrinseca* dispescuntur et in *extrinseca* sive *subsidiaria*. *Intrinseca* ac Theologiæ propria sunt Scriptura et Traditio, regulæ fidei remotæ cum iis omnibus quæ cum illis connectuntur. Ad instrumenta vero quod attinet *extrinseca* seu *adscititia*, licet ea minus presse veritatem attingant, eam tamen meliore in lumine collocant. Hac imbuti persuasione Patres omnes non modo se testes exhibuerunt fidei, præterea fidem hanc ipsam uti doctores philosophicæ ac scientificæ disquisitioni subjacerunt. Exinde sublimes illæ theoriæ prodierant, quibus ipsi vel Dei existentiam adversus atheos, vel unitatem principii summi adversus gnosticos et manichæos, vel providentiam Dei adversus epicureos, hominis libertatem adversus academicos adstruxerunt. Nec aliter se gesserunt circa ipsa Trinitatis et divinæ Incarnationis ac Redemptionis mysteria, nec non circa reliqua Religionis nostræ dogmata, quum ea omnigenæ scientiæ ope collustrarint. Quapropter hac in re minime nonnullos sectamur germanicos scriptores, qui, etsi catholicam fidem dent, catholicam veritatem ingenioso dumtaxat rationis acumine probant, quin prius argumentis *intrinsecis* rem solide conficiant.

2. Leges autem Gersonii in diffi-

(2) Veritas decimaquinta, *ibid.*

(3) Veritas duodecima, *ibid.*

cultate descriptæ, cujus discipulos nos profitemur humillimos, non absque temperamento aliquo admittendæ sunt. Illæ namque locum habere tantummodo possunt, si B. V. Mariæ absoluta ratione ac sine fundamento biblico vel traditionali prærogativa quædam tribui velit. Ex allatis suis regulis Gersonius ipse veritatem infert de Immacul. Virginis Conceptu. En illius verba ex *Undecima veritate*: « Nec valet Apostoli consequentia, *Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt* (1). Hoc, inquam, argumentum potius est ad oppositam: quia si Christus fuit omnium perfectissimus Redemptor, mortem pro omnibus sustinens, decuit quod Matrem perfectissime redimeret: hoc autem non potuit convenientius fieri, quam præservando ne caderet, potius quam jam lapsam relevaret. »

Hiscæ rite compositis, quin amplius ex adversariorum dictis quædam oriatur difficultas, mirum potius in modum veritas enunciatae theseos confirmatur.

## II. DIFFICULTAS

contra 2 caput, nn. 1-2-3 seqq.

1. In hoc capite alias inter rationes præbetur et hæc: plane congruit Assumptio, eo quod Virginea caro nunquam fuerit obnoxia culpæ. At illa caro debebat in pulverem resolvi, ac proin quemadmodum cætera corpora purgari, quum passim docuerint Patres, carnem Virginis *carnem esse peccati*.

Sed probe falluntur. Hac enim phrasi

(1) II. ad Cor. v, 14.

nihil aliud Patres significatum voluerunt, quam B. Virginis carnem communi fuisse ratione progenitam, secus ac in Christo pertigerit: quia vim sementinam sacri corporis, non vir extrinsecus accedens, sed Spiritus sanctus intus operans, excitavit, atque uterum virgineum cælitus irroravit. Jam vero, licet eorum parentes Virginem Mariam communi ratione genuerint, maritali videlicet amplexu, nil tamen ex hoc contra suam in cælos Assumptionem infertur. Virginis caro non fuit utique sanctificata, neque potuit ante suam animationem sanctificari, quum anima tantum supernæ gratiæ constituatur objectum. Hinc B. Virgo Immaculata non extitit in *Conceptione*, ut ajunt, *activa* qua Virginis parentes maritali opere invicem convenientes præstiterunt ea, quæ maxime spectabant ad ipsius corporis formationem, organizationem et dispositionem ad recipiendam animam rationalem a Deo infundendam; sed Immaculata refulsit in *Conceptione passiva*, quæ nempe fit illo ipso instanti quo anima rationalis unitur corpori omnibus membris ac suis organis constanti. Nihil autem obstat quominus B. Virgo Immaculata non extiterit in *Conceptione activa*. Caro siquidem ante suam animationem non constituit humanam personam, neque subjectum esse potest *formalis* quod vocant *peccati*, quum caro in se ac per se unice spectata neque justitiæ neque injustitiæ capax sit, prout argumentatur D. Anselmus, cujus verba hæc sunt: « Quoniam injustitia non potest esse, nisi ubi justitia debet esse; originale peccatum quod est injustitia,

non est nisi in natura rationali. Rationalis autem natura non est nisi Deus, et angelus, et anima hominis, per quam homo dicitur rationalis, et sine qua non est homo (1). » Clarius adhuc id ipsum exponit Aquinas, scribens: « Sicut in subjecto peccatum originale nullo modo potest esse in carne, sed solum in anima... Si igitur cum anima possit esse subjectum culpæ, quidquid provenit de corruptione primi peccati ad animam, habet rationem culpæ: quod autem pervenit ad carnem, non habet rationem culpæ, sed pœnæ. Sic igitur anima est subjectum peccati originalis, non autem caro (2). »

2. Immo, quid dicam? ipsimet Patres Christi carnem vocavere *carnem peccati* ratione propagationis, quam a progenitoribus peccatoribus est sortitus. Exemplo locupletissimo sint DD. Hilarius pictaviensis, et Proclus discipulus ac successor D. Jo. Chrysostomi. Prior quidem de Christo inquit: « CARNEM PECCATI recepit, ut assumptione carnis nostræ delicta donaret, dum ejus fit particeps assumptione non crimine (3). » Constantinopolitanus autem Proclus compellat corpus Christi *corpus peccati*; sic Christum B. Virginem alloquentem inducit: « Nisi IN PECCATI constitutus sim corpore, eoque tamquam mortuus in novo reclinetur monumento, etc. (4). » Quinimo D. Gregorius nazianzenus asserere non dubitavit, a Verbo assumptam esse CARNEM DAMNATAM (5).

Qualis igitur mens Patribus inse-

(1) Lib. de Conceptu virginali et peccato orig., cap. 3.

(2) I. 2., q. 83, art. 1.

derit, Virginis carnem *carnem peccati* vocabantibus, pro eo quo præditi sunt animi candore Patres iidem ostenderunt: et ideo, cum Virginis carnem nunquam peccati fuligo maculaverit, ea non indigebat, ut in pulverem resoluta quodammodo purgaretur.

### III. DIFFICULTAS

contra 2 caput, n. 5.

1. B. Virgo fuit obnoxia morti, fuit obnoxia passibilitati, fuit obnoxia pœnis. Per quas ergo rimas inter tot pignora mortalitatis immortalitatem post mortem comminiscuntur ingressam? ratiocinatur adversarius.

Quid quærit latentem rimam, cum habeat apertissimam januam? *Per peccatum mors*, ait Apostolus; *stipendium peccati mors*, ait Apostolus; *corpus mortuum est propter peccatum* (6), ait Apostolus. Cum autem Virgo Deipara sit a quavis integra labe peccati, eam recepisse condecuit immortalitatem beneficio Redemptoris, quam omnes homines, nisi coinquinati a culpa fuissent, similiter recepissent beneficio Conditoris. Quid quærit amplius, quid quærit enucleatius, quid quærit inculcantius? Virgineum corpus non indigebat in pulverem resolvi: tanta quippe post mortem puritatis luce nitebat, quanta cætera corpora pollent, priusquam ea originalis culpæ rubigo corroderet. Non poterat terra corpus illud retinere, quod cælesti imagine fuerat insignitum: non ausum fuit sepulcrum

(3) Lib. I de Trinit., n. 13.

(4) Orat. 6, n. 14. (5) Orat. 51, n. 18.

(6) Ad Rom. viii, 10.

tegere diutius illam quæ cæli cælorumque naturam nobilitate prætergressa est: extimuit mors eam devorare quæ vitam suscepit. Is qui cibi alicujus amaritudinem experitur, cum primum postea quid simile aut visu percipit aut gustu, nauseam patitur, et sese ab illo quam ocissime potest, liberat et expavet,

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,  
Omnibus unca cibus aera subesse putat (Ovid.);

ad eundem ferme modum mors memor illius morsus quem Christo inflixit, cum corrosa et castigata eum evomuit; ubi primum similem carnem Mariæ conspexit, expavit, et compressis faucibus quam ocissime aufugit, et corpus illud sanctissimum cælo, cui par erat, reliquit. Etenim qui portat imaginem cælestem, cælo reddi, et non in pulverem reverti debet.

2. Ad eas autem quod attinet humanæ naturæ infirmitates, quæ nunc *pœnalitates* dicuntur, exploratum confessumque apud theologos est, eas nequaquam ab originis culpa necessario nexu pendere. Christus, licet natura sua primigeniam noxam contrahere non potuit, eas tamen *pœnalitates* assumpsit; *languores enim nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*. Hanc propterea Baji propositionem jamdudum Romani Pontifices improbarunt damnaruntque: « Nemo præter Christum est absque peccato originali, hinc beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adamo contractum, omnes ejus afflictiones in hac vita, simul et aliorum justorum in

hac vita, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis. » Cum itaque falsitatem non modo, verum etiam hodie post dogmaticam pianam definitionem hæresim sapiat hujusmodi propositio, illa quæ huic opponitur, ad fidem omnino pertinet; adeoque nullatenus tenendum, ob originis culpam Ss. Dei Matrem diem obiisse supremum, et humanas ærumnas passam esse.

Beata proinde Deiparens ab omnium mortalium sorte, secus ac antidicomarianitæ contenderint, toto plane cælo discrepat, adeo, ut veritas enunciata thesios nullo prorsus malevolorum impetu quati, dementive opinionularum vento concuti queat.

### IV. DIFFICULTAS

contra 2 caput, n. 6.

1. Sed minime quiescunt adversarii. En iterum manus conserimus... en aliud singulare certamen inimus. Similem similia (deblaterant) sortiuntur effectum. Homines porro, licet a Christo redempti, tamen in pulverem revertuntur. Christus autem Virginem quoque Deiparam in primo suæ Conceptionis instanti redemit, prout suis ista labiis fatetur: *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*. In pulverem ergo et ipsa revertatur necessum est.

Ab hoc argumento facile nos expeditimus, negando paritatem. Omnes quidem homines redempti a Christo sunt, et a culpa liberati, adeoque et B. Virgo; hoc tamen discrimine, quod reliqui homines redempti fuerint redemptione subsequente peccatum;

cum jacerent, erecti sunt; cum interissent naufragio, tumultuosis e fluctibus erepti; cum gravissimo servitutis jugo premerentur, in libertatem sunt positi. Quamvis autem Christi sanguine redempti, opus est in pulverem resolvantur, ut terreno baptisate, si ita loqui fas est, quoad corpus dealbati sicut nix, æternam ingredi Civitatem mererentur. Corpus in pulverem resolutum, quasique *vestmentum quod comeditur a tineâ*, iterum formosius compactum, et a quavis labe quam post et ante suam animationem contraxerat, omnino defæcatum, in die universalis judicii gloriosam illam penetrare valebit *Eccliam non habentem maculam neque rugam*.

B. vero Deiparens redimitur redemptione *antecedente*, ne peccatum contraheret. Hinc Deus non jacentem et prostratam excitavit, sed ipse, ne corrueret, sustentavit et fulsit; non procellis jactatam et jam demersam liberavit, sed ne subiret naufragium, suis ipse manibus prohibuit; haud jugum ab ejus cervice depulit, sed humani generis hostem infensissimum pedibus ejus nequicquam reluctantem subjecit. Hujus autem redemptionis exempla in Scripturis non semel occurrunt. Ita David de se scripsit: *Redemisti David servum tuum de gladio maligno* (1), videlicet Goliath: et quamquam hujus gladius nunquam Davidem tetigerit, dixit iste nihilominus: *redemisti*, quia nisi ei Deus tulisset suppetias, certo fuisset ab illo confodendus. Ita et Paulus scripsit: *Christus nos redemit de maledicto legis* (2), etsi

(1) Psalm. cxxliii, 10. (2) Ad Galat. iii, 13.

qui ex ethnicismo crediderunt, nunquam mosaica lege fuerint obstricti, atque ita porro. Quam ob causam, quum ex eadem terra coagmentata V. Deipara sit, non eandem tamen vitii arborem degustaverit, eundem requirebat iccirco Redemptorem, non eundem tamen Redemptionis modum postulabat.

Cum igitur nequaquam pro cunctis hominibus et pro Virgine Maria paratio militet, omnis evanescit difficultas: everso namque fundamento, ruit superstructum ædificium; et luculenter patet ex perperam catholica doctrina intellecta difficultatem oriri.

2. Insuper: contra præpositam rationem difficultatis arguitur ex excellentia Redemptoris. Christus enim perfectissimus Redemptor extitit, quo perfectissimo munere nullatenus apprime fungeretur, nisi quempiam (et hic non potest esse nisi Maria, ut patet,) non tantum ab omni macula præservaret, sed etiam a quolibet hujuscæ maculæ signo. Quod tripliciter comprobare molimur: 1º per comparisonem ad Deum, cui reconciliat; 2º per comparisonem ad malum, a quo liberat; 3º per comparisonem ad grati animi sensum illius personæ, quam reconciliat. Ut primam solide conficiamus probationem, id simplex ante oculos præbemus exemplum. Si forte quispiam læscæ majestatis crimen habeat, hoc immane facinus nedum sibi, verum et cuilibet naturali suo filio crimini verteretur. Id autem crimen auferri tantummodo posset, si quis innocens tam gratum regi præberet obsequium, ut gravitatem culpæ superaret. Quam tamen jucundius

atque gratius esset regi, si per mediatorem non modo quemdam filium paterna non tangeret iniquitas, verum et in eo nullum omnino paternæ nequitiae signaculum relinqueretur? qui enim placat offensum, ut crimen diluat, perfectissime non placat; sed tunc id præstat, cum efficit, ne ille lædatur. Quod nequaquam impossibile fit; non enim ex propria culpa crimen, sed ex alienæ culpæ granditate contrahitur. Verum, quam libentius atque jucundius exciperet Rex regum Deus Christum mediatorem, si nedum homines liberaret a culpa, verum etiam quempiam (unam nempe Mariam) adeo præservaret a culpa, ut in ea nullum superesset adamiticæ noxæ vestigium? hoc autem vestigium proculdubio foret corporis in sepulcro resolutio. Igitur Christus, ut Redemptionis culmen attingeret, eamque divino Regi gratiorem exhiberet, hanc corporis resolutionem a B. Virgine meruit propulsari.

Ad 2º probationem dicimus: ille Redemptoris perfectissimum munus obiret, qui totam ab aliquo culpam tolleret, totamque pœnam huic culpæ comminatam. Sed corporis incineratio in magnis numeratur pœnis, quæ primigeniæ culpæ debentur. Igitur Christus qui Mariam præservavit a culpa, præservare debebat a pœna, ut Redemptoris perfectissimum munus expleret. Ad 3º vero probationem loquimur: quo manera gliscunt, eo numerum rationes augentur. Quanto proinde Redemptorem grati animi sensu, pietatis impetu, ardentique complecteretur amore B. V. Maria, si non solum eam per eum nulla culpa

macularet, sed etiam nulla pœna constringeret? Id autem revera factum est, quum Virginis amor quamlibet erga Redemptorem tum humanam tum angelicam incomparabiliter antecelluerit dilectionem.

Si quis autem dicat, Christum originalis culpæ Redemptorem fuisse dumtaxat, et proin ab hac tantummodo labe præservasse Mariam, nil congrue dicit, quum Christus primigeniæ noxæ immediatus, et mediatus plurimorum effectuum ab illa noxa profluentium Redemptor extiterit. Quare nedum Mariam præservavit a culpa, sed etiam a fomite concupiscentiæ, et ab actuali peccato, ita, ut in ea reperiamus *αναμαρθησιας* vel impeccabilitatem. Eam insuper præservavit ab ignorantia, præservavit a dolore partus, et ab aliis id genus. Non est igitur ambigendum, quin B. Virg. Mariam Christus quem summo opere decuit in ea suæ Redemptionis attingere culmen, a corporis incineratione præservaverit.

Unde qui Virginis Assumptionem respuunt, sacramentum illud per quod unum salvati sumus, in ejus nobiliori parte humanis nituntur evacuare figmentis. Ab illo proinde vano difficultatis terriamento desistant.

#### V. DIFFICULTAS

contra cap. 4, art. 4.

1. Corpus neque meriti capax est, neque proinde mercedis. Hinc perperam arguitur in hoc capite: B. Virg. Maria cum anima et corpore in cælum evehitur; alioquin cum meritum

culmine nequaquam gloriæ culmen attigisset.

Præclare quidem! Etiam corpus capax potest esse mercedis, prouti cum anima hypostatice conjunctum. Corpus enim est animæ individua comes, sui que pars, ut completa substantia utrumque constituatur. Anima sentit per corpus, voluptate aut dolore per corpus afficitur, *nihil demum est in intellectu*, ait Aristoteles, *quin prius fuerit in sensu*. Totum hinc hominis suppositum, *nostrum ego*, est id quod meretur: congruum igitur est, ut totum pariter suppositum consequi præmia debeat. Et, quantumvis humanum corpus capax non sit æternæ beatitudinis, Deum agnoscendo eumque diligendo et perfruendo, capax tamen est beatitudinis participatæ quæ in ipsum ex anima gloriosa redundat: cum enim anima sit forma corporis, habent esse commune; et, quemadmodum perturbato corpore, perturbatur et anima, nimirum quantum ad esse quod habet in corpore; ita, glorificato corpore per animam glorificatam, magis glorificatur et anima, quantum scilicet ad esse quod habet in corpore. Id magis magisque confirmatur ex eo quod ait Psalmographus: *Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum* (1); et alibi: *Omnia ossa mea docent: Domine, quis similis tibi* (2)?

2. Neque rationabile putandum, si quis dicat, nulla penitus ratione frui beatitudine posse corpus; anima namque Christi, etsi primo suæ Conceptionis instanti beata refulserit, do-

(1) Psalm. LXXXIII.  
(2) Psalm. XXXIV.

lores tamen in corpore tulit. Ut enim D. Thomæ verbis utamur, inquit: « Virtute Divinitatis Christi dispensative sic beatitudo in anima continebatur, quod non derivabatur ad corpus, ne ejus passibilitas et mortalitas tolleretur: et eadem ratione delectatio contemplationis sic continebatur in mente, quod non derivabatur ad vires sensibiles, ne per hoc dolor sensibilis excluderetur (3). » Ita rem facile componit angelicus magister. Unde nostra veritas de statione in stationem valebit errorem dejicere, donec contritus et dissipatus conticescat sui que pudeat.

#### VI. DIFFICULTAS

contra idem caput.

1. Vaferrimus anguis per suos filios hanc aliam difficultatem urgentes, Mulieris calcaneum mordere non desinit. Si veritate niteretur (ajunt) V. Mariam, ut gloriæ culmen attingeret, cum anima et corpore fuisse ad cælica regna sublimatam, nullus ante generalem resurrectionem hanc gloriam potuisset acquirere, meritorum culmen non habens. Plerique tamen in anima et corpore beatifica in cælis visione fruuntur. Aliquorum enim opinio est, multos jam in cælo corpore beatos esse, præcipue illos de quibus evangelista narrat: *Multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt* (4). Quos non iterum obiisse, sed cum Christo immortales abiisse, censent DD. Epiphanius (5), Ambrosius, Hieronymus, Thomas, alique bene multi. Job ex

(3) 3 P., q. 13, art. 5 ad 3.  
(4) Matth. XXVII, 52. (5) Hier. 57.

illis fuisse creditur, qui prophetabat: *In carne mea videbo Deum meum* (1). David quoque fortasse: nam D. Petrus loquens de eo ait: *Et sepulcrum ejus apud nos est* (2); non est ausus forte dicere: corpus ejus apud nos est, suspicatus ascendisse cum Christo. Rabbi Salomon israelita: *De Moyse*, inquit, *non est dubitandum quod sit in cælo cum anima et corpore* (3), ac probat ex eo quod Scriptura testetur: *Non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem* (4). Id autem sensu illius significavit, quod Deus suscitavit eum, et assumpsit eum cum anima et corpore.

Noverint adversarii semel, apprime distingui levem inter quorundam opinionem et illam quam, Rom. Ecclesia præeunte, tota semper aluit, tradidit, docuitque verenda traditio. Præter ullam dubitationis aleam est, quod plures longo tempore in pulvere jacentes de tumulo surrexerint, de quibus Matthæus loc. cit. Nullus tamen eorum immortalitatis vita donatus est, nec cum Christo in cælum ascendit; iterum obierunt, nam in testimonium dumtaxat resurrectionis Jesu Christi de sepulcro levati sunt: itaque, postquam suo funguntur officio, in sepulcra redeunt, ut DD. Augustinus (5), Hieronymus (6), Euthymius, Theophylactus, alique magno numero Patres et Doctores affirmant. Et si paucissimi auctores contrariæ sententiæ faverint, intra probabilitatis limitem disseruerunt: et, etiamsi hoc docue-

(1) Cap. XIX, 26. (2) Act. II, 29.  
(3) Epist. ad Rabbi Isaac magistr. Synagoga.  
(4) Deut. XXXIV, 6.  
(5) Epist. 99 ad Evodium.

rint asseveranter, non est cur ab eorum sententia firmissimum depromi valeat argumentum. Hanc immortalitatis gratiam uni Deiparæ contulit Deus, quod ipsamet D. Birgittæ revelare dignata est: « Scias, quod nullum corpus humanum in cælo est, nisi gloriosissimum corpus Filii mei et corpus meum (7). » O miram singularemque gratiam!

#### VII. DIFFICULTAS

contra 5 cap., art. 4.

1. Adversarii huc illuc debellati sese confugiunt ad hanc difficultatem tamquam ad suum palladium. Cl. Jo. Gersonius recte concludit, falsam esse hanc ratiocinationem: « Christus potuit et potest multa facere; et hoc decet eum: ergo fecit aut faciet. » Id non esse consequens docet, sed « fallaciam petitionis principii; quia videlicet præsupponit in minori propositione quod est æque ignotum vel ignotius, quam principale: ratio est (pergit ipse), quia nihil decet Deum facere, nisi secundum quod vult fieri recte, per oppositam consuetudinem ad voluntates creatas, quæ ideo volunt agere, quia præsentatur eis aliquod objectum sub ratione boni aut convenientis; et ideo agunt, quia videtur eis bonum; et non ideo illud est bonum aut decens. Causa est, non enim sunt regulæ primæ, sed regulatæ a prima bonitate (8). » Hinc argumen-


(6) Super cit. verba Matth.  
(7) Lib. VII Revel.  
(8) In suis opp., part. I, col. 450, edit. Ellies Du-Pin, Veritas decimaquinta.

tum in præcitato capite contentum falsa ratiocinatio est.

Achilleum argumentum ita facile resolvendum putamus. Falsa quidem ratiocinatio hæc est, cum de Deo loquamur: *Potuit, decuit: ergo fecit.* Nam *a posse ad esse non valet illatio;* nec a decentia quadam illam quam nullimode scimus, æternam atque divinam scrutari poterimus voluntatem. Quam ob rem regula per cl. Gersonium constituta magno firmitatis robore pollet. Non est autem ejusdemmodi argumentatio quam mutuati sumus a Jo. Duns Scoto, quocum in hac periocha deflectere paulisper velim..... Argumentum sonat: *Potuit*

(Deus), *voluit, decuit: ergo fecit.* *Potuit* itaque Deus, quum nullam Virginis Assumptio contradictionem involvat. Præterea *voluit*, quum ejus voluntas per tutum ecclesiasticæ Traditionis organon luculenter patefiat. Tandem *decuit*, et momenta decentiæ solummodo confirmant Assumptionem. Hæc ratio tanti ponderis est, tantique splendoris (et hoc dicimus in obsequium veritatis), ut etiam illis persuadere valuerit, *quibus*, ut ait Scriptura, *non est intellectus.*

Alia pariter objecta critica lance discutienda præterimus, quum prorsus puerilia videantur. *Claudite proin jam rivos, pueri, sat prata biberunt.*



## DISQUISITIO POSTERIOR

CRITICO-PHILOSOPHICO-THEOLOGICO-DIPLOMATICA

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE ESTUDIOS

## PROCEMIUM

1. Ab ipsis rei christianæ primordiis occēpit per homines in paganismo edoctos scientiam inter et fidem, philosophiam inter atque theologiam implacabile dissidium induci. Recruit autem ope protestantismi qui omnia sus deque vertens, duo illa posuit secum ipsis pugnancia principia ex quibus ejusmodi dissidium consequi necessario debuit: ex una enim parte *nihilismum* rationis in fide proclamavit, ex altera vero ad ipsius rationis apotheosin cum totius fidei jactura pervenit. Hinc habes quod maximopere mireris. Daniel Hoffmannus theologiæ professor in universitate Helmstadtiensi mortale bellum indixit rationi, philosophiam *opus carnis* appellans, quodque prout verum in philosophia defenditur, in theologia falsum esse contendens (1). Kemnitius non esse curandum edi-

(1) Leibnitiuss in *Diss. de conform. fidei cum ratione*, Opp. ed. Dutens, Geneva 1768, tom. 1, § 12, id fassus est, scribens: "Reformatores, ac Lutherus præcipue, locuti quandoque sunt, quasi philosophiam omnino rejecerint, fideique inimicam esse judicaverint, quamvis dein hanc Lutheri notam emollire conetur. — Non inficiamur, paucos etiam ex catholicis *nihilismum* rationis admisisse; sed id procul dubio ex catholice doctrinæ principis non effecerunt, quibus directe prorsus adversatur. Frustra proinde Tennemann in opere: *Grundriss der Geschichte der Philosophie*, seu *Adumbratio historice Philosophiæ*, Lipsiæ 1825,

cebat, si fidei dogmata vindicantes in *absurditates philosophicas* incurramus (2). Hæc fuit palmaris doctrina Puffendorffii, quam a parente suo Luthero hausit. Eum sequuti sunt Coccejus, Heineccius, Thommasius, Seldenus totum a positiva revelatione jus naturale repetens, aliique. At ii ipsi protestantes, qui ut fidem extollerent, naturales rationis vires destruere et ad nihilum redigere conati sunt, iidem posthac rationem hanc ipsam velut unicum et infallibilem in rebus ipsius fidei judicem proclamare non sunt veriti, adeo, ut rationi libantes fidem prorsus expunxerint. In Germania Kantius Humii vestigiis insistens, atque rationis acumen extollens quasique Theon venerans, sub *criticismi* nomine philosophicam revolutionem induxit. Exinde namque germinavit *idealismus absolutus*, seu

pag. 362, ut catholicos carperet, scribebat: "Postquam Nicole et Bossuet cum pluribus alijs *scepticismo* usi sunt, ut in sinum catholice Ecclesie protestantes revocarent, ac ut pondus auctoritatis ecclesiasticæ extollerent, rationis incertitudinem ostendendo."

(2) Examen Conc. Trid., p. 1, pag. 266. Hoc accepit Kemnitius a Luthero cujus principium erat: "Quod verum est in Theologia, non semper verum est in Philosophia." Circa quod paradoxon dissertationem edidit Crusius, Opuscul. philosophico-theolog., Lipsiæ 1750.

*egoismus metaphysicus* Fichte; exinde philosophia *identitatis*, seu *realismus absolutus* Schellingii; exinde systemata Bouterwekii et Bardilii pantheistica labe scatentia; exinde demum philosophica Hegelii doctrina de *subjecti et objecti in idea identitate* (1). Sed, quum veritas semper ac certitudo de suis manibus elaberetur, ad nova in dies absurdiora philosophemata magnis nisibus adornanda propellunt.

Malum hac ipsa tempestate nostra culmen attingit ratione *positivismi* quem in Gallia Comte proponit, Tirrè collustrat, Renan suo scripto « *Metaphysica et suum futurum* » ubique porrigit, et in suo libello « *Scientiæ historicæ et systema naturalismi positivi* » factis humanis aptare conatur. Eum Feuerbalk in Germania, eum Stuart-Mill in Britannia, eum Ausonius De Franchi tum in opere inscripto « *Rationalismus populi* » tum per Italiæ cathedras docet, disseminat, insculpit muneribus gubernii plectus. — At nostris temporibus non modo hæretici, sed quidam etiam eruditi christiani nominis statuere ac vindicare nisi sunt *autonomiam* inquisitionis et sententiarum in scientiis independentem a quavis auctoritate, divina et humana, quemadmodum Günther (2), Frohschammer (3), aliique.

(1) Omnia neoterica philosophiæ germanicæ systemata eo demum spectant, ut velut e nihilo proprium *ego*, *mundum* ac *Deum* ipsum educant. Hinc officium philosophiæ ab ipsis proclamatum *das objectiviren des ichs*, id est *τὸ proprium ego ex apparenti objectivum* sive reale constituere. Quapropter illa Fichte iactantia, qua discipulis suis pollicitus erat, se in proxima sua prælectione *Deum esse creaturam*. — *De natura philosophari, idem plane est ac naturam creare*. Sic inter ceteros

Nos, ut prælia Domini præliemur, induti arma lucis et contraria contrariis opposites, disquirendum (quoad ejus fieri poterit) discutiendumque proposuimus, utrum corporea Deiparentis Assumptio possit irretractabili pontificio decreto præfiniri, ut critice, philosophiam, theologiam atque jus diplomaticum in ordine ad Assumptionis dogma perpendentes, tum contra veteres protestantes quantum ratio in fidem, tum contra neo-protestantes quantum fides in rationem admirabile jubar offundat, satis abunde deprehendatur. Quare Deiparentis in cælum assumptæ Virginis pia veritas non tantum *catholicæ veritatis firmitudinem*, ut in 1<sup>a</sup> disquisitione cognovimus, verum et *catholici dogmatis harmoniam*, ut in hac 2<sup>a</sup> disquisitione pertractandum aggredimur, contra neologos omnes aperit, eorumdemque lumina suo fulgore perstringit.

2. Insuper, quum in hoc opus incumberem, mens mihi pariter insedit, ut almæ Romanæ Ecclesiæ vindicaretur auctoritas, qua jure potitur, utpote mater fidei, unicum veritatis pharum, blanda nutrix scientiarum, cujus lumen in aliqua dogmaticæ constabilienda doctrina, mirifica sublimitate coruscat. Enim vero filii tenebrarum et Ecclesiæ catholicæ proditores in suis quæ Romæ coguntur

Schellingius edixit in op. *Natur-Wissenschaft, seu scientiæ naturæ*, pag. 3.

(2) Lydia 1849, pp. 35-38-331 sq. 357; Lydia 1851, p. 310; Propædent. I, p. 122; Euryst. et Heracles, p. 251, etc.

(3) *Introduc. in philos.*, pp. 307-314; *de Libertate scientiæ*, pp. 82-111-330. Infelix hic auctor deinceps ad plenam fidei catholicæ negationem delapsus est!!

impiis conventiculis (1) pro certo habent, sacrum imperium divi Petri finem tenere, propterea quod civitatem sanctam novam Jerusalem diræ servitutis jugo subiciant, et SS<sup>imum</sup> universi orbis patrem, ducem atque pastorem præfracte divexent, opprimant mancipio. Stulti et vaniloqui!! se suosque decipiunt, luci terga vertentes. Non est exauctoratus qui *dominatur in medio inimicorum suorum* instar Petri qui in carcere ante reges atque præsides, imo in ipso martyrii agone credito sibi munere fungebatur, et in successoribus suis vivens, inter potentium iras et vexationes iniquorum imperat et judicium exercet, adeo, ut ipsissima Petri in omnem Ecclesiam suprema potestas in Romano Præsule perseveret ac vigeat. Non est exauctoratus qui in accepta fortitudine petræ perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit; qui in excelso ac sublimi vertice potentiarum sedet, et amictus galea Domini, divina præditus fulget auctoritate, sacra dogmata, sacros canones quos inter fortasse canon Assumptionis, cunctis populis, cunctis tribubus sub anathematis interminatione præfiniens. Non agant propterea triumphum imbecilles. Ærumnosa hisce temporibus non est mortuus Rom. Pontificis principatus; sed vivit, ac pleniore vita, quæ de cælo scaturit, mirabiliter atque jugiter florere conspicitur.

3. Quorsum igitur disquisitionem hanc elucubremus? Eo nimirum ut afferamus et expendamus argumenta

(1) Confer Gasparem De Luise in opere: « *Il Papato vive e trionfa, risposta ai Deputati della Sinistra nella Sessione del 1867.* »

quæ dogmaticæ sententiæ de Virginis Assumptione ferendæ potuerint aliquantisper suffragari. Verum, nos nequam incessit ardor, ut docentes Doctores nostros quorum discipulos lubenti animo profitemur, citius dogmaticum de Virginis Assumptione decretum feratur; quum id spectaverimus unice, ut in occasione retundendi veterem nuperrimumque protestantismum Virgini Deiparæ quæ magnis nos innumerisque cumulavit beneficiis, aliquid obsequentis gratique animi officium persolveremus, ut in ejus amorem magis magisque ferremur, et naturalem erga illam amoris ac pietatis sensum augeri penes populos fovérique contingeret.

Unum restat, ut vos orem, humanissimi lectores, benevolo sitis animo; et si quando venia danda sit, benigni tribuatis rogo: quoniam ad ea quæ mihi opus erant ad laborem hunc molliendum, ministraverunt manus istæ. Unde perillustris assertoris de corporea Deiparentis Assumptione verbis alloquor: « Vos ignoscite, velim, mihi, promptumque amicum meum ita suscipite, ac desiderio applaudite, ut imbecillitatis meæ interim vos misereat. Quemadmodum enim si quis imperatori, qui populorum suorum gubernacula divinitus suscepit, cui cibus semper conferta mensa, atque exquisitorum unguentorum vaporibus perfusa, insueto tempore aut violam colori purpureo similem, aut rosam fragrantissimam spinarum germen, aut denique dulcissimum autumnus fructum detulerit; non tam ille muneris exiguitatem, quam novitatem spectabit, et eximiam charitatem admira-

bitur, recto plane iudicio et sana mente, copiosis vero pulcherrimisque donis agricolam remunerabit; ita quoque si velut in facundiae hyeme Reginae flores offeramus, senioque confectam dicendi facultatem ad encomiorum certamina instruamus, ac cupiditatem menti tamquam lapidem ferro adfricantes, aut cogitationem sermonis parentem, non secus atque immaturam uvam exprimentes, exiguam quamdam scintillam orationisque mustum vobis sermonum amatoribus nostrisque audiendi cupidis impertiamus, multo libentiori animo benigne nobis faventibus (1). »

Sed tu, Virgo Maria, pars mea major et melior, requies mea et gaudium, in quam post Dominum reclinatio mei capitis et mentis habitatio est, plus servulo tuo faveas et ignoscas, qui hoc tibi munusculum inconcinnum dicare sincero corde pellicitur. Ad tuos, Virgo Deipara, pedes quibus ab

(1) Div. Jo. Damas. Or. 2 in Dormit. B. M. V.

exordio tuae vitae vaferrimi serpentis contrivisti caput, humillime provolutus precor et obtestor, ut in hoc munere fideliter obeundo micis mensae caelestis particeps esse queam, ut minutam hanc laudem ad tuum solummodo decus concinnatam tuis possim fidelibus aperire, ut tandem tuus hostis, magna protestantismi viperina soboles, te propitiante, te feliciter aspirante, vincatur. Adsis, o mea Diva, mea facunda poëtria, terrae caelique pulchritudo, quam scriptionis meae, imo et vitae meae antistitem elegi. Adsis, inquam, huic operi pusillo, et, dum lacrymis obrutus imi tui vestimenti deaurati fimbriam deosculor, piis hisce precibus obsecundare lubenti animo velis. Semel atque semel debitam a te deposco mercedem, nimirum ut honesta vita perfungar, teque cum anima et corpore beatam non in speculo et in aenigmate, sed oculo ad oculum contuear atque perfruar in perpetuam aeternitatem.

## PARS PRIMA

# CRITICE

Nequam positivista Renan hoc virus expressit, nempe *criticen in absoluta rei supernaturalis negatione consistere* (1). Nos de Virginis Assumptione perloquentes, ut sacri hujus elementi vindicias peragamus, illud impium quatiemus convellamusque radicibus paradoxon, in hac 1<sup>a</sup> parte commonstrabimus factum quod habent positivista tamquam unicum infallibilemque veritatis canonem, criticam in rei supernaturalis inquisitione et affirmatione specialius sitam esse. Utinam! inuito amicitiarum foedere, divinis humana copulentur, naturalia supernaturalibus, terrena caelestibus, ima summis.

### ORATIO I.

#### Caput I.

Somatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum suppeditat, quum ratiocinative contineatur in verbo Dei dogmatico.

1. Ad penitentiorem rei de qua agimus intelligentiam ne verborum ambagibus implicemur, de notionibus quibusdam praeviis quas passim theologi tradunt, haec volumus habere sermonem.

(1) De studiis historiae sacrae.

Illud objectum definibile vocatur et est quod ex alterutro fonte, sac. nempe Scripturis aut ecclesiasticis Traditionibus hauritur: unde Bartholomaeus Card. D'Avanzo in Generali Congregatione Synodi vaticanae de moliendo dogmate loquens, ait: « Ex Spiritus sancti assistentia fiet ut Papa agat sicut oportet; nimirum quoniam assistentia non importat novam revelationem, sed manifestationem veritatis, quae in deposito revelationis jam continetur; Spiritus sanctus agit et adjuvat Papam ad veritatis inquisitionem ex fontibus divinae revelationis, quae in sacris Scripturis et Traditione continetur. » Potest autem gemina ratione quidpiam in utroque Dei verbo, scripto et tradito contineri, *explicite* nimirum vel *implicite*. *Explicite* quidem cum disertis conceptisque verbis quaedam veritas exhibetur, cujusmodi sunt quae in Scripturis et Traditionibus de Christi nativitate, morte, resurrectione, ascensione commemorantur. Eiusdemmodi quoque sunt trinitas Hypostaseon, divinitas Christi, ejus redemptionis, aliaque id genus innumera. Pro his veritatibus in Traditione ac Scriptura *explicite* contentis nulla penitus

bitur, recto plane iudicio et sana mente, copiosis vero pulcherrimisque donis agricolam remunerabit; ita quoque si velut in facundiae hyeme Reginae flores offeramus, senioque confectam dicendi facultatem ad encomiorum certamina instruamus, ac cupiditatem menti tamquam lapidem ferro adfricantes, aut cogitationem sermonis parentem, non secus atque immaturam uvam exprimentes, exiguam quamdam scintillam orationisque mustum vobis sermonum amatoribus nostrisque audiendi cupidis impertiamus, multo libentiori animo benigne nobis faventibus (1). »

Sed tu, Virgo Maria, pars mea major et melior, requies mea et gaudium, in quam post Dominum reclinatio mei capitis et mentis habitatio est, plus servulo tuo faveas et ignoscas, qui hoc tibi munusculum inconcinnum dicare sincero corde pellicitur. Ad tuos, Virgo Deipara, pedes quibus ab

(1) Div. Jo. Damas. Or. 2 in Dormit. B. M. V.

exordio tuae vitae vaferrimi serpentis contrivisti caput, humillime provolutus precor et obtestor, ut in hoc munere fideliter obeundo micis mensae caelestis particeps esse queam, ut minutam hanc laudem ad tuum solummodo decus concinnatam tuis possim fidelibus aperire, ut tandem tuus hostis, magna protestantismi viperina soboles, te propitiante, te feliciter aspirante, vincatur. Adsis, o mea Diva, mea facunda poëtria, terrae caelique pulchritudo, quam scriptionis meae, imo et vitae meae antistitem elegi. Adsis, inquam, huic operi pusillo, et, dum lacrymis obrutus imi tui vestimenti deaurati fimbriam deosculor, piis hisce precibus obsecundare lubenti animo velis. Semel atque semel debitam a te deosco mercedem, nimirum ut honesta vita perfungar, teque cum anima et corpore beatam non in speculo et in aenigmate, sed oculo ad oculum contuear atque perfruar in perpetuam aeternitatem.

## PARS PRIMA

# CRITICE

Nequam positivista Renan hoc virus expressit, nempe *criticen in absoluta rei supernaturalis negatione consistere* (1). Nos de Virginis Assumptione perloquentes, ut sacri hujus elementi vindicias peragamus, illud impium quatiemus convellamusque radicibus paradoxon, in hac 1<sup>a</sup> parte commonstrabimus factum quod habent positivista tamquam unicum infallibilemque veritatis canonem, criticam in rei supernaturalis inquisitione et affirmatione specialius sitam esse. Utinam! inuito amicitiarum foedere, divinis humana copulentur, naturalia supernaturalibus, terrena caelestibus, ima summis.

### ORATIO I.

#### Caput I.

Somatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum suppeditat, quum ratiocinative contineatur in verbo Dei dogmatico.

1. Ad penitentiorem rei de qua agimus intelligentiam ne verborum ambagibus implicemur, de notionibus quibusdam praeviis quas passim theologi tradunt, haec volumus habere sermonem.

(1) De studiis historiae sacrae.

Illud objectum definibile vocatur et est quod ex alterutro fonte, scilicet Scripturis aut ecclesiasticis Traditionibus hauritur: unde Bartholomaeus Card. D'Avanzo in Generali Congregatione Synodi vaticanae de moliendo dogmate loquens, ait: « Ex Spiritus sancti assistentia fiet ut Papa agat sicut oportet; nimirum quoniam assistentia non importat novam revelationem, sed manifestationem veritatis, quae in deposito revelationis jam continetur; Spiritus sanctus agit et adjuvat Papam ad veritatis inquisitionem ex fontibus divinae revelationis, quae in sacris Scripturis et Traditione continetur. » Potest autem gemina ratione quidpiam in utroque Dei verbo, scripto et tradito contineri, *explicite* nimirum vel *implicite*. *Explicite* quidem cum disertis conceptisque verbis quaedam veritas exhibetur, cujusmodi sunt quae in Scripturis et Traditionibus de Christi nativitate, morte, resurrectione, ascensione commemorantur. Eiusdemmodi quoque sunt trinitas Hypostaseon, divinitas Christi, ejus redemptionis, aliaque id genus innumera. Pro his veritatibus in Traditione ac Scriptura *explicite* contentis nulla penitus

requiritur Ecclesie definitio: hanc siquidem implicito modo elicit Ecclesia, cum Traditiones et Scripturas uti divinas proponit, cumque veritates ex Scriptura et Traditione depromptas in festis, liturgiis, orationibus aliisque publicis actis profitetur. Hinc qui memoratis veritatibus contradicere, quod Deus avertat, præsumpserit, absque ulla sententia, hæretica labe polluitur: suo namque iudicio damnatus naufragium circa fidem passus est, et ab Ecclesie unitate descivit.

Eatenus insuper veritates in utroque Dei verbo, scripto et tradito *implicitate* continentur, quatenus aliquo mediante ratiocinio veluti conclusiones ab *explicitate* revelatis aut *dogmatice* præfinitis deducuntur; vel quibusdam prouti velis obductæ in eis delitescunt, et hanc ob rem oportet, ut per uberiores explanationem enucleentur; vel necessario nexu cum veritatibus fidei connectuntur adeo, ut clara illatione deduci facile possint. Unde contra donatistas agebat Augustinus: sacramenta, quoad suum effectum, neque a fide neque a sanctitate ministrorum dependent; pronum est igitur inferre, baptisma suam habere virtutem, sive peccator, sive hæreticus, sive infidelis vir illud ministraverit.

Hæc autem veritatum genesis quæ solet in scholis *conclusio theologica* nuncupari, poterit evenire tripliciter. a) Si quidpiam a duobus præmissis revelatis aut dogmatice constitutis eruatur: quod ad fidem attinet, cum in propositione revelata formaliter contineatur. Et optima sane ratione: *major* enim propositio illud in se con-

tinet, et *minor* in ea contineri declarat. In hoc syllogismi natura sita est. Hinc ad fidem spectat hujusce syllogismi conclusio: omnes apostoli repleti sunt Spiritu sancto: sed Matthæus erat apostolus; igitur Matthæus repletus est Spiritu sancto. b) Si ex *majori* propositione revelata et *minori* non revelata deduci contingat: hoc proinde consequens catholicum dogma est: vera Christi Ecclesia debet esse una, sancta, catholica, apostolica: sed Ecclesia Romana una est, sancta, catholica, apostolica; igitur est vera Christi Ecclesia. Nam in hoc quoque casu conclusionem hanc revelata propositio formaliter continet, et non revelata eam contineri patefacit. Est tamen scitu necessarium, hoc dici proculdubio posse, si propositio *minor* absoluta gaudeat certitudine: sin autem, quum firmissimus præberi nequeat assensus, haudquaquam conclusio fidem attingit. Res explanetur exemplo: infans legitime baptizatus et ante usum rationis moriens, est sanctus: sed Petrus ante usum rationis mortuus fuit legitime baptizatus; igitur Petrus est sanctus. Conclusio hæc non est de fide tenenda, quum simus tantummodo moraliter certi de præfato legitimo baptismate. c) Si tandem ex *majori* propositione certa sed non revelata, et ex *minori* revelata conclusio fluat, in geminam auctores dispartuntur opinionem. æ) Vasquezus aliique sat probabiliter affirmant, pertinere conclusionem ad fidem, quum isthæc necessariam habeat cum præmissa revelata connexionem adeo, ut divini testimonii vi eam credere faterique debeamus. ß) Lhermi-

nier et alii magno numero theologi negant, quum illammet conclusionem non vi testimonii divini, sed vi theologice illationis directe profiteamur. Esto: ipsi viderint.

Ex quo plane colligitur quantopere necessaria sit Ecclesie propositio in iis quæ *implicitate* vel *ratiocinative* continentur in verbo Dei tradito et scripto vel dogmatico, ut germanus revelationis sensus pateat. Quod nedum pro Scriptura, uti diximus, verum et pro Traditione dicendum est, cum vetera monumenta vel obscura, vel spuria, vel certitudini gignendæ imparia esse queant.

Hucusque fontes, unde dogmatica veritas haurienda sit, aperuimus. Reliquum est ut modo dicamus, utrum Assumptionis veritas sit definitu possibilis. Utique possibilis definitu est, prout ex dogmatum veritate, de qua mox, *ratiocinative* depromitur.

2. Quod Virgo Deipara sit *ontologicæ* formosior Cherubim atque Seraphim, divinitatisque fines ingressa, ut loqui adamant DD. Anselmus (1), Petrus Damianus (2), Thomas (3), Albertus magnus (4) aliique, credimus omnes atque fatemur. Causa princeps est, quia fuit a qualibet integra labe peccati, et eo sanctitatis nitore præfulgens extitit, qua nulla major in cælis et in terris post Deum concipi queat. Id tenemus et *logice*; catholica namque fide docemur: « Ecclesia catholica credit beatissimam Virginem Mariam matrem Dei omne quodcumque vel minimum vitasse pecca-

(1) De Concept. Virg.

(2) Orat. in Virg.

(3) S. p. l. quest. xxv, art. 6 ad 4.

tum (5). » Et iterum: « Si quis hominem semel justificatum dixerit... posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia; anathema sit. » Verum, immortalitatem aut resurrectionem et assumptionem conquirat impeccabilitas. Hunc nexum jamdiu excogitavit Augustinus in quæstione contra pelagianos: « Quis nostrum dicat quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit habendi plenam cum immortalitate justitiam. Nam liberum arbitrium usque adeo in peccatore non periit, ut per illud peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccant (6). » Quapropter juxta mentem Augustini libertas vivendi sine peccato vel minimo cum corporis immortalitate conjungitur. Cum autem ex tridentina Synodo catholica et inconcussa fide teneamus, inclytam Christotocon vivendi libertatem habuisse, quæ vel minima noxa carentem; habuit igitur libertatem illam quæ ante peccatum Adæ in paradiso fuit habendi plenam cum immortalitate justitiam, sic ut per mortem transiens, quoad animam et corpus æternæ gloriæ radiis redimita coruscaverit. Quæ cum ita se habeant, Assumptionis veritas objectum veritatis definibile porrigit, quum ex catholico dogmate *ratiocinative* trahatur.

3. Nec satis. B. Virgo Maria nun-

(4) Super Missus est, c. 180.

(5) Concil. Trid., Sess. vi, can. 23.

(6) Lib. i contra duas epist. Pelagianor., c. 2.

cupatur et est *ontologicè* Deiparens; hanc enim Deum-Hominem peperisse fatemur. Id ipsum tenemus et *logice*, prout eruitur ex ephesino et chalconensi Conciliis, solemniter firmiterque præfinitibus, Virginem Mariam proprie vereque nuncupari *θεοτοκος*. Unde magnus Gregorius (1) ait, Virginem Mariam esse montem in vertice montium, quia ejus merita ceu Deiparens super omnes angelos et sanctos erexit, et eam proinde qualiacumque privilegia quæ inter Assumptio, condecuisse fatendum est; quum omnino incongruum videatur, Dei Parentem subjacere corruptioni, et a tumuli caligine premi. Nexum hunc posuit Andreas cretensis, inquiring: « Quæ auctorem vitæ pepererat, in eo loco jam rediviva collocatur, ubi fons perennis est vitæ, qui corpus et animam illius primo inter se vinxerat, moxque soluta indissolubili vinculo inter se rursum colligaverat (2). » Joannes quoque Damascenus ut probet Mariam, etsi ob humanæ naturæ conditionem mortem oppeterit, ab omni tamen mortis nexu citius fuisse solutam, hac utitur argumentatione: « Ut filia veteris Adami veterem sententiam subiit: nam et ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit; ut autem Dei viventis mater ad illum ipsum digne assumitur (3). » Et alio in loco: « Papæ, papæ, » inquit, « fons vitæ, Domini mei mater moritur! Oportebat enim ut quod e terra conflatum erat, ad terram reverteretur, atque ita in cæ-

(1) In lib. I. Reg., cap. 1.

(2) Serm. de Assumpt.

(3) Orat. 2 de Dormit. B. M. V.

lum transmitteretur (4). » Optimo jure ad sacræ Virginis maternitatem tamquam ad palladium confugit Augustinus, vel quisquis auctor sermonis de Assumptione, ut corpoream Virginis elationem adstrueret; qui, variis collectis rationibus, inquit: « Dicat qui cognovit sensum Domini, numquid non pertinet ad benignitatem Domini, matris servare honorem, qui legem solvere non venerat, sed adimplere? Lex enim sicut honorem matris præcipit, ita inhonorationem damnat (5). » Ex quo pronum est inferre, Virginis Assumptionem veritatem esse definibilem, cum liquido constet tum ex propositione de fide, Virginem scilicet esse proprie vereque Theotocon, tum ex propositione evidenti evidentiæ morali, quatenus evidenter cum propositione de fide copulatur.

4. Habemus insuper, beatissimam Virginem Mariam a primo instanti suæ creationis fuisse in se *ontologicè* immunem ab omni labe culpæ originalis, talemque credi *logice* penes omnes christianos. Summus namque Pontifex Pius IX, cujus nobis est veneranda memoria, « Sexto idus decembris anni millesimi octingentesimi quinquagesimi quarti, in Basilica vaticana, ingenti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Patrum Cardinalium et Episcoporum, ex dissitis etiam regionibus, adstante cœtu, universoque plaudente orbe, solemniter pronunciavit, ac definivit: Doctrinam, quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo

(4) Orat. 3 de Dormit. B. M. V.

(5) Serm. de Assumpt.

instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum, Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam (1). » Et in corpore dogmaticæ Bullæ prosequitur ille Pontifex: « Quapropter Illam (Deus) longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque Sanctos, cælestium omnium charismatum copia de thesauro Divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera ac tota pulchra et perfecta eam innocentæ et sanctitatis plenitudinem præse ferret, qua major sub Deo nullatenus intelligitur, et quam præter Deum nemo assequi cogitando potest. » Ne multus hac in re sim, ex tota orationis serie liquet, ab omni prorsus labe culpæ originalis beatissimam Deiparam fuisse præservatam immunem. Quid autem sibi vult epitheton illud *omni, omni prorsus*, nisi directe præsertionem a qualibet animi macula, et *oblique* præsertionem a qualicumque macula corporis, utpote corruptio quæ in tumulo latet? Quare maxime condecuit, ut B. Virgo de tumulo transferretur ad cælum; alioquin vocari *tota pulchra et perfecta* nequiret, ut eam vocat præcitata definitio: si

(1) Ex Bulla dogmatica Pii Papæ IX *Ineffabilis* de Immac. Conceptione B. M. V.

(2) In hanc rem ista profert: « Che cosa noi professiamo di credere proclamando Maria dall'origine immacolata? la esenzione d'ogni macchia di peccato, ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem. Or se questa proposizione direttamente annuncia la esenzione del reato di

*tota pulchra et perfecta* colluxit, in anima proin et corpore. Nobis in hac cogitatione cohæret Diarium illud præclarissimum *Scienza e Fede* (2). Unde sic: primigenia labe est causa; corruptio, vermes atque tumuli perhorrenda caligo effectus; cum vero causam catholica fide teneamus, Immaculatam nempe Virginis Mariæ Conceptionem, jure proinde nunc temporis inferre posse videmur: Beatissima Virgo est immaculate concepta; ergo nulli subjacuit corruptioni, verum gaudenter assumpta fuit in cælum.

Hoc autem mirifice confirmatur ex eo, quod in dogmatico Decreto aurea verba dirigantur, ad personam Virginis anima et corpore concretam, totumve *compositum humanum*, ut ajunt philosophi, quod D. Thomas proprie nuncupat *individuum rationale* (3). Re sane vera: minime Pontifex *solemniter pronunciavit ac definivit: Doctrinam quæ tenet*, animam beatissimæ Virginis Mariæ, sed: *Beatissimam Virginem Mariam*, totam nempe Virginis Mariæ personam quæ anima simul et corpore constat. Unde ratiocinari fas est: anima Virginis concepta sine quavis labe fuit; igitur etiam corpus, quod de sepulcro levatur, ut in *Ecclesiam non habentem maculam aut rugam* festive transmigraret. Hoc magis magisque roborat

\* colpa, implicitamente contiene la esenzione da \* quelle penalità, le quali importano una indecenza nell'individuo che le soffre. Ciò viene insinuato da quell'aggettivo universale *omni* (da ogni macchia) sì dell'anima come del corpo; e tale è il senso che rilevasi da tutto il contesto \* della Bolla *Ineffabilis Deus*.... » (T. X, 1869).

(3) Sum. Theol. I, pag. 9, XXIX, art. IV.

tur ex alteris dogmaticæ Bullæ verbis, *in primo instanti succe Conceptionis*. Qualecumque sane punctum vel instans temporis, sive primum, sive secundum, sive tertium, etc. conceptionis humanæ non ad animam tantum aut corpus individui rationalis pertinet, sed *totum* occupat comprehenditque *compositum humanum, individuumve rationale Virginis Deiparæ* (1). Definitio proin qua dicitur: *Beatissima Virgo Maria in primo instanti succe Conceptionis immunis fuit ab omni labe culpæ originalis*; eadem est quæ diceret: *Compositum humanum seu persona beatissimæ Virginis Mariæ, anima simul et corpore constans, in primo instanti succe Conceptionis immunis fuit ab omni labe culpæ originalis*, et ideo vel a corruptione sepulcri quæ originalis culpæ labe est.

3. Quo clarius tamen uberiusque dignoscamus nexum inter Assumptionem et Immacul. Conceptus dogma, hoc insequens theologice pertractamus. Quum originale peccatum *naturæ peccatum* sit, rationale discrimen occurrit inter peccatum *originale originans* protoparentum et inter peccatum *originale originatum* singulorum ex posteris eorumdem protoparentum. Prius causa est, posterius autem effectus.

(1) Hæc magni facit doctrina D. Thomæ qui argumentis anthropologicis inquit: « Non enim corpus et anima sunt due substantiæ actu existentes, sed ex eis duobus fit una substantia actu existens » (Contra Gentiles, l. 2., cap. 69). Et ibidem: « Anima facit ipsum (corpus) actu esse. » Alibi verum: « Anima illud esse, in quo subsistit, communicat materiæ corporali, ex qua et anima intellectiva fit unum » (Sum. Theol. I p., q. 76, a. 1 ad 5). Et iterum: « Illud quo primo aliquid operatur, est forma ejus.... manifestum est autem

Quamquam verumtamen effectus seu damna primigeniæ noxæ plurima sint « revocari generatim possunt 1° ad *ordinem ethicum*, præ quo humana natura spoliata fuit supernaturalibus donis (justitiæ, charitatis et gratiæ); 2° Ad *ordinem physicum*, præ quo spoliata eadem fuit præternaturalibus bonis (bono scientiæ, bono integritatis seu immunitatis a concupiscentia, et bono immortalitatis); 3° Ad *ordinem beatitudinis*, præ quo illa privata fuit jure ad supernum consequendum finem, qui beatifica Dei visione continetur (2). » Verum, cum ex dogmate Imm. Conceptus causam vel primam culpam nullatenus Virginem Deiparam tetigisse credamus, nec igitur effectus eam turpiter infuscare debebant. Non caruit ipsa quoad *ordinem ethicum* charismate justitiæ, charitatis et gratiæ; non caruit ipsa quoad *ordinem beatitudinis* superno fine, scilicet beatifica Dei visione; non caruit ipsa quoad *ordinem physicum* bono scientiæ, bono integritatis; non caruit igitur vel bono immortalitatis, mediante tamen morte.

Colligitur eadem veritas ex peccato *originale originante*. Celeber locus est Pauli in sua ad Romanos epistola (3). Heic synthetice proponitur: « 1° peccatum *originale originans*, idque non

quod primum quo corpus vivit, est anima... Anima enim est primum quo nutrimur, et sentimus et movemur secundum locum, et similiter quo primo intelligimus. Hoc ergo principium, quo primo intelligimus, sive dicatur intellectus, sive anima intellectiva, est forma corporis. » (Sum. Theol. I p., q. 76, art. 1).

(2) Schrader Clemens S. J. *Theses Theologicæ* in Vindobonensi Academia; *De primo Adamo*, c. VIII: *De effectibus originalis peccati*, Thesis XXXVIII.

(3) Ad Rom. v, 12 sequ.

*staticum sed dynamicum*; 2° *Universalem ejusdem amplitudinem*, qua totum complectitur genus humanum; 3° *rationem* modumque *explicationis*, qua idem una cum humanitate ex Adam propagata ad singulos quosque homines progreditur; 4° *externum* ejusdem *signum* effectumque splendidissimum, qui communi hominum morte consistit; et 5° tandem inesse illud tamquam peccatum *originale originatum* singulis hominibus proprium eodemque singulos quosque vere peccatores constitui (1). » Hisce positis, quum animam Virginis nulla peccati fuligo maculaverit, presseritque nullo modo *vis dinamica* peccati *originalis originantis*; nec ideo corpus ejus tumuli caligo potuit cohibere mancipio, quod est *signum externum* ejusdem peccati *effectusque*, qui communi hominum morte consistit.

6. Hac super re tanta refulget harmonia, ut eam vel Patres agnoverint. « Quid est, » ait Augustinus, « quod (Psalmista) se dicit in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? Etiam ipsum *vinculum mortis cum ipsa iniquitate concretum est* (2). » Sed beata Virgo Maria nullam iniquitatem habet, utpote immunis ab omni labe culpæ originalis; igitur neque *vinculum mortis* cum sua natura potuit habere *concretum*. Rursum Augustinus: « Excepta, itaque, sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam pror-

(1) Schrader ib. Thesis XIX.

(2) In Psalm. L.

(3) Lib. de Nat. et Grat., cap. 42. — Cf. quæ de germana lectione hujus Augustini textus Jo. Per-

sus, *cum de peccato agitur*, haberi volo quæstionem, inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum (3). Porro si per Virginem Deiparam peccatum *omni ex parte* vincendum est; cum *ex parte causæ* devictum mirifice sit, pariter *ex parte effectus* oportet idem absolute vincatur. Unde, sicut B. Virgo per culpam transit, quin ejus anima coinquinaretur; per tumulum quoque transit, quin ejus corpus infuscaretur; namque resurrexit, inque cælum evolavit. — Eodem ferme sensu loquitur mellitus Doctor: « Tertio revertere (o Maria) ad libertatem gloriæ filiorum Dei; quia sicut peccatum nunquam regnavit in tuo mortali corpore, sic es digna perfrui etiam in carne virginali, eadem Spiritus libertate, qua fiunt in sua spiritali substantia angeli ab ipsa sua creatione, sive potius confirmatione (4). » Bernardo concinit Petrus Blesensis: « O quam puleri sunt, » ait, « gressus tui in calceamentis, filia principis! O gratia plena, vere hodie Dominus tecum, et tu cum Domino. Elevata est magnificentia tua post Filium tuum super cælos ut in terris tuam non deserat carnem, qui terrenam de carne tua traxit originem. Sane quæ vixerat tota impoluta, tota casta, tota immaculata et integra, quomodo sentiret, aut sentire deberet quid esset humani corporis

rone scripsit in *Disquisitione theologica de Immac. B. V. M. Conceptu*, part. I, cap. XI, edit. Neap.

(4) Opusc. B. Mariæ Virg. de Assumpt.

corruptela (1)? » Et, ut cæteros omitteram, Richardus a S. Laurentio hæc parallela describit: « Extrema hujus terræ dici possunt conceptio carnalis et mors corporalis. A primo extremo excussit (Maria) fomitem et motus graves in sanetificatione: ab ultimo extremo excussit putrefactionem, vermem et pulverem in resurrectione (2). »

Quamobrem, cum veritas Assumptionis ex Imm. Conceptionis dogmate suapte natura dimanet, ejusque sit logica sequela logicumve compendium, probe cum cl. Vincentio Anivitti colligimus, posse veritatem Assumptionis dogmati catholico sublimari (3). Nobis ingerit hanc veritatis genesim omnium scientiarum princeps Theologia, quæ, ut ait E<sup>m</sup>us Joannes Bapt. Franzelin, « est cognitio demonstratione comparata, quæ veritates contineantur, et quomodo contineantur in verbo Dei; quæ sit genuina per revelationem explicite vel implicite determinata singularum notio; quis mutuus earum habitus ac nexus; quæ unius ab al-

(1) Serm. xxxiii de Assumpt.

(2) Lib. II de Laud. Virg.

(3) En animi sui sensus: « Certo è che come Davide contemplando in ispirito la sua detta nipote, incontro le metteva l'augurio che Iddio la custodirebbe nell'ingresso e nell'uscita: *Domini custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in sæculum*; così di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la pietà verso l'immacolato Concepimento e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne veggiamo indotta fra i Greci la festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero, nell'autorità l'esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Lauenno non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente (e ben per altro spirito che le antiche emulazioni di scuole) osteggiare l'immacolato Concepimento...

tera dependentia... quæ denique veritates aliæ ex ipsis revelatis pendant et consequantur (4). »

## Caput II.

Psychosomatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum præ se fert, quum discrete contineatur in verbo Dei tradito.

1. Nequit traditionis auctoritas extolli, quin ipse modus et organon traditionis divinitus institutum demonstratur, cum ea auctoritas ex ipso divinitus instituto traditionis modo derivetur, seu cum illo potius identificetur. Nil proinde mirum, si Patres, oblata occasione, in eo toti sunt, ut modum et organon traditionis declarent et divinitus institutum demonstrant (5). Perpetuum organon conservandæ traditionis est ipsa successio apostolica viventis semper et indefectibilis magisterii Ecclesiæ. Unde protestans De Stahl ad arcendum rationalismum anno 1836 in libro edito contra D. Bunsen hanc statuit propositionem: « Ut vera fides in homi-

« Qual meraviglia perciò che di sorger potesse quando un'ultima parola seguace per logica relazione alla certezza dell'immacolato Concepimento, fosse invocata dal cattolico mondo, sulle grandezze pur anco della beata morte di Lei? Oh! bello, oh! dolce spettacolo se dopo averci la fede additato Maria in tutta la luce della grazia fra le ombre dell'alvo materno, ci dischiudesse i cieli a vederla con ugual sentimento in tutta la luce di gloria. (Il dì anniversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento, sermone detto nella Patriarcale Basilica Liberiana).

(4) Tract. de divina Tradit. et Script. Proleg.

(5) Ita Irenæus passim; Tertullianus in Præscript., cap. 15 seqq.; Augustinus de utilit. credendi; Lirinensis in commonit. Cf. Conc. Trid., sess. 1v.

nibus singulis tuto producatur, Ecclesiæ ipsius munus est totam fidem in sua veritate conservare (1). » Nihil ergo mirum, si magistri sectæ reclamarint, et facili negotio demonstrarint, protestantismi fundamentum hac sententia quati. Unus ex præcipuis eorum doctoribus D. Schenkel: « Veritas evangelica ad sui conservationem nullo indiget speciali externo (i. e. distincto) instituto; immo institutum externum (i. e. magisterium Ecclesiæ) veritatem obscuravit et suffodit (2). »

Nunc porro, qualiter catholicam Assumptionis veritatem Ecclesia quæ potius irradiavit et fulsit, obscuraverit et suffoderit, videamus. Sed a centro Ecclesiæ, a fonte, a sole aspiciemur, ut posthac ad lineas, ad rivulos, ad radios illius faciliori negotio pertingamus. Facilius est solem extinguere quam Ecclesiam Romanam deleri. Verumtamen, quantum Romana Ecclesia princeps et matrix in Assumptionis veritatem concesserit, dictum satis est: quamobrem, ne actum agere videamur, recole 1<sup>a</sup> nostra Disquisitione, 1<sup>a</sup> parte, 1<sup>o</sup> articulo, 1<sup>m</sup> totum de *Romana Ecclesia* caput, in quo testimonia Romanorum Pontificum de Assumptione Virginis ubertim proferuntur. Heic tamen specialem mirabilem-

(1) Catholicum hoc principium si ille sincera fide posuisset, profecto ex Judaismo in quo natus erat, non ad sectam rebellem protestantium, sed ad columnam et firmamentum veritatis Ecclesiam transeundum ei fuisset.

(2) Apud cl. Jörg Histor. Protestantismi cap. I, tom. I, pag. 139.

(3) Loc. supra cit.

(4) Massnetus legit: *potiorem principalem*, sed fatetur solum Cod. Claromont. habere *potiorem* et littera *n* expuncta *potiorem*; in ceteris Codd. et edit. legi *potentiorum*. — Nubem aliquam vox *principalitatem* inserit. Multi multa dicitant. Ve-

que traditionem qua illa veritas pollet, aperire animus est. Duplicem exinde lucrum reportemus, ad trutinam vocantes non tantum *utrum* Assumptionis veritas contineatur, verum etiam *quomodo* contineatur in verbo Dei tradito; hoc siquidem est sacræ Theologiæ munus, ut scite monet Joannes Baptista Franzelin (3). Quare potiori jure fas nobis erit quod proposuimus, inferre: psychosomatica Deiparentis Assumptio, propterea quod in verbo Dei tradito disertis conceptisque verbis contenta dignoscatur, possibilis definitu est.

2. Ipsa Rom. Ecclesiæ auctoritas est prima de assumpta Virgine traditionis prærogativa. Testimonium celeberrimum est Irenæi, qui ad demonstrandam « Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam in omni Ecclesia, » satis esse testatur judicare « maximæ et antiquissimæ et omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro et Paulo Romæ fundatæ et constitutæ Ecclesiæ eam, quam habet ab Apostolis Traditionem et annuntiatam hominibus fidem per successionem Episcoporum perveniens usque ad nos, » quoniam nimirum « ad hanc Ecclesiam propter potentiorum principalem (4) necesse

rum P. Schneemann in præclara dissertatione qua verum sensum hujus loci collustravit, et contra detorsiones protestantium vindicavit (in Ephemeride *Der Katholik*, tom. xvii, pag. 419), comparando omnia loca in quibus vox *principalitas* occurrit, probabilissimum ostendit, græce fuisse *ἀρχεπισκοπῆς*. Quicquid hac de re sit, ex tota Irenæi argumentatione clarissimum est, non posse significari nisi potiorem potestatem, principatum, primatum Ecclesiæ Romanensis; in hac enim *principalitatis* constituit Irenæus fundamentum et principium unitatis fidei omnium ecclesiarum seu totius Ecclesiæ.



corruptela (1)? » Et, ut cæteros o-mittam, Richardus a S. Laurentio hæc parallela describit: « Extrema hujus terræ dici possunt conceptio carnalis et mors corporalis. A primo extremo excussit (Maria) fomitem et motus graves in sanetificatione: ab ultimo extremo excussit putrefactionem, vermem et pulverem in resurrectione (2). »

Quamobrem, cum veritas Assumptionis ex Imm. Conceptionis dogmate suapte natura dimanet, ejusque sit logica sequela logicumve compendium, probe cum cl. Vincentio Anivitti colligimus, posse veritatem Assumptionis dogmati catholico sublimari (3). Nobis ingerit hanc veritatis genesim omnium scientiarum princeps Theologia, quæ, ut ait E<sup>m</sup>us Joannes Bapt. Franzelin, « est cognitio demonstratione comparata, quæ veritates contineantur, et quomodo contineantur in verbo Dei; quæ sit genuina per revelationem explicite vel implicite determinata singularum notio; quis mutuus earum habitus ac nexus; quæ unius ab al-

(1) Serm. xxxiii de Assumpt.

(2) Lib. II de Laud. Virg.

(3) En animi sui sensus: « Certo è che come Davide contemplando in ispirito la sua detta nipote, incontro le metteva l'augurio che Iddio la custodirebbe nell'ingresso e nell'uscita: *Domini custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc et usque in sæculum*; così di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la pietà verso l'immacolato Concepimento e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne veggiamo indotta fra i Greci la festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero, nell'autorità l'esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Lauenno non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente (e ben per altro spirito che le antiche emulazioni di scuole) osteggiare l'immacolato Concepimento...

tera dependentia... quæ denique veritates aliæ ex ipsis revelatis pendant et consequantur (4). »

## Caput II.

Psychosomatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum præ se fert, quum diserte contineatur in verbo Dei tradito.

1. Nequit traditionis auctoritas extolli, quin ipse modus et organon traditionis divinitus institutum demonstratur, cum ea auctoritas ex ipso divinitus instituto traditionis modo derivetur, seu cum illo potius identificetur. Nil proinde mirum, si Patres, oblata occasione, in eo toti sunt, ut modum et organon traditionis declarent et divinitus institutum demonstrant (5). Perpetuum organon conservandæ traditionis est ipsa successio apostolica viventis semper et indefectibilis magisterii Ecclesiæ. Unde protestans De Stahl ad arcendum rationalismum anno 1836 in libro edito contra D. Bunsen hanc statuit propositionem: « Ut vera fides in homi-

« Qual meraviglia perciò che di sorger potesse quando un'ultima parola seguace per logica relazione alla certezza dell'immacolato Concepimento, fosse invocata dal cattolico mondo, sulle grandezze pur anco della beata morte di Lei? Oh! bello, oh! dolce spettacolo se dopo averci la fede additato Maria in tutta la luce della grazia fra le ombre dell'alvo materno, ci dischiudesse i cieli a vederla con ugual sentimento in tutta la luce di gloria. (Il dì anniversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento, sermone detto nella Patriarcale Basilica Liberiana).

(4) Tract. de divina Tradit. et Script. Proleg.

(5) Ita Irenæus passim; Tertullianus in Præscript., cap. 15 seqq.; Augustinus de utilit. credendi; Lirinensis in commonit. Cf. Conc. Trid., sess. IV.

nibus singulis tuto producatur, Ecclesiæ ipsius munus est totam fidem in sua veritate conservare (1). » Nihil ergo mirum, si magistri sectæ reclamarint, et facili negotio demonstrarint, protestantismi fundamentum hac sententia quati. Unus ex præcipuis eorum doctoribus D. Schenkel: « Veritas evangelica ad sui conservationem nullo indiget speciali externo (i. e. distincto) instituto; immo institutum externum (i. e. magisterium Ecclesiæ) veritatem obscuravit et suffodit (2). »

Nunc porro, qualiter catholicam Assumptionis veritatem Ecclesia quæ potius irradiavit et fulsit, obscuraverit et suffoderit, videamus. Sed a centro Ecclesiæ, a fonte, a sole aspiciemur, ut posthac ad lineas, ad rivulos, ad radios illius faciliori negotio pertingamus. Facilius est solem extinguere quam Ecclesiam Romanam deleri. Verumtamen, quantum Romana Ecclesia princeps et matrix in Assumptionis veritatem concesserit, dictum satis est: quamobrem, ne actum agere videamur, recole 1<sup>a</sup> nostra Disquisitione, 1<sup>a</sup> parte, 1<sup>o</sup> articulo, 1<sup>m</sup> totum de *Romana Ecclesia* caput, in quo testimonia Romanorum Pontificum de Assumptione Virginis ubertim proferuntur. Heic tamen specialem mirabilem-

(1) Catholicum hoc principium si ille sincera fide posuisset, profecto ex Judaismo in quo natus erat, non ad sectam rebellem protestantium, sed ad columnam et firmamentum veritatis Ecclesiam transeundum ei fuisset.

(2) Apud cl. Jörg Histor. Protestantismi cap. I, tom. I, pag. 139.

(3) Loc. supra cit.

(4) Massnetus legit: *potiorem principalem*, sed fatetur solum Cod. Claromont. habere *potiorem* et littera *n* expuncta *potiorem*; in ceteris Codd. et edit. legi *potentiorum*. — Nubem aliquam vox *principalitatem* inserit. Multi multa dicitant. Ve-

que traditionem qua illa veritas pollet, aperire animus est. Duplicem exinde lucrum reportemus, ad trutinam vocantes non tantum *utrum* Assumptionis veritas contineatur, verum etiam *quomodo* contineatur in verbo Dei tradito; hoc siquidem est sacræ Theologiæ munus, ut scite monet Joannes Baptista Franzelin (3). Quare potiori jure fas nobis erit quod proposuimus, inferre: psychosomatica Deiparentis Assumptio, propterea quod in verbo Dei tradito disertis conceptisque verbis contenta dignoscatur, possibilis definitu est.

2. Ipsa Rom. Ecclesiæ auctoritas est prima de assumpta Virgine traditionis prærogativa. Testimonium celeberrimum est Irenæi, qui ad demonstrandam « Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam in omni Ecclesia, » satis esse testatur judicare « maximæ et antiquissimæ et omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro et Paulo Romæ fundatæ et constitutæ Ecclesiæ eam, quam habet ab Apostolis Traditionem et annuntiatam hominibus fidem per successionem Episcoporum perveniens usque ad nos, » quoniam nimirum « ad hanc Ecclesiam propter potentiorum principalem (4) necesse

rum P. Schneemann in præclara dissertatione qua verum sensum hujus loci collustravit, et contra detorsiones protestantium vindicavit (in *Ephemeride Der Katholik*, tom. XVII, pag. 419), comparando omnia loca in quibus vox *principalitas* occurrit, probabilissimum ostendit, græce fuisse *ἀρχιεπιστοσύνη*. Quicquid hac de re sit, ex tota Irenæi argumentatione clarissimum est, non posse significari nisi potiorem potestatem, principatum, primatum Ecclesiæ Romanensis; in hac enim *principalitatis* constituit Irenæus fundamentum et principium unitatis fidei omnium ecclesiarum seu totius Ecclesiæ.

est omnem convenire (1) Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est (2) ea quæ est ab Apostolis Traditio (3). » Huic testimonio conferenda sunt verba Nicolai I Pontificis ep. ad Photium: « Cum universa credentium multitudo ab sancta Romana Ecclesia quæ omnium caput est Ecclesiarum, doctrinam exquirat, integritatem fidei deposcat, delictorum veniam postulet, necessarium est, ut magnam nos curam qui ad hoc vocati sumus, adhibeamus (4). » Cyprianus hanc Ecclesiam vocat: « Petri cathedram atque Ecclesiam principalem (5); » et Augustinus: « Romanam Ecclesiam in qua semper viguit apostolicæ cathedræ principatus (6). » Hæc mea mater est quæ papillis suis potum vitæ mihi porrigit, quæ maternum os mihi parvulo præbet, ut sacris mysteriis imbuar, ut Deum meum meumque Patrem reperiam, ut Veritatem quæ omnes veritates continet, amore complectar.

Assumptionis hinc veritas quæ mirum in modum romana traditione fulcitur, quanta firmitate præpolleat ut constabili dogmatice possit, nemo non videt. Jure proinde merito Bar-

(1) In græco textu Συμβαίνει i. e. concordare.  
 (2) Pronomen in qua pertinet ad Ecclesiam Romanam; sensus enim est, ab omnibus ecclesiis seu fidelibus in Ecclesia Romana tamquam in principio et in causa unitatis fidei conservatam esse traditionem Apostolorum. Alii particulam in qua referunt ad nomen propinquius omnem Ecclesiam; tunc erit sensus: cum Ecclesia Romana necessum est consentire Ecclesiam universalem, in qua semper integra conservata est traditio: ratio autem hujus necessarii consensus collocatur in potentiori principalitate ipsius Ecclesie Romanæ.

(3) Lib. III, cap. 3.

tholomæus Card. D'Avanzo in Generali Congregatione Synodi vaticanæ disserebat: « Cum occurreret casus dogmaticæ definitionis... Papa inquisitionem instituit, sive cum clero et theologis Ecclesie Romanæ, sive cum formali synodo romana, ut inquirat quid in subjecta fidei et morum materia tenet Ecclesia Romana, in qua immaculata semper est servata apostolica doctrina, unde Mater et Magistra omnium vocatur et est. »

Sed quis, ubi, quando veritatem illam in Ecclesia Romana docuit et clariore in lumine collocavit? a) Quis præstantissimi quoque nomine summi Primates, quos inter eminent Leo magnus, Gregorius magnus (7) qui Patres etiam celebriores cum sint, qua sanctitate præditi, qua sapientiæ nitore prælucentes, duo post Petrum velut astra majora sub Vaticano cælo coruscant. b) Ubi? in sublimiori solemniorique sacrorum rituum actione, sacrificii scilicet incruenti tempore, ne dicam in corde Missarum solemnium: orat enim in Secreta sacerdos: « Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei Genitricis oratio: quam, etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cælesti gloria apud te intercedere

(4) Hard. t. v, p. 1046.

(5) Epist. 55, pag. 86.

(6) Epist. 43, n. 7.

(7) Leo Magnus præfuit per legatos IV Concilio Ecumenico Chalcedonensi. Sic de eo loquitur Trithemius: « Fuit dictionis Ecclesiasticæ, Tullius; Sacræ Theologiæ, Homerus; Rationum fidei, Aristoteles; Auctoritatis Apostolicæ, Petrus; et in Christiano pulpito, Paulus. » — Gregorius autem Donatistas in Africa coercent, et Joannis Patriarchæ Constantinopolitani se Ecumenicum seu Universalem Episcopum inscribentis fastum cohibuit; Angliam convertit ad fidem; et habetur Ecclesie latinæ sanctissimus Pater et Doctor.

sentiamus. Per eundem Dominum nostrum, etc. (1). » Sacrificium autem præstantiæ culmen attingit: est centrum amoris, totius rei catholicæ cor, quiddam veluti gluten quod creaturam per D. N. J. C. cum supremo Conditore devincit. c) Quando? α) in veterrima christiani nominis ætate; quum ad Leonem magnum qui Romana Sede præfuit ab an. 440 ad 461, nostra veritas pertingat. β) Pro magnis ærumnis depellendis: quandoquidem Leo IV Pontifex ut arceret basiliscum qui ex caverna erumpens, afflatu pestifero quamplurimos enecabat, magnoque Urbem afficiebat terrore, festo Assumptionis Octavam adiecit, ut Anastasius bibliothecarius qui eo tempore vixit, enarrat. γ) In tradendo catholicam ethnicis hominibus fidem, quemadmodum ann. 1150 Alexander III Iconii Sultano. Hujus cum fide catholica psychosomaticam Deiparentis Assumptionem tradidit. — Non erit abs re commonere Anastasium bibliothecarium, uti vidimus, plura RR. Pontificum hac de re prodidisse testimonia. Verum quale pondus sua nobis demonstrat auctoritas! Celeberrimus plane fuit sæculi IX scriptor, vita functus an. 882. Innumeras legationes cum imperantium RR. Pontificum magnis laudibus exercuit; in omnium sapientium ætatis suæ amicitiam se contulit, Photii præsertim in Oriente et Hincmari in Occidente. Doctissimus in sermone græcico, disciplinam orientalem ap-

(1) Cf. germanum sensum hujus loci, corporeæ Virginis Assumptioni faventem, I. Disquisitione nostra, L. parte, I articulo, I cap. de Romana Ecclesia.

prime callebat adeo, ut Acta Conciliorum œcumenicorum VI, VII, VIII ex græco in latinum transtulerit sermonem. A temporibus Nicolai I (an. 858) in vaticana Bibliotheca versatissimus fuit, unde nomen Bibliothecarii. Multum multa conscripsit, quæ inter eminent *Historia de vitis Pontificum* quæ ad Nicolaum I usque pertingit, quæque plures Pontifices recenset corpoream Virginis Assumptionem condecorantes. Eius Bartholomæus D'Avanzo summis eum laudibus effert in elucubratione inscripta: « Lettera ai « MM. RR. Professori della Facoltà « Teologica nel Seminario Apostolico « di Calvi — Il Papa Onorio e l'Infallibilità Pontificia. »

3. Ecclesie Romanæ traditio de corporea Virginis Assumptione valde probabiliter est apostolica et subapostolica, et a BB. apostolis Petro et Paulo, Virginis Mariæ transitus testibus, Romam delata. Hoc accipimus, ut alia silentio premamus, a S. Martyre Theodoro Studita, qui a Bellarmino in suo opere *De Scriptoribus ecclesiasticis* appellatur vir admirandus et potens opere ac sermone, de quo et Baronius copiose pertractat (2). Ille porro martyr: « Ast ipso die dormitionis immaculatæ Deiparæ, si contingat feria IV, vel VI, non utimur carne vel caseo, propter magnum tremendumque somnii hujus admirandum prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris Apostoli ut in sacris scriptis comperimus Clementis Ro-

(2) Tom. IX *Annalium*. — Pro cultu Sacrarum Imaginum et pro sana doctrina contra adulterium post exilia, post carceres, post innumera supplicia die II Nov., ann. 826 martyr occubuit.

*mani*, tres integros dies apud sepulcrum manserunt, donec a divo Angelo dere tota certiores facti sunt (1).» Celeber hic martyr appellabat ad ipsas perantiquas et subapostolicas Romæ traditiones, scripta videlicet Clementis Romani, qui, cum fuerit Apostolorum synchronus atque discipulus, asserendo præsentiam eorum ad Assumptionem Virginis, a quibus nisi ab Apostolorum principibus hanc historiam didicit? Ergo corporea Deiparentis Assumptio, præsentibus atque cernentibus Salvatoris discipulis, de apostolica Romanensis Ecclesiæ traditione videtur hauriri. Quin imo necessarium non esset apostolicos Patres in medium adducere, ut de apostolicitate doctrinæ constaret. Ita sæculo v<sup>o</sup> Patres Concilii ephesini tamquam ad testes irrefragabiles doctrinæ apostolicæ appellant ad Patres antecedentes decem, inter quos duo soli (Cyprianus et Felix Pontifex) sunt sæculi iii, reliqui omnes iv, vel etiam v. Consule Lirinensem n. 42. Et ita porro.

Hanc in rem tria in Apostolorum auctoritate consideranda sunt: a) quod revelationem a Christo vel a Spiritu sancto immediate susceperint, constitutique fuerint authentica organa novarum revelationum, quibus tota revelatio completeretur et consummaretur; b) quod fuerint instructi a Christo auctoritate pastorum, doctorum et custodum fidei singuli pro universa Ecclesia; c) quod omnibus in communi ac unitate cum Petro et sub Petro spectatis tamquam uni corpori

(1) Hæc verba reperiuntur inter testimonia sæc. ix et citantur a Tom. xcix Patrolog. Græc., edit. Migne.

episcopali concreditum sit munus patris custodiendi et docendi ac commissa fidei custodia pro universa Ecclesia. Labentibus proinde temporibus tanta fuit eorum auctoritas, ut, quoties aliquod doctrinæ caput ad fidem catholicam pertinere definitum est, id semper intellectum sit esse prorsus idem ac definitum, doctrinam illam revelatam ad nos pervenisse ab Apostolis sive in divina Scriptura, sive sine scripto Traditione. « De fide nequaquam dixerit (PP. Nicæni), *decretum est*, sed: *sic credit catholica Ecclesia*; ut declararent, non recentiore sed apostolicam esse suam sententiam (2). » Quare præclarissimum illud: « Id verum, quod prius; id prius, quod ab initio; id ab initio, quod ab Apostolis (3). » Quæ quum ita sint, potiori jure poterit Assumptionis veritas pontificio decreto præfiniri; eam namque tenuit, tradidit, docuitque collegium apostolicum charismate veritatis instructum.

4. Venit in subsidium Deiparentis assumptæ traditionis sacrum liturgicon. Id uberrime protulimus 1<sup>a</sup> Disquisitione, parte 1<sup>a</sup>. Nullus autem non videt, quantum valeant liturgica monumenta: hæc quum præsto sint, luculenter proclamant, quæ fuerint non unius sed omnium ecclesiarum, non unius sed omnium ætatum, non unius sed omnium locorum religiosæ sententiæ. Cum vero juxta D. Augustinum *modus precandi sit quoque credendi modus*; hinc factum est, ut argumentum e liturgicis fontibus pe-

(2) Athanas. de Synod., n. 6.

(3) Tertull. contra Marc. iv, cap. 5.

litum ad traditionis roborem confirmandum quam maximam vim habeat, et multam sibi venerationem conciliet. Immo Card. Pitra O. S. B. virtute ac doctrina præstantissimus affirmat, sacram liturgiam tanta penes theologos auctoritate pollere, ut alterum post divinas Scripturas locum obtineat (1). Quare liturgiis hæreseon monstra profligavit Ecclesia. Artemonem Christum verum Deum inficiantem liturgico documento damnatum tradit Eusebius (2); contra pelagianos et semipelagianos eadem usus est argumentatione magnus Augustinus (3). Nonne Hieronymo liturgia suppeditavit argumenta (4)? Jure proinde merito auctor Appendicis epistolæ Cælestini I ad Galliæ Sacrorum Antistites scripsit: « Legem credendi lex statuit supplicandi (5). » Ipse demum adversariorum in liturgiæ vim debacchantium furor id apprime demonstrat (6).

Pro Assumptione tamen Virginis Ecclesia meliores sacræ liturgiæ flores decarpsit, deprompsit. Ab antiquissimis usque temporibus illius festum celebrare consuevit cum vigilia, jejunio et Octava, quibus nec divinæ Maternitatis, nec Immaculatæ Conceptionis, nec alia B. Virginis festa potiuntur, licet objecta festorum alma pretiosa dogmata sint. Imo et illud animadvertimus non uno dumtaxat, sed pluribus diebus apud nonnullos Orientis populos ante dictum servari

(1) *Hymnograph. de l'Eglise Grecque, première partie* 1.

(2) Hist. Eccl. cap. xxviii.

(3) Epist. 217 alias 107 ad Vitalem.

(4) Cf. Bona cap. 1, 55, 3 cum eruditiss. adnot. Rob. Vola tom. 1.

(5) Apud Labbaum tom. iii, coll. 1616, cap. xi.

jejunium. Quod quidem jejunium a kalendis augusti ad xviii septembris kalendas sine intermissione producunt, uno dempto die viii idus augusti ob D. N. J. C. Transfigurationis memoriam, uti ex Bailletto liquet. Præterea: sæc. vii exeunte, Sergius Rom. Pontifex, ad fovendam christianorum pietatem et erga quosdam solemniores dies observantiam excitandam, decrevit, ut diebus Annuntiationis Domini, Nativitatis et Dormitionis sanctæ Dei Genitricis a sancto Adriano ad S. Mariam de populo litaniam sive processio haberetur (7). Et, ut alia id genus omittam, Reginonis Continuator scribit: « Mos est Romanorum festum Assumptionis Matris Domini inter universas anni festivitates præcipuo honore colere, speciali devotione honorare. Unde est, quod inter plura devoti animi sui erga præclaram Virginem signa, cereos maximos faciunt, quos in vigilia festivitatis accendunt. » Die vero xv augusti herbas floresque benedici consuevisse Guillelmus Durando memoriæ prodit (8).

Quum porro sacræ liturgiæ, si aptissime inter se cohæreant, viam decreto dogmatico sternant, ut ait Zaccharias (9); quanto magis corporea Deiparentis Assumptio quam liturgica documenta prope innumera necnon firmiora venustant, irretractabili poterit pontificio roborari consensu?

(6) Consule Le Brun: *Spiegazione delle Cerimonie della Messa*, tom. iii.

(7) Anast. biblioth. De Sergio I, pag. 184.

(8) Ad ann. 1130, lib. ii de Mir., cap. xxx.

(9) De Liturg. in rebus theol. usu, capp. iv, xxii, lv. — Perron. de Locis theol., part. ii, sect. ii, cap. 2, § 4.

5. Hanc ipsam de Assumpta Virgine traditionem summi tenuere Patres summique theologi quos in 1<sup>a</sup> Disquisitione nostra uberrime protulimus. Quatuor copulative postulantur, ut ecclesiasticus scriptor proprio sensu in numero Patrum computetur: a) requiritur, ut ejus scripta maximopere tueantur et illustrent catholicam doctrinam, licet aliquando non eruditionem magnam, verum simplicem orthodoxam fidem præseferant, ceu nonnulli Patres apostolici et apologetæ; b) nedum postulatur communio cum Ecclesia catholica, sed etiam vitæ sanctimonia: unde Patres sanctitate carentes minori auctoritate pollent, ita, ut cum aliis sanctis egregie dumtaxat adhiberi possint; c) isti characteres doctrinæ ac sanctitatis connectantur oportet cum *antiquitate*: usu valde communi div. Bernardus (defunctus 1153) postremus inter Patres censi solet; d) his accedit Ecclesiæ approbatio: neque solemne requiritur decretum, sed practicus sufficit, si ita loqui fas est, consensus.

Nunc per analysin contuere parumper quot quantisque memorata Virginis assumptæ traditio rutilet singularibus, irrefragabilibus, innumerabilibusque fulcita momentis. Præprimis micantissimo cælestis plane sapientiæ lumine fulgent Patres corpoream Deiparentis Assumptionem tradentes. Hanc docet uterque Gre-

(1) Melch. Canus *De Locis Theol. de Sanctor. Auct.*, lib. vii, cap. iii, concl. 5.

(2) *La Missione temporale dello Spirito santo, o la Ragione e la Rivelazione*, c. ii, p. 82, Torino 1878. — Præstat animadvertere, Bedam quem Assum-

gorius, Nazianzenus et Nyssenus, propter eminentem sapientiam ille *Primus Theologus*, iste *Pater Patrum* a VII Synodo Œcumenica nuncupatus. Hanc doctrinam tradit Ambrosius quem solum Augustinus opposuit hæreticis, nullum sapientem virum Ecclesiam habere circumlatrantibus; hanc tradit Bernardus, cujus omnigenam doctrinam Lutherus ipse maximo præconio laudavit. Et ita porro.

Insuper memorati PP. tanta sanctitate præditi sunt, ut istius micantissimos radios usquequaque porrexerint. Unde non Tatianus, sed D. Leo magnus; non Clemens alex., sed D. Gregorius magnus; non Tertullianus, sed D. Ambrosius; non Origenes, sed D. Jo. Chrysostomus; non Arnobius, sed D. Jo. Damascenus; non Lactantius, sed D. Petrus Damianus; non Rufinus, sed D. Bernardus psychosomaticam Deiparentis Assumptionem concorditer et identice tradiderunt. Quantum illos isti sanctitate vincunt, tantum illis isti auctoritate præcellunt. Quare Card. Henricus Eduardus Manning Archiepiscopus in Westminster: « Unanimis sanctorum vox in aliqua materia divinæ veritatis retineri jure merito potest ceu vox Spiritus sancti juxta regulam: *Consensus Sanctorum sensus Spiritus sancti est* (1). Et quamquam Christus nullam sanctis infallibilitatem sponderit, eorum tamen consensus voluntatem Spiritus sancti nimis aperte demonstrat (2). » — De horum PP.

ptioni faventem retulimus, inter sanctos a Manning (op. cit., pag. 73) recenseri, tametsi cognomento et usu dicatur *Venerabilis Presbyter*. Cf. RR. PP. LL. Puig et Xarrie O. P. Institut. Theol. t. i, pag. 286. Barcinone 1861.

vetustate quid dicam? maxima est: Clemens Romanus qui 1<sup>o</sup> sæculo claruit, quique synchronus Apostolis fuit, tradere Virginis Assumptionem coepit. — Notum præterea est, distinguere secundum numerum Evangelistarum quatuor magnos Patres atque Doctores Ecclesiæ inter cæteros eminentes, qui sunt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius M. in Ecclesia occidentali; Athanasius, Basilus, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus in Ecclesia orientali. Verum, istæ octo columnæ quibus Ecclesiæ catholicæ templum innititur, Assumptionem Virginis profitentur, licet in quempiam eorum plerique critici dubium verterint. Quare concludere cum Eduardo Manning possemus: *Hujusmodi sensus habent quatuor magni Doctores Ecclesiæ latinæ et græcæ*. (Op. cit. pag. 138).

Nec satis. Hæc in rem nostram deserit Joannes Bapt. Franzelin: « Generatim si Patres etiam pauciores quorum tum in vita, tum post obitum magna erat in Ecclesia Dei auctoritas (cf. Aug. cont. Jul. 1, I, n. 11, 29)... testentur de doctrina publice recepta et a majoribus tradita, sive verbis disertis sive modo tractandi id prodant; si hoc testimonium ferant iis in adjunctis, ut Doctores coævos vel certe subsequentes non potuerit latere, et receptum sit nemine contradicente, hujusmodi testimonium etiam pauciorum ita comparatum est, ut spectata œconomia, unitate et communione Ecclesiæ consensus custodum fidei ex eo legitime et certo inferatur. Ita S. Augustinus ex singulorum etiam Patrum asseverante modo loquendi,

ex auctoritate, fama, meritis quibus in Ecclesia clarebant, infert, id quod tamquam fidem christianam proponunt, non posse esse nisi ex regula fidei et communi professione depromptum, quia secus neque ipsi ita docuissent, nec ita docentes ab Ecclesia tanta celebritate fuissent recepti. Hac ratione appellat ad Cyprianum: « Vides quanta fiducia ex antiqua et indubitata fidei regula vir tantus ista loquatur. » De Peccator. merit. et remiss. lib. iii, n. 11 (1). Porro Virginis Assumptionem haud quidem pauciores, sed omnes ferme, majorique pollentes auctoritate, quasi cælitus afflati concordissime constantissimeque tradiderunt, eam pro aris focusque tuentes. Unius vel alterius auctoritatem retulisse sufficiat. Alexander II misit Petrum Damiani cardinalem in Galliam cum dignitate ac officio legati, qui Pontificis personam illic sustineret. His verbis legationem Petri Damiani qui multum nostræ sententiæ favit, aliquibus Galliarum episcopis Summus Pontifex significavit: « Quoniam pluribus ecclesiarum negotiis occupati ad vos ipsi venire non possumus, talem vobis virum destinare curavimus, quo nimirum post nos major in Ecclesia romana auctoritas non habetur, Petrum videlicet Damianum Ostiensem episcopum, qui nimirum est noster oculus, et Apostolicæ Sedis immobile firmamentum. » Delegatus hic erat a latere nuntius. In nostram sententiam pariter concessit Ambrosius « cujus, » inquit Augustinus, « pro fide catholica gratiam, constantiam, labores, pericula

(1) De Traditione Theol. xiv, n. 11.

sive operibus, sive sermonibus et ipse sum expertus, et mecum non dubitat orbis prædicare Romanus (1). » Negat Augustinus ipse Chrysostomum qui Virginis Assumptioni cohæret, potuisse in communi dogmate aliud sentire quam universam Ecclesiam, quia secus tanta gloria non emerit: « Absit, ut tu (Joannes) aliud sapires, et in ea (Ecclesia) tam præcipuus emereres (2). »

Ne multus denique sim, accedit traditioni huic non scriptæ traditio scripta (3), nempe sacra Scriptura. Quandoquidem agiographi Patres utriusque fœderis Assumptionem Virginis subobscurè tradiderunt. Confer nostræ 1<sup>æ</sup> Disquisitionis totam 2<sup>am</sup> partem, quam inscripsimus: *Biblia*.

Hiscæ præstitutis, decretum dogmaticum alterutra vel scripta vel non scripta traditione fulcitur, veluti præfati sumus. Cum autem veritas Assumptionis utriusque nitatur, huic disertis conceptisque verbis, illi oblique ac tratitio sensu, id causa princeps est, quamobrem poterit Ecclesia Virginis Assumptionem sacro dogmati provehere.

6. Hæc el. Franzelin: « Hoc autem examine rite instituto perspicuum fiet, doctrinam principum scholæ Lombardi, Halensis, S. Bonaventuræ et maxime S. Thomæ in sententiis

(1) Contr. Julian. I, n. 10.

(2) Ib. n. 22.

(3) Cum modus quo doctrina ad nos usque conservata et propagata est, possit esse varius, is nomine traditionis hac objectiva significatione per se non definitur: unde Patres aliquando vocant traditionem *scriptam* (in sac. Scripturis conservatam doctrinam) et *non scriptam*. Ita Clemens Alex. interpretationem seu intelligentiam profundiorum doctrinæ Scripturarum a majoribus

quidem constantibus ac communibus nonnisi compendium esse ac summam doctrinæ Patrum (4), et prædicationis ecclesiasticæ (5). » Verum hi magni scholæ principes, eorumdemque magno numero discipuli, nec non alii sapientia ac pietate nitentes theologi plurifariam Deiparentis Assumptionem illustrarunt. Eos recensere, quibus alibi dictum satis est, foret tempus inutiliter terere. Dumtaxat animadvertimus, ipsos scholasticos principes et alios majores theologos, quos inter plures *doctoris* nomine prælucentes, nostræ sententiæ plane congruere. Paulo alia est ratio *doctoris Ecclesiæ* quam *Patris Ecclesiæ*. Prærogativa *doctoris Ecclesiæ* non includit *antiquitatem*; sed supponit excellentiam et amplitudinem doctrinæ magis quam appellatio *Patris Ecclesiæ*. Ex hac diversitate patet, quomodo sancti nonnulli qui nequaquam computantur inter Patres, aut vicissim qui sine controversia semper inter Patres numerabantur, aliquando solemniter decreto a S. Sede *doctores Ecclesiæ* declarantur. Tales declarati sunt (et eos recensemus qui pro Virginis Assumptione steterint) D. Thomas a S. Pio V, D. Bonaventura a Xysto V, DD. Alphonsus Liguori et Franciscus Salesius a Pio IX; nec non inter Patres qui nostræ pariter sententiæ favorint,

acceptam appellat Traditionis *scriptæ* Traditionem *non scriptam* (Strom. VI, p. 679, ed. Paris 1841).

(4) Patres quos scholastici vetusti velut dares sequuntur et quorum imaginem exprimunt, sunt potissimum quidam Augustinus, Dionysius, Gregorius, Boethius, Damascenus; verum hos ipsos interpretantur, vel quandoque etiam eorum sensum temperant aut corrigunt secundum normam prædicationis ecclesiasticæ.

(5) De Traditione Theol. XVII, n. 3.

D. Bernardus a Pio VIII, D. Petrus Damiani a Leone XII, quatuor *Doctores* atque Patres majores in Ecclesia latina, quatuor majores Patres atque Doctores in Ecclesia græca, et alii plures. — Animadverto: Patres aut theologi habendi sunt cæteris graviores, si ex professo veritatem aliquam contra neologos viriliter propugnaverint, ut Athanasius, Basiliius, Gregorius nazianzenus, Hilarius, Augustinus pro mysterio Ss. Trinitatis contra arianos et semiarianos; Cyrillus alex., Leo magnus, Agatho, Sophronius pro mysterio incarnati Verbi contra nestorianos et monophysitas horumque surculos: Augustinus, Fulgentius pro gratia Dei contra pelagianos et eorum reliquias, etc. Jam vero inter nuperos theologos ad rem nostram cæteris graviores reputantur Nicolaus Billiadus et Jacobus Gaudinus, eo quod psychosomaticam Deiparentis Assumptionem contra Joannem Lanojum, Claudium July disertissimis monographiis intrepido Marte propugnaverint, illorumque petulantiam fregerint. Ex quibus novis et veteribus quæ pro Virginis Assumptione profert de thesauro suo Paterfamilias divinus, plane colligitur, in Ecclesia tamquam in vase bono esse depositum eximium fidei a Spiritu Dei semper juvenescens et juvenescere faciens ipsum vas. — Neque forte dicas, quempiam ex PP. aut ex DD. vocavisse Deiparam *nunc temporis mortuam*. Fatendum vel mendosum esse codicem, vel non intelligi quod scribitur

(1) V. Muratorium in *Notis ad Leg. Longob.*, etc. t. I, p. II, pag. 142. — Animadverto: Muratorium addit loc. cit.: *Ad cuius Fiscis similitudinem manus-*

(cf. Partem Polemicam prioris Disquisitionis), nisi dicere malis, *mortuam* per antiphrasin usurpari velut *immortalem*. Unde Fiscus in Medio-Evo dictitabatur *manus-mortua*, propterea quod, ut Muratorius observat: *Fiscus nunquam moritur*, quo sensu *manus* intelligitur *possessio*, et *mortua* per antiphrasin *immortalis* (1).

Quantum autem scholasticorum doctrinæ dogmaticam Virginis assumptæ definitionem juvare potuerint, luculenter patet. Inquit enim Card. Franzelin: « Ubi propositio et deductio aliqujus theologicæ doctrinæ in iisdem theologorum scriptis rata et unanimi sententia proponitur ut vera et legitima, ab ea sine nota temeritatis vel etiam erroris dissentire fas non est, quia talis consentiens auctoritas et per se est gravissima, et ab Ecclesia ipsa communis theologorum doctrina tum in Conciliis tum universim extra Concilia magni fit, et tamquam aliquod elementum præparationis ad solemnes definitiones consideratur (2). »

Insuper Ecclesia Dei hanc praxim habet, quam inviolabiliter observat; dum plures Doctores magni nominis circa materiam aliquam, quæ catholicam fidem nec promovet nec immunit, dissidentes videt, neutrius sententiam damnat, sed placita utriusque partis admittit, et quæstionem illam indecisam, ancipitem seu problematicam relinquit, ne forte una pars faciat veritatem quasi suam superbiendo de illa. Veritas enim, ut D. Augustinus ait, communis est: « Non est, » inquit,

*mortua deinde cæperunt appellari Ecclesiæ, Collegia, etc.*, secus ac ista *manus-mortuas* nunc temporis Gubernia vocitent. (2) Loc. nuper cit.

« mea, nec tua, non est ullius, nec illius: omnibus communis est (1). » Porro quoad Virginis Assumptionem minime scinduntur in duas partes theologi cum gravibus utrinque rationibus, sed uno pene consensu in eandem sententiam conspirant (2). Assumptionis proinde dogma, quum istud fideles ardenti voto conquirant, cumque toti Ecclesiae haud parvam creet utilitatem, de quo largiter infra, juxta piam laudabilemque Sedis Romanæ praxeos regulam sat diu retardari nequiret.

7. Inter Patres et scholasticos qui nostrae sententiae favent, innumeri prope sunt qui Episcopatus charismate gaudent. Hi pertinent ad testes praerogatos a Deo (3), et authentico testimonio pollent. Imo, si quando in aliqua ecclesia novitas doctrinae serpere coepisset, non solum debebant eam comprimere, verum et certiores reddere alios episcopos, et praepriis Romanum Antistitem, ut communi sententia error ubique damnaretur. Episcopi Aegypti contra monophysitam Timotheum Aelurum opem postulant Anatolii constantinopolitani episcopi, necnon Ecclesiae Romanæ Pontificis Leonis (4). Et ita porro. Neque caeteri qui Episcopatus munere carent, contemnendi sunt: quamquam enim testimonium non habeant authenticum, exhibent tamen testimonium sufficiens de ipsa Ecclesiae doctrina, ut si necessariae adsint conditiones, ex eis in cognitionem veniamus

(1) In Psalm. LXXV.

(2) Neque cith. A. A. vel minimas questiones moverunt, sed raram hac de re consensionem, ferme dixeris identitatem eos aperuisse deprehendimus.

sententiae authenticorum custodum et Ecclesiae totius. Quapropter Augustinus distinguit testimonium Hieronymi presbyteri a testimoniis episcoporum, illudque urget, quod Hieronymus eruditissimus optime nosset Ecclesiarum Occidentis et Orientis doctrinam. Post enumeratas unanimes episcoporum sententias, subdit: « Nec sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum putes... qui omnes vel pene omnes qui ante illum aliquid ex utraque parte orbis de doctrina ecclesiastica scripserunt, legit, nec aliam de hac re tenuit prompsitque sententiam (5). » Idipsum profer de scholis catholicis quae Virginis Assumptioni mordicus adhererunt, quaeque sub tutela erant et sub sollicita providentia Ecclesiae, nec non habebant consanguinitatem cum intellectu catholico ipsius Ecclesiae. Vetustiores omnes academiae, quae, ut in 4<sup>a</sup> nostra Disquisitione praecognovimus, pietissimam sententiam tuitae sunt, non nisi auctoritate Sedis Apostolicae putabantur legitima. Diplomate Pontificis erectae ac munitae, sub continua ipsius Sedis Apostolicae vigilantia constitutae, jus suum omne, sua privilegia, suam in docendo auctoritatem derivabant ab Ecclesia. Quare Concilia in doctrina declaranda et definienda scholarum doctores et academias in consilium adhibebant ita, ut communis earum doctrina tamquam praeparatio quaedam esset authenticae definitionis Pontificum et Conciliorum (6).

(3) Act. x, 41.

(4) Hard. tom. II, pag. 699.

(5) Contr. Julian, lib. I, n. 34.

(6) Confer e. g., Concilium Viennense in Cle-

His accedunt familiae religiosae quae dicuntur ab Eduardo Manning « *le quattro famiglie de' scrittori santi*, « e teologi, che, simili ai quattro « fiumi del Paradiso, irrigano la Chiesa « di Dio; cioè: i Benedettini, i Domenicani, i Francescani ed i Gesuiti. » (Op. supra cit. pag. 238). Hae quatuor familiae concorditer nostrae sententiae favent.

8. Hanc ipsam traditionem ostendunt privatae revelationes (1), historia haereseon atque sensus christianae plebis, motiva traditionis irrefragabilia, de quibus sermo generatim fuit. Totus proinde catholicus intellectus in hanc veritatem conspirat, eoque nomine traditio longe firmior evadit. Pleno igitur alveo fluit, Assumptionem Dei parentis objectiva (2) revelatio per universae traditionis organon traducta contineri, et hanc ob rem, veluti praefati sumus, esse definitu possibilem. Unde ratiocinari fas est cum Aloysio Vaccario episcopo Synopes in P. I. Coadjutore Tropiae et Nicoteræ: « Dogmatico decreto statui veritas potest quae divinae revelationis auctoritate fulcitur: atqui corporea beatæ Mariæ Dei Matris assumptio hujusmodi auctoritate divina munitur: dogmatico ergo decreto hæc veritas definitur potest (3). »

Nec satis; quum non ex fonte

ment. de Summa Trin. « Patres Conc. Viennensis opinionem illam, inquit, quae dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes, tamquam probabiliorum et doctorum modernorum theologiae magis consonam et concordem, fore a catholicis eligendam » (Melch. Canus de Locis lib. VIII, cap. 4, concl. 2).

(1) Revelationes quae factae sunt post Apostolos, non pertinent ad depositum fidei catholicae, quod Ecclesiae custodiendum, praedicandum, explican-

spurio vel alia quae innumera prope sunt, quaeque pietissimam sententiam adstruunt, veterrima monumenta consarcinata sint. Hæc monumenta non sunt opera antiquitatis scripta, verum res aliae, ex quibus in cognitionem ducimur idearum ac doctrinarum totius historiae veterum sive hominum singularium, sive maxime integræ societatis, uti picta, sculpta, architectonica in cryptis, sarcophagis, etc. Ob majorem insuper perspicuitatem, ut multiplicium difficultatum nubes propulsarentur, veritatem hanc polemicè discutiendam proposuimus, quemadmodum in 4<sup>a</sup> parte 1<sup>æ</sup> nostrae Disquisitionis praestitum jam pridem fuit.

Hiscæ prælibatis, summus Ecclesiae Primas veritatem Assumptionis firmiter poterit constanterque præfinire, quum in hac definitione quaelibet admissim requisita collineent.

### Caput III.

#### SCHOLION I.

Utrum Dei revelantis sen loquentis auctoritate veritas Assumptionis proprie vereque nitatur.

1. Animum dubitatio percutit: qui fieri potest, ut Virginis Assumptio nulla Dei loquentis auctoritate fulta pontificio valuerit sanciri decreto, quum dogmatica quævis definitio Dei revelantis sermone nitatur necesse

dumque commissum est. Ratio est, quia hujusmodi revelationes non ad universam Ecclesiam, sed ad privatos homines nulla legatione praeditos diriguntur (Cf. Benedictum XIV De Canonis, SS., lib. III, cap. 53, n. 8).

(2) H. e. in authenticis documentis monumentisque comprehensa.

(3) De corporea Deiparæ assumptione, cap. IX, art. XLV.

« mea, nec tua, non est ullius, nec illius: omnibus communis est (1). » Porro quoad Virginis Assumptionem minime scinduntur in duas partes theologi cum gravibus utrinque rationibus, sed uno pene consensu in eandem sententiam conspirant (2). Assumptionis proinde dogma, quum istud fideles ardenti voto conquirant, cumque toti Ecclesiae haud parvam creet utilitatem, de quo largiter infra, juxta piam laudabilemque Sedis Romanæ praxeos regulam sat diu retardari nequiret.

7. Inter Patres et scholasticos qui nostrae sententiae favent, innumeri prope sunt qui Episcopatus charismate gaudent. Hi pertinent ad testes praerogatos a Deo (3), et authentico testimonio pollent. Imo, si quando in aliqua ecclesia novitas doctrinae serpere coepisset, non solum debebant eam comprimere, verum et certiores reddere alios episcopos, et praepriis Romanum Antistitem, ut communi sententia error ubique damnaretur. Episcopi Aegypti contra monophysitam Timotheum Aelurum opem postulant Anatolii constantinopolitani episcopi, necnon Ecclesiae Romanæ Pontificis Leonis (4). Et ita porro. Neque caeteri qui Episcopatus munere carent, contemnendi sunt: quamquam enim testimonium non habeant authenticum, exhibent tamen testimonium sufficiens de ipsa Ecclesiae doctrina, ut si necessariae adsint conditiones, ex eis in cognitionem veniamus

(1) In Psalm. LXXV.

(2) Neque cith. A. A. vel minimas questiones moverunt, sed raram hac de re consensionem, ferme dixeris identitatem eos aperuisse deprehendimus.

sententiae authenticorum custodum et Ecclesiae totius. Quapropter Augustinus distinguit testimonium Hieronymi presbyteri a testimoniis episcoporum, illudque urget, quod Hieronymus eruditissimus optime nosset Ecclesiarum Occidentis et Orientis doctrinam. Post enumeratas unanimes episcoporum sententias, subdit: « Nec sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnendum putes... qui omnes vel pene omnes qui ante illum aliquid ex utraque parte orbis de doctrina ecclesiastica scripserunt, legit, nec aliam de hac re tenuit prompsitque sententiam (5). » Idipsum profer de scholis catholicis quae Virginis Assumptioni mordicus adhererunt, quaeque sub tutela erant et sub sollicita providentia Ecclesiae, nec non habebant consanguinitatem cum intellectu catholico ipsius Ecclesiae. Vetustiores omnes academiae, quae, ut in 4<sup>a</sup> nostra Disquisitione praecognovimus, pietissimam sententiam tuitae sunt, non nisi auctoritate Sedis Apostolicae putabantur legitima. Diplomate Pontificis erectae ac munitae, sub continua ipsius Sedis Apostolicae vigilantia constitutae, jus suum omne, sua privilegia, suam in docendo auctoritatem derivabant ab Ecclesia. Quare Concilia in doctrina declaranda et definienda scholarum doctores et academias in consilium adhibebant ita, ut communis earum doctrina tamquam praeparatio quaedam esset authenticae definitionis Pontificum et Conciliorum (6).

(3) Act. x, 41.

(4) Hard. tom. II, pag. 699.

(5) Contr. Julian, lib. I, n. 34.

(6) Confer e. g., Concilium Viennense in Cle-

His accedunt familiae religiosae quae dicuntur ab Eduardo Manning « *le quattro famiglie de' scrittori santi*, « e teologi, che, simili ai quattro « fiumi del Paradiso, irrigano la Chiesa « di Dio; cioè: i Benedettini, i Domenicani, i Francescani ed i Gesuiti. » (Op. supra cit. pag. 238). Hae quatuor familiae concorditer nostrae sententiae favent.

8. Hanc ipsam traditionem ostendunt privatae revelationes (1), historia haereseon atque sensus christianae plebis, motiva traditionis irrefragabilia, de quibus sermo generatim fuit. Totus proinde catholicus intellectus in hanc veritatem conspirat, eoque nomine traditio longe firmior evadit. Pleno igitur alveo fluit, Assumptionem Dei parentis objectiva (2) revelatio per universae traditionis organon traducta contineri, et hanc ob rem, veluti praefati sumus, esse definitu possibilem. Unde ratiocinari fas est cum Aloysio Vaccario episcopo Synopes in P. I. Coadjutore Tropiae et Nicoteræ: « Dogmatico decreto statui veritas potest quae divinae revelationis auctoritate fulcitur: atqui corporea beatæ Mariae Dei Matris assumptio hujusmodi auctoritate divina munitur: dogmatico ergo decreto hæc veritas definiti potest (3). »

Nec satis; quum non ex fonte

ment. de Summa Trin. « Patres Conc. Viennensis opinionem illam, inquit, quae dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam et virtutes, tamquam probabiliorum et doctorum modernorum theologiae magis consonam et concordem, fore a catholicis eligendam » (Melch. Canus de Locis lib. VIII, cap. 4, concl. 2).

(1) Revelationes quae factae sunt post Apostolos, non pertinent ad depositum fidei catholicae, quod Ecclesiae custodiendum, praedicandum, explican-

spurio vel alia quae innumera prope sunt, quaeque pietissimam sententiam adstruunt, veterrima monumenta consarcinata sint. Hæc monumenta non sunt opera antiquitatis scripta, verum res aliae, ex quibus in cognitionem ducimur idearum ac doctrinarum totius historiae veterum sive hominum singularium, sive maxime integræ societatis, uti picta, sculpta, architectonica in cryptis, sarcophagis, etc. Ob majorem insuper perspicuitatem, ut multiplicium difficultatum nubes propulsarentur, veritatem hanc polemicè discutiendam proposuimus, quemadmodum in 4<sup>a</sup> parte 1<sup>æ</sup> nostrae Disquisitionis praestitum jam pridem fuit.

Hisce praelibatis, summus Ecclesiae Primas veritatem Assumptionis firmiter poterit constanterque praefinire, quum in hac definitione quaelibet admissim requisita collineent.

### Caput III.

#### SCHOLION I.

Utrum Dei revelantis sen loquentis auctoritate veritas Assumptionis proprie vereque nitatur.

1. Animum dubitatio percutit: qui fieri potest, ut Virginis Assumptio nulla Dei loquentis auctoritate fulta pontificio valuerit sanciri decreto, quum dogmatica quævis definitio Dei revelantis sermone nitatur necesse

dumque commissum est. Ratio est, quia hujusmodi revelationes non ad universam Ecclesiam, sed ad privatos homines nulla legatione praeditos diriguntur (Cf. Benedictum XIV De Canonis. SS., lib. III, cap. 53, n. 8).

(2) H. e. in authenticis documentis monumentisque comprehensa.

(3) De corporea Deiparæ assumptione, cap. IX, art. XLV.

sit? Apostoli hac in re quod propriis contuiti sunt oculis, solummodo tradiderunt.

Difficultatem hanc quam peropportunam duximus proponendam, haud quidem primo intuitu contemplabilem, sic facile diluendam putamus. Ulro libenterque fatemur, Dei revelantis auctoritate debere dogmaticam definitionem niti. Quare Franzelin: « Assensus in veritatem revelatam innititur veritati alteri præcognitæ. Hæc autem est duplex: a) quod Deus est infallibilis in cognoscendo et in revelando (infinita scientia et veracitas, quæ ut infinita majestas et dignitas cui debeatur assensus, appellatur uno verbo *auctoritas Dei*); et b) quod Deus hanc veritatem credendam e. g. Trinitatem personarum revelavit. Utrumque complexum dicitur et est *auctoritas Dei revelantis*. Hæc igitur *auctoritas Dei revelantis* est ratio, propter quam creditur, seu est *objectum formale fidei divinæ* (1) » Definitio S. Concilii Vaticani lucida sat est: « Si quis dixerit, fidem divinam a naturali de Deo et rebus moralibus scientia non distingui, ac propterea ad fidem divinam non requiri, ut *revelata veritas propter auctoritatem Dei revelantis credatur*; anathema sit (2). » Nil isto vero verius: sed nil ista falsitate falsius, nullo scilicet divino fundamento veritatem Assumptionis inniti.

Quandoquidem Christus post suam Resurrectionem, quum per 40 dies

(1) De habitudine rationis humane ad divinam fidem, cap. iv, n. 2.

(2) Conc. Vatic., Sess. III, c. 3, et de Fide, can. 2.

(3) Instit. theol., t. 1, de loco a traditionib., § 3.

apparens discipulis suis alloquebatur eos *de Regno Dei*, de Ecclesia scilicet ædificanda et administranda, revelare potuit Assumptionem, quantumvis longum post tempus evenit. Quemadmodum enim Spiritus veritatis per Apocalypsin Joannis potuit quamplures in Ecclesia casus aperire futuros; ita Christus qui veritas ipsa proprio ore vocatur, futuram discipulis suis aperire potuit Assumptionem. Idque magis atque magis confirmatur ex eo quod in una theologi coeunt sententia, perpetuam Deiparæ virginitatem fuisse divinitus revelatam, hæc quamquam veritas in morte Deiparentis totum receperit complementum. Consule FR. Narcissum Puig et FR. Franciscum Xarrie (3).

2. Tamquam fundamentum supponimus, non totam divinam revelationem N. T. ab ipso Christo visibiliter in terris versante, sed a Spiritu demum sancto esse absolutam non modo suggerente omnia, quæcumque dixerat Christus, sed etiam docente omnem veritatem (revelandam), quam Apostoli prius nondum potuerant portare, quæque ventura sunt annuntiante Joanne (4). Unde Concilium quoque tridentinum admittit « Traditiones vel *oretenus a Christo*, vel *a Spiritu sancto dictatas*, et continua successione in Ecclesia catholica conservatas (5) » Vide Stapleton (6). Canus hæc Christi verba premens: *Ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quæcumque dixerero vobis* (7), ait: « Alias etiam

(4) Cap. xiv, 26; cap. xvi, 12 seqq.

(5) Sess. IV.

(6) Controv. lib. XII, cap. 9.

(7) Joan. XIII, 19.

oblita suggeret, alias autem etiam vestris auribus audita suggeret, quæ alias naturaliter sponteque sua in mentem venire poterant, ea quoque suggeret, non supernaturalia modo, sed et naturalia suggeret, et quæ alias humano modo scribentur (1). » Porro Spiritus sanctus revelare potuit Assumptionis factum, cæteroquin historicum et mentis captum non excedens. Nec obstat quominus aliquid venturum annuntiaverit; Christus enim inquit de Spiritu sancto: *Quæ ventura sunt annuntiabit vobis* (2). — Spiritus quoque sanctus post Assumptionem revelare potuit Assumptionem. Quemadmodum in eis itidem temporibus quamplurimas edocuit veritates, quas Apostoli nobis reliquere conscriptas; sic alias quoque potuit edocere veritates, et has nobis Apostoli quas inter Assumptio, vivo sermone tradiderunt. Assumptionem B. Joannes divinitus agnovit, quando typicam arcam conspexit in cælo: *Et apertum est templum Dei in cælo, et visa est arca testamenti ejus in templo ejus* (3). Ecquis impedit quominus in arca ista quam in templo Dei Joannes vidit, assumptam in anima et corpore Virginem Mariam agnoscamus? Nostræ sententiæ suffragatur S. Ildephonsus: « Templum autem Dei, » inquit, « Ecclesia, sicut Joannes testatur in sua Apocalypsi: *Et apertum est templum Dei in cælo, et arca testamenti Dei visa est*. Quæ profecto arca non illa Moysi fabricata, sed B. V. M. est, quæ hinc jam transposita erat, quam B. Joannes evangelista testis veritatis, cui com-

(1) De Loc. theol., cap. xviii, resp. ad 1.

(2) Joan. xvi, 13.

(3) Apoc. xi, 19.

missa est, forte recognoscens venerabiliter affatur, quia in cælo visa est (4). »

3. At rem acui tangemus, si forte dicamus, collegium apostolicum in ipso Assumptionis die hac de re fuisse divinitus illustratum. Enim vero si Apostoli qui passim toto in orbe ad prædicandum evangelium dispersi erant, Jerosolymam divino imperio ab angelis, ut pervetusta traditio fert, delati convenerant, quod S. Mellitus affirmat, se accepisse ab ore D. Joannis evangelistæ (5), putandum rationabiliter est, quod ipsemet divinus Pneuma gloriosam Apostolis revelare debuerit Assumptionem.

Sed dicet fortasse quispiam: difficultas quæ sub initio capituli proponitur, mire confirmatur a canone quem communiter theologi præbent ad perspicue discernendum an traditio sit *pure apostolica* vel *apostolico-divina* seu *dominica*: si videlicet ejus initium Ascensionem Christi ad cælica regna supponat, liquido constat, eam fuisse ab Apostolis ut Ecclesiæ pastoribus traductam, et ideo *pure apostolicam* retinendam esse, ut institutio Quadragesimæ, Quatuor Temporum et cætera hujusmodi. Sin autem, traditio *apostolico-divina* seu *dominica* censeatur, qualis est illa de parvulis etiam ante rationis usum baptizandis, de non rebaptizandis hæreticis, aliaque id genus innumera. Quam ob rem Virginis Assumptio quæ post Ascensionem contigit, ideoque *pure apostolica* ejus traditio dicenda est, ad dogmaticam definitionem evehi nul-

(4) Serm. I de Assumpt.

(5) Serm. de Assumpt.



latenus potest. — Merito tamen reponitur; cum alia præsto regula sit, ut traditio *pure apostolica* a traditione *apostolico-divina* seu *dominica* discriminetur. Si scilicet ejus objectum mutabile vel saltem Ecclesiæ auctoritate dispensabile sit, *pure apostolica*; sin autem minus, *apostolico-divina* seu *dominica* censenda est. Divinæ namque traditionis objectum nulla prorsus dispensare valebit auctoritas. Porro, si Virginis Assumptio *pure apostolica* traditio foret juxta priorem canonem, juxta posteriorem mutari ab Ecclesia posset ejus objectum, quod implicat; Assumptionis namque mirabile factum uno eodemque tempore verum nobis et non verum præberetur assertum. Posterior igitur regula vim infert, ut aliquam pro assumpta Virgine patiatur exceptionem.

4. Hoc mirifice confirmatur ab auctoritate Ecclesiæ conservantis et explicantis depositum fidei. Hunc enim canonem statuit Joannes Bapt. Franzelin: « Pro discretione Traditionis *divino-apostolicæ* et *mere apostolicæ* fere sola norma eaque tutissima suppetit sensus, praxis et (ubi extat) judicium ipsius Ecclesiæ (1). » Vide Bellarm. (2), Wirceburgens. (3). In Assumptionem autem divinitus revelatam mirabiliter inclinat Ecclesiæ sensus. Innumerabilia vota sunt quæ, ut clarius infra patebit, viri perillustres ad vaticanam Synodum ardenti prece submiserunt, ut Assumptionis veritas irreformabiliter, irtractabiliter, incommutabiliter præfinita cele-

(1) De Traditione Thes. I, n. 3.

(2) De Verbo Dei lib. IV, cap. 9.

(3) De Traditione, art. 3.

braretur. Qualiter autem isthæc veritas sublimari catholico dogmati posset, nisi superioris ordinis traditione, divina scilicet auctoritate revelante niteretur? Alexander III an. 1150 in fide Sultanum Iconii suis rescriptis instituens, cum aliis articulis fidei corpoream Virginis Assumptionem copulat: « Maria concepit sine pudore, peperit sine dolore, et hinc *migravit sine corruptione*, juxta verbum Angeli, immo Dei per Angelum, ut plena non semiplena gratiæ esse probaretur.... A prædictis igitur christianæ fidei capitibus venerabile surgit in celsa culmina fundamentum. Hæc est Catholicæ religionis scala (4). » Infideli principi catholicæ Ecclesiæ doctor, magister ac præsul in hanc rescripsit sententiam. Quid melius? Non ut dogma nostram *ex cathedra* veritatem constituit, sed hujus divinam revelationem innuit, cum aliis eam revelatis articulis fidei miscens. Unde Vaccarius: « Hoc efficit ut fideles omnes maximo horrore non propter traditionem, sed propter honorem Mariæ temeritatem respuant illorum qui nunc etiam aliquam suspicionem innuere vellent circa hoc maximum ejus privilegium. Hic ergo sensus habet suam radicem in fidem, et ideo facillime oraculo infallibili Ecclesiæ vel Sedis Apostolicæ dare locum posset (5). » Est hic divinus tamquam sorites: salutifera professio et invocatio, fides, auditus fidei, prædicatio, divina missio Apostolorum eorumque successorum, denique verbum Christi re-

(4) Epist. xxxii, Labbei tom. XXI, pag. 898, edit. Mansi.

(5) De corporea Deiparæ Assumpt. c. IX, a. 2.

velatum (1). Quod ad hanc aliam rationem nobis viam quodammodo pandit.

5. Canon S. Vincentii Lirinensis quo doctrinæ catholicæ atque divinitus revelatæ characteres assignantur, hic est: « In ipsa item catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod *ubique*, quod *semper*, quod *ab omnibus* creditum est. Hoc est etenim vere proprieque catholicum.... Sed hoc ita demum fiet, si sequamur *universitatem*, *antiquitatem*, *consensionem* (2). » Regulam hanc Vincentianam cl. Franzelin perpendens, ait: « Ergo sine dubio talis consensus *antiquitatis*, et splendidissime consensus universalis omnium ætatum demonstrat Traditionem divinam (th. XIV, XV). Quod ergo *ubique*, *semper*, *ab omnibus* creditum est, non potest non esse revelatum et divinitus traditum (3). » Quare, licet Assumptionis *universitas*, *antiquitas* et *consensio* catholicum dogma certo veroque divinitus revelatum non constituat, quum minima pars veterum scriptorum et vix particula quædam Ecclesiæ (parisiensis) leviter ac parumper obstiterint; nihilo tamen secius, propter *universitatis* et *antiquitatis* illa de re *consensionem*, magnum et irrefragabile suppedatur divinæ traditionis argumentum. Virginis enim Assumptionem raro consensu tenuit ac porro tenet, docuit ac porro docet totus in orbe terrarum mundus, antiquitas absoluta seu apostolicitas, Dei revelantis nomine loquens.

(1) Tanquam argumentum princeps, contra quod nulla valeret exceptio, ad doctrinam revelatam demonstrandam, semper valuit illud: « Sic credit quæ sub celo est, catholica Ecclesia. » Conc. Antioch. contr. Paul. Samosat.; Concil. Nicæn.

6. Ex præpositis tamquam corollarium deducitur, magnum interesse discrimen Canonizationem inter sanctorum et dogmaticam assumptæ Virginis definitionem. Infallibilitas enim qua per divinam Providentiam donatur Ecclesia in Canonizatione sanctorum, ad tantum certitudinis gradum non pergit, ad quam tantummodo pertingit Ecclesiæ infallibilitas quoad res in fidei deposito contentas, quas inter Assumptio, ut nuper demonstravimus: hæc est certa certitudine fidei; non autem infallibilitas qua per divinam Providentiam præservatur, ne in Canonizatione sanctorum in aliquem labatur errorem. Aliud est Spiritum sanctum adesse cuiquam, ne loquendo erret; aliud illi, quid proloqui debeat, revelare. Superest igitur dicendum, hanc Ecclesiæ infallibilitatem circa Canonizationem sanctorum certam esse, non quidem certitudine fidei, qua gaudere posset Assumptio, nec etiam pure humana; sed ea quæ medium inter utramque tenet, nimirum certitudine, quam vocant *ecclesiasticam*. Definitio pro Virginis Assumptione *directa* vocaretur et esset, non secus ac definitio pro Immaculato Conceptu; illa vero pro Canonizatione sanctorum *indirecta*, prout speciminis gratia: « Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia; vel in iis constituendis errasse, anathema sit (4). » Præterea: qui Virginis assumptæ dogmati contraire præsumeret, *hæretica*

in fide Symboli. Confer Athanas. de Synodis, num. 5.

(2) Commonit. n. 3.

(3) Loc. superius cit., Th. XXIV, n. 1.

(4) Conc. Trident., Sess. XXIV, can. IV.

labe pollutus censeretur; qui vero Canonizationi sanctorum obstaret, nota sapientis hæresim novatorum qui derident Canonizationes cultumque generatis sanctorum, tantummodo multaretur: prius enim fidem supernaturalem seu *immediate divinam*, posterius fidem ecclesiasticam seu *mediate divinam* (1) negligeret. Huc non obstat distinctio post Hunnium et Georgium Callixtum a protestantibus invecata inter articulos *fundamentales* quos oportet omnino credere, ac *non fundamentales* seu *ἀδιαφοροῦς*, quos ad libitum est credere. Ratio propter quam creditur et qua constituitur *objectum formale fidei*, in omnibus veritatibus revelatis una est, auctoritas scilicet Dei loquentis seu revelantis; non autem ratio credendi repetitur ex majori veritatis creditæ dignitate: hoc enim pertinet ad proprietates objecti materialis seu rei *quæ creditur*, non ad motivum ac rationem *propter quam creditur*.

#### Caput IV.

##### SCHOLION II.

Utrum Virginis Assumptio, quacum nec omnes mathematicæ traditionis testes congruunt, quamque nec uspiam sac. Biblia diserte proclamant, constabiliri dogmaticæ queat, an secus.

1. Dicet fortasse quispiam: ad definitionem dogmaticam pronuntiandam requiritur omnino, ut definienda propositio vel expresse contineatur in alterutro Dei verbo, aut ab hisce saltem fontibus per consequentiam certam, necessariam et evidentem, et

(1) Distinctionem hanc nuper invenit E. mus Franzelin loc. supra cit., et pag. 124 edit. Rom.

(2) Ut intelligas quid sibi velit, quidpiam ex-

nedum evidentia *logica* vel *ratiocinativa*, verum et *physica* aut *metaphysica* quæ in ipso consequente fulgeat. Id autem in Assumptionis veritate fateri nemo poterit.

Non ita se res habet. Unde quæstioni paucis atque perspicuis verbis, nisi nos fallat opinio, cautim satisfacere posse arbitramur. Ad alicujus articuli definitionem minime requiritur, ut hic in Dei verbo scripto aut tradito *expresse* (2) contineatur; verum sufficit, ut in illo tamquam obvolutus saltem delitescat atque adumbratim significatus, seu, prouti scholæ loquuntur, *implicite* reperiatur; nec item, ut illius nexus cum divino sermone luceat evidentia *physica* vel *metaphysica*, necessario postulatur. Siquidem evidentia quoque *moralis* veram illationis necessitatem gignit, immo et metaphysicæ ipsi evidentie quandoque propemodum æquipollet. Certitudinem moralem interdum vi certitudinis metaphysicæ gaudere Gerdilius (3), aliique non immerito docuerunt; quia, cum homines ingenio, moribus, opinionibusque dissidentes nequeant in unum idemque conspirare mendacium, illorum consensio esset effectus sine causa, quod impossibile metaphysicæ prorsus est, nisi firma veritate niteretur.

Deinde, si aliter res foret, minus in Ecclesia judicis controversiarum necessitas appareret. Nam, si eos excipias qui destinato animo ea pariter ipsa dedignantur, de quibus liquido constat, omnes alii sapienti pietate

preste, h. e., *explicite* vel *implicite* contineri, retrospice caput i hujusce Disquisitionis, n. 1.

(3) *Saggio d'istr. teolog., Della Storia umana.*

fulgentes aut sano dumtaxat judicio præditi ea lubenter admittunt, quin ullam paulisper controversiam moveant. Ad hæc, nimis inde coarctaretur supremi illius magisterii munus quod Christus Ecclesiæ suæ concredidit, et quo ipsa de controversiis quibuslibet judicare poterit, easque dirimere. Christus enim non solum Ecclesiam *testem* instituit veritatum quas ipse de cælo retulit, sed eam præterea dedit uti *magistram* et *judicem*. Aperta sunt divina Redemptoris eloquia: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* (1). *Qui vos audit, me audit* (2), et alia similiter loca parallela.

Insuper, sæpe Christus Spiritum veritatis jugiter adesse spondit iis omnibus constituendis quæ fidem ac mores attingunt, quin hoc ad ea coangustetur quæ disertis verbis patefecit Deus aut ad ea tantum quæ *physica* vel *metaphysica* evidentia cum iis connectuntur. *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcumque dixerit vobis* (3), cum aliis parallelis. Hunc enim ipsum jam vocaverat Christus ibidem *Spiritum veritatis, ut maneat vobiscum, inquit, in æternum*. Suis item discipulis dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* (4). Ejusmodi prope sunt quæ Matthæi ultimo leguntur: *Ecce ego vobiscum* (docentibus) *sum omnibus diebus usque ad consumma-*

(1) Matth. xviii, 17.

(2) Luc. x, 16.

(3) Joan. xiv, 26.

*tionem sæculi*. Quare summus plene theologus Franzelin: « Possunt definiri quæstiones etiam intra fines Ecclesiæ hactenus dubiæ et controversæ (5). »

2. Quæ ex ipsis rerum naturis et velut *a priori* demonstravimus, mirifice confirmantur *a posteriori*, factis scilicet patentibus, quibus tota componitur historia dogmatum. Ecclesia identidem dogmaticas edidit definitiones evidenti nexu destitutas ac integra traditione carentes. Et, ut cætera prætermittam, de libris *deuterocanonicis* traditio pluribus in ecclesiis incerta et subobscura permansit. Atamen tridentini PP. decreto dogmatico totam dirempere controversiam, licet ante definitionem plerique catholici DD. in dubium eos libros venterint. Hoc mirifice confirmat summus Ecclesiæ Magister Gregorius M. in epistola *Ad universos regni Childberti episcopos*. Ille totum in rem nostram sese convertit: « Si quam vero contentionem, quod longe faciat divina potentia, de fidei causa evenire contigerit; aut negotium emerit, cujus vehemens sit fortasse dubietas, et pro sua magnitudine judicio Sedis apostolicæ indigeat; examinata diligentius veritate, relatione sua (episcopus arelatensis) ad nostram studeat perducere notionem; quatenus a nobis valeat congrua sine dubia sententia terminari. » Quid hac re luculentius?

Imo, Scripturis, Patribus, aliisque monumentis plane silentibus, quod est admodum difficile, traditio Ro-

(4) Ib. xvi, 12-13.

(5) De Tradit. thes. xii, scholion 1.

manæ Ecclesiæ sufficeret. Non enim censendum est, tunc primum aliquam cœpisse doctrinam in Ecclesia invalescere, cum monumentorum ope, quacumque de re sint, ea nobis innoscit. Et hoc nisi per absurda et erronea dilaberemur. Id autem causæ est quare traditio ab ejusdem traditionis instrumentis seu vehiculis aptissime distinguatur: nam optime divina existere traditio potest, quin instrumenta quibus ea ad nos deducitur, singillatim nota sint atque perspecta. Quod non est difficile atque operosum exemplis ab historia dogmatum petitis illustrare. Quantum de anabaptismo Cyprianum inter et Stephanum controversia ferbuerit, cunctis perspicuum est. Nihil de eo Scriptura loquebatur, africana traditio refragabatur. Quid inde? Stephanus Romanæ Ecclesiæ traditionem et consuetudinem opposuit, et causa finita est. Præterea: nonnulli PP. atque DD. circa visionem beatificam, quæ proxime a morte animabus plenissime purgatis obveniat, contrarium sensisse visi sunt. In tanta discrepantia Joannes XXII hanc voluit quæstionem solvere. Sed re non definita, decessit. Qualiter autem definiri poterat, si PP. et DD. in varias abierint sententias, magnamque præsetulerint liturgiæ difficultatem? Nil obstat. His omnibus juge Rom. Ecclesiæ magisterium succurrit. Et ita porro.

3. Per synthesin ex præcedentibus

(1) In hanc rem Gaspar De Luise: « La Chiesa non ha imposta questa credenza come un articolo di fede ancora. Essa contentasi d'incoraggiarla e di mostrarsi che l'aggrada.... Ma su quale fondamento si appoggia? Noi risponderemo: sulla oscura rivelazione sinora; come ri-

colligitur, posse veritatem Assumptionis dogmaticæ præfiniri, quamquam cum ea non omnes mathematicæ traditionis testes consenserint, nec uspiam sac. Biblia eam diserte proclamant (1). Nil autem impedit quominus corporea Deiparentis Assumptio in praxi tantummodo detinebatur antiquitus, et posthac volentibus temporibus illa super re magna ferbuerit controversia quam præsertim Lutetiæ Joannes Launojus et Claudius Joly excitaverunt. Triplex enim stadium in catholicis plerumque veritatibus distinguunt SS. PP., quos inter Augustinus (2). « Nolite ergo, » inquit, « nobis auctoritatem objicere Cypriani ad baptismi repetitionem.... Nondum enim erat diligenter illa baptismi quæstio pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia in ipsis quoque schismaticis et hæreticis corrigere quod pravum est, non iterare quod datum est. » Habes primum stadium, ubi, nulla orta controversia, traditio est in consuetudine ac praxi magis quam in diserta et instanti prædicatione. Sequitur descriptio secundi stadii apud Augustinum: « Hanc ergo saluberrimam consuetudinem per Agrippinum prædecessorem suum dicit S. Cyprianus quasi cœpisse corrigi... Irruente itaque tam magna quæstione, cum... difficile ratio redderetur, et præcederet auctoritas Agrippini et nonnullorum, qui ei consenserant... irruerunt in oculos animæ verisimiles rationes et intercluserunt iter pervestigandæ veritatis. » Vides in hoc secundo statu quæstionis motas controversias et inductam aliquam obscuritatem. Sed audiat rei exitus: « Postea tamen, dum inter multos ex utraque parte tractatur et quæritur, non solum inventa est (veritas), sed etiam ad plenarii Concilii auctoritatem roborque perducta, post Cypriani quidem passionem (anno 258), sed antequam nos nati essemus (anno 353). » Est hic ultimus status quæstionis eliquatæ, cui quia repugnabant donatistæ, schismatici erant et hæretici. Quare Virginis Assumptio, licet per temporis particulam aliquo in loco refriguerit tenuemque passa sit obscuritatem; nunc tamen magna fruitur luce, sic, ut deinceps in meridianum potuerit sacri dogmatis nitorem extolli.

« sposero i teologi circa la verità dell'immacolato concepimento di Maria pria di essere definito come dogma. » (L'Assunzione di Maria trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo, pag. 102, ediz. di Torino).

(2) De Baptism. cc. 12-14.

dubiumque permanet. Primum longiori examine ac discussione non indiget ad dogmaticam definitionem edendam, et secundum aut œcumenicæ Synodi aut solemnem alterius inquisitionis necessitatem requirit.

Porro, Virginis Assumptionem, eo quod duas memoratas imbibat conditiones, proxime definitu possibilem autumamus. Certitudo duplex est: *objectiva* et *subjectiva*. Prior est ipsa rei veritas iis manifestata rationibus, quæ postulent firmum assensum; seu aliis verbis: est dignitas rationum firmum assensum postulans. Unde *certitudo subjectiva* erit firmitas assensus respondens objectivæ dignitati rationum quibus veritas menti manifestatur. Dignitas rationum postulans assensum intellectus habet suos gradus superiores et inferiores. His prælibatis, æquo certitudinis gradu præpollet veritas Assumptionis? sat magno, sat claro, sat miro. Alioquin eam minime potuisset jam pridem Ecclesia Romana multiplici ratione profiteri, quum huic ipsi Virginis privilegio quotannis recolendo ac celebrando cultum, in toto penitus orbe festum, vigiliam, missam, officium, et octavam condiderit. Alioquin veritatem hanc minime fateretur Ecclesia cujus principium in cælis est, quare jure meritoque nuncupatur *regnum cælorum*, sive missalibus, sive euchologiis, sive menologiis, aliisque id genus innumeris veteribus monumentis, præsertim liturgicis quibus Ecclesia vivit, evolvitur et operatur, quasque naturæ terminos supergreditur et seipsam transcendit. Alioquin Patrum, Doctorum, ecclesiasticorumque scripto-

## ORATIO II.

### Caput I.

Corporea divine Matris Assumptio proxime definibile veritatis objectum pandit, quum ad maximum gradum ejus certitudo pertingat, eamque dogmaticæ præfiniendam Ecclesiæ hierarchicus ordo conquirat.

1. Illud apud theologos *proxime definibile* vocatur et est quod nullum vel pene nullum oppositi discrimen involvens, omnimoda certitudine claret, necnon ardens recipit Ecclesiæ votum, ut quamprimum ad catholicum dogma sublimetur. Illud autem *remote definibile* nuncupatur et est quod nondum satis ad liquidum monumentorum ope vel auxilio exploratum adhuc incertum obscurum,

manæ Ecclesiæ sufficeret. Non enim censendum est, tunc primum aliquam cœpisse doctrinam in Ecclesia invalescere, cum monumentorum ope, quacumque de re sint, ea nobis innoscit. Et hoc nisi per absurda et erronea dilaberemur. Id autem causæ est quare traditio ab ejusdem traditionis instrumentis seu vehiculis aptissime distinguatur: nam optime divina existere traditio potest, quin instrumenta quibus ea ad nos deducitur, singillatim nota sint atque perspecta. Quod non est difficile atque operosum exemplis ab historia dogmatum petitis illustrare. Quantum de anabaptismo Cyprianum inter et Stephanum controversia ferbuerit, cunctis perspicuum est. Nihil de eo Scriptura loquebatur, africana traditio refragabatur. Quid inde? Stephanus Romanæ Ecclesiæ traditionem et consuetudinem opposuit, et causa finita est. Præterea: nonnulli PP. atque DD. circa visionem beatificam, quæ proxime a morte animabus plenissime purgatis obveniat, contrarium sensisse visi sunt. In tanta discrepantia Joannes XXII hanc voluit quæstionem solvere. Sed re non definita, decessit. Qualiter autem definiri poterat, si PP. et DD. in varias abierint sententias, magnamque præsetulerint liturgiæ difficultatem? Nil obstat. His omnibus juge Rom. Ecclesiæ magisterium succurrit. Et ita porro.

### 3. Per synthesin ex præcedentibus

(1) In hanc rem Gaspar De Luise: « La Chiesa non ha imposta questa credenza come un articolo di fede ancora. Essa contentasi d'incoraggiarla e di mostrarsi che l'aggrada.... Ma su quale fondamento si appoggia? Noi risponderemo: sulla oscura rivelazione sinora; come ri-

colligitur, posse veritatem Assumptionis dogmaticæ præfiniri, quamquam cum ea non omnes mathematicæ traditionis testes consenserint, nec uspiam sac. Biblia eam diserte proclamant (1). Nil autem impedit quominus corporea Deiparentis Assumptio in praxi tantummodo detinebatur antiquitus, et posthac volentibus temporibus illa super re magna ferbuerit controversia quam præsertim Lutetiæ Joannes Launojus et Claudius Joly excitaverunt. Triplex enim stadium in catholicis plerumque veritatibus distinguunt SS. PP., quos inter Augustinus (2). « Nolite ergo, » inquit, « nobis auctoritatem objicere Cypriani ad baptismi repetitionem.... Nondum enim erat diligenter illa baptismi quæstio pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia in ipsis quoque schismaticis et hæreticis corrigere quod pravum est, non iterare quod datum est. » Habes primum stadium, ubi, nulla orta controversia, traditio est in consuetudine ac praxi magis quam in diserta et instanti prædicatione. Sequitur descriptio secundi stadii apud Augustinum: « Hanc ergo saluberrimam consuetudinem per Agrippinum prædecessorem suum dicit S. Cyprianus quasi cœpisse corrigi... Irruente itaque tam magna quæstione, cum... difficile ratio redderetur, et præcederet auctoritas Agrippini et nonnullorum, qui ei consenserant... irruerunt in oculos animæ verisimiles rationes et intercluserunt iter pervestigandæ veritatis. » Vides in hoc secundo statu quæstionis motas controversias et inductam aliquam obscuritatem. Sed audiatur rei exitus: « Postea tamen, dum inter multos ex utraque parte tractatur et quæritur, non solum inventa est (veritas), sed etiam ad plenarii Concilii auctoritatem roborque perducta, post Cypriani quidem passionem (anno 258), sed antequam nos nati essemus (anno 353). » Est hic ultimus status quæstionis eliquatæ, cui quia repugnabant donatistæ, schismatici erant et hæretici. Quare Virginis Assumptio, licet per temporis particulam aliquo in loco refrigerit tenuemque passa sit obscuritatem; nunc tamen magna fruitur luce, sic, ut deinceps in meridianum potuerit sacri dogmatis nitorem extolli.

« sposero i teologi circa la verità dell'immacolato concepimento di Maria pria di essere definito come dogma. » (L'Assunzione di Maria trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo, pag. 102, ediz. di Torino).

(2) De Baptism. cc. 12-14.

dubiumque permanet. Primum longiori examine ac discussione non indiget ad dogmaticam definitionem edendam, et secundum aut œcumenicæ Synodi aut solemnem alterius inquisitionis necessitatem requirit.

Porro, Virginis Assumptionem, eo quod duas memoratas imbibat conditiones, proxime definitu possibilem autumamus. Certitudo duplex est: *objectiva* et *subjectiva*. Prior est ipsa rei veritas iis manifestata rationibus, quæ postulent firmum assensum; seu aliis verbis: est dignitas rationum firmum assensum postulans. Unde *certitudo subjectiva* erit firmitas assensus respondens objectivæ dignitati rationum quibus veritas menti manifestatur. Dignitas rationum postulans assensum intellectus habet suos gradus superiores et inferiores. His prælibatis, æquo certitudinis gradu præpollet veritas Assumptionis? sat magno, sat claro, sat miro. Alioquin eam minime potuisset jam pridem Ecclesia Romana multiplici ratione profiteri, quum huic ipsi Virginis privilegio quotannis recolendo ac celebrando cultum, in toto penitus orbe festum, vigiliam, missam, officium, et octavam condiderit. Alioquin veritatem hanc minime fateretur Ecclesia cujus principium in cælis est, quare jure meritoque nuncupatur *regnum cælorum*, sive missalibus, sive euchologiis, sive menologiis, aliisque id genus innumeris veteribus monumentis, præsertim liturgicis quibus Ecclesia vivit, evolvitur et operatur, quasque naturæ terminos supergreditur et seipsam transcendit. Alioquin Patrum, Doctorum, ecclesiasticorumque scripto-

## ORATIO II.

### Caput I.

Corporea divine Matris Assumptio proxime definibile veritatis objectum pandit, quum ad maximum gradum ejus certitudo pertingat, eamque dogmaticæ præfinendam Ecclesiæ hierarchicus ordo conquirat.

1. Illud apud theologos *proxime definibile* vocatur et est quod nullum vel pene nullum oppositi discrimen involvens, omnimoda certitudine claret, necnon ardens recipit Ecclesiæ votum, ut quamprimum ad catholicum dogma sublimetur. Illud autem *remote definibile* nuncupatur et est quod nondum satis ad liquidum monumentorum ope vel auxilio exploratum adhuc incertum obscurum,

rum senatus in id unanimiter conspirare nequisset. Alioquin populorum consensus penes quem Dei vox auditur, haudquaquam valisset piæ sententiæ mordicus inhærere. Ab hisce proinde traditionum vehiculis quænam poterit unquam suboriri difficultas? Tam perspicua res est, ut omnimoda certitudine constet, quin ultra longiori opus sit examine aut novæ Synodi convocatione. Igitur *proxime definibilis* est. Quamquam sol longissime distet a terra, tamen in visceribus quoque marium montium conchas metalla suo splendore calefacit; ita sol hujusce dogmatis (Assumptionis), licet a nostris consiliis sat abesse videatur, ea tamen sua luce vivificat.

2. Quo veritatem hanc magis magisque robaremus, cum Immaculata Conceptione corpoream Assumptionem comparamus. Exinde colligetur ejus magna firmitas, ejus magna certitudo. Quis vel a limine theologicas disciplinas salutaverit, quem non lateat magni Suarezii nomen? Hic, exposita sententia Catharini autumantis corpoream Virginis Assumptionem esse fide tenendam, inquit: « Sed revera non est, quia neque est ab Ecclesia definita, nec testimonium Scripturæ, aut sufficiens traditio, quæ infallibilem faciat fidem. Est igitur jam tam recepta hæc sententia, ut a nullo pio et catholico possit in dubium revocari, aut sine temeritate negari, atque adeo videtur habere eum gradum certitudinis, quem habet alia veritas supra tractata de sanctificatione Virginis in utero matris (1). »

(1) Contr. Casjet. lib. iv, et in Opusc. de Concept.

Quapropter ex mente Suarezii paritertitudinis gradu Immaculatæ Virginis Conceptionis ac ejusdem Assumptionis sententia procedit. Quemadmodum autem nunc temporis post dogmaticam Pii PP. IX definitionem qui, secus ac ab eo Pontifice definitum est, præsumperit corde sentire, se proprio judicio condemnatum, naufragium circa fidem passum esse, nec non ab unitate Ecclesiæ defecisse noverit; sic de Virginis Assumptione paria nobis eademque verba relatum iri confidimus.

D. Thomas qui præteritarum et sibi succedentium ælatum se nobis velut aureum conjunctionis anulum offert, ad probandum B. Virg. Mariam in utero matris omni gratia omnique sanctitate fuisse repletam, a corporea ejusdem in cælum Assumptione mutuatur exemplum: « Dicendum quod de sanctificatione B. Mariæ, quod scilicet fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura canonica traditur, quæ etiam nec de ejus nativitate mentionem facit. Sicut tamen Augustinus in sermone de Assumptione ipsius Virginis (ita vulgo ætate sua credebatur) rationabiliter argumentatur quod in corpore sit assumpta in cælum, quod tamen Scriptura non tradit; etiam rationabiliter argumentari possumus quod fuerit sanctificata in utero (2). » Prout quisque facile videt, Doctoris angelici argumentatio tota in hoc est, ut ex corporeæ Assumptionis veritate sanctificatio Deiparæ in utero matris erumpat. His proinde temporibus adeo penes fidelium mentes Assumptionis veritas defixas radices egerat, ut ea

(2) 3 part., quest. 27, art. 1.

prouti *medio termino* ad astruendam Immaculatæ Conceptionis veritatem uterentur. Quare, si de Virginis Assumptione logico jure progerminet hinc. Conceptus qui nunc catholicum dogma refulget; si Conceptio et Assumptio duæ prouti veritates paralelæ sint, adeo, ut illi hæc prorsus exæquetur, ergo cum illa definita suppetat, ista *proxime definibilis* censenda est. In hanc sententiam descendit Diarium, cui titulus: *Scienza e Fede* (1), necnon F. Sylvester Joseph Hunter S. J. qui nonnullas dogmaticas theses in collegio S. Beunonis prov. Angl. Societatis Jesu propugnandas assumpsit, in quibus ad rem nostram hæc memoratu digna sunt: « Sententia igitur de Corporali Assumptione beatæ Virginis certa est, et *proxime definibilis*. Quæ ejusdem Deiparæ Virginis gloria ut per solemnem Definitionem in proximo Concilio novo splendore augeatur toto corde expetimus (2). »

3. Ad secundam vero quod attinet partem, nimirum quod Ecclesiæ hierarchicus ordo dogmaticam Virginis assumptæ definitionem ardenti voto

(1) En argumentum: « Noi vogliamo fermarci ad una ragione la quale al presente rende a nostro modo di vedere, *prossimamente definibile* l'assunzione corporea. Essa è riposta nella relazione tra l'assunzione e l'immacolato concepimento ultimamente definito dogma di fede, ecc., (Tom. x, 1869).

(2) De gloriosa beatæ Mariæ Virginis in cælos Assumptione, n. xvi.

(3) Paucis verbis promam: « De même que pour l'Assomption de la Sainte Vierge et universelle croyance fût élevée par acclamation, dans le Concile, à la dignité d'un dogme défini, un journal prudent de notre France c'est presque scandalisé de ce vœu qui lui semblait réclamer un acte de sainte étourderie: comme si cette question n'avait jamais été abordée de près! Comme

conquirat, tenuiter evincendum assumimus. Episcopus (de Nimes) Plantier in littera pastorali qua œcumenicam vaticanam Synodum denunciat, postquam de infallibilitate Romani Pontificis ex cathedra loquentis decernenda viriliter dixerat, piæ sententiæ quam maxime favet, et, ut catholicum dogma firmetur, exoptat (3). Archiepiscopus Smyrnæ Spaccapietra supplices nono vel novies Pio litteras mittebat, ut Virginem assumptam de cathedra proclamaret, et illum qui suæ coronæ deest, pulchriorem micantioremque radium digito paternæ dexteræ fretus accenderet (4). In idem opus incubuit non uno nomine commendandus Aloysius Vaccarius ex Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis episcopus Synopes in P. I. Coadjutor Tropiæ et Nicoteræ: « Oh utinam! » inquit, « et nostrorum temporum romanæ urbis Episcopus, catholicæ Ecclesiæ beatissimus Papa divina providentia Pius IX, perturbatissima ætate hac a Deo missus ut in domo Jacob esset columna ferrea et murus æneus, atque ab Optimo Maximo rerum omnium Mo-

« si l'Épiscopat n'était pas, depuis longtemps, en possession de tous les éléments nécessaires pour la trancher! Comme si déjà de fait elle n'était pas parvenue à ce point de maturité glorieuse, ou Pie IX saisit l'Immaculée Conception de Marie pour l'imposer à la foi des peuples! Evidemment il n'y aurait ni précipitation, ni témérité, à la définir telle quelle, même par voie d'acclamation, parceque c'est une cause suffisamment étudiée. »

(4) Sua verba referimus: « Noi abbiamo altresì supplicato (il S. Padre) di aggiungere alla corona, che egli ha posto in capo all'immacolata Madre di Dio, quel fiore che ancora le manca, la decisione dommatica della sua Assunzione al cielo, oggetto di una delle feste più antiche della Chiesa greca e latina! »

deratore ad tanta præclara facinora perpetranda electus, voce silentia rumpat, et quemadmodum totius Orbis desideria complens irreformabile de immaculato Virginis conceptu iudicium nuper edidit, ita et de ejusdem triumphali assumptione oraculo suo causam definiat (1). » Et iterum: « Nobis unum interea illud restat, ut humili crebraque precatone œcumenicæ vaticane Synodi jamjam cogendæ Patres fatigemus, ut ad christiani populi solatium, ad religionis incrementum, ad novorum ætatis nostræ errorum extirpationem, ad solemnem Deiparentis semperque immaculatæ Mariæ triumphum hac de re (Virginis Assumptione) animi sui sensa aperiant, causamque decretorio solemnique iudicio definiant (2). » Et reapse Vaticanorum PP. fere ducenti quos inter plurimi S. R. E. Cardinales *Postulatum*, cujus auctor erat idem Ex<sup>mus</sup> ac Ill<sup>mus</sup> Aloysius Vaccarius, obfirmaverant, ut albo dogmatum fidei catholicæ, stante Concilio, hic novus adderetur articulus, suffragantibus etiam pene cunctis religiosorum Ordinum Ministris Generalibus. Huc etiam meminisse juvabit Postulationis quam R<sup>mus</sup> Fr. Joseph Antonius Virdia Minorum Conventualium franciscalis, episcopus Cariatii intra postremæ Italiæ fines ad Leonem

(1) De corporea Deiparæ Assumptione, art. xii.

(2) Ib. art. xlvii.

(3) Catanzaro, Tipografia di Francesco Veltri e C., Corso Vittorio Emanuele, n. 68, 1880. — In hac itidem Postulatione quarit Auctor, ut Romanus Præsul in edendo Virginis assumptæ dogmate comprobaret doctrinam quæ tenet, fuisse Virginem assumptam, non mediante morte. Hac de re suo loco deinceps: sed modo quid dicam? laudem? in hoc non laudo.

PP. XIII misit *Pro dogmatica definitione integræ ad cælos Assumptionis Deiparæ Virginis* (3).

Neque satis: « Ignotum esse non potest, » ait Vaccarius, « duos celebres benedictinæ familiæ monachos in sæculo nono, divi Hieronymi emenito nomine et auctoritate deceptos, aliquatenus hæsitasse circa veritatem corporeæ in cælum Assumptionis Mariæ. Ii sunt Usuardus sancti Germani Parisiensis cœnobita, et Ado archiepiscopus Viennensis, de quibus in hoc opere suo loco agetur. Nunc vero magna familia sancti Patris Benedicti sub omni cælo mirabiliter adhuc sparsa una mente, uno corde sicut uno ore hoc excelsæ Virginis Mariæ maximum privilegium firmissime profitetur. Imo anno proxime elapso, paulo antequam centenarium festum universa benedictina proles in honorem sui Patris perageret, jamjam spes lætissima et mihi et aliis fratribus affulgebat fore ut universa familia nostra a Sancta Sede expostularet ut tandem per oraculum infallibile, corporea beatæ Mariæ Virginis in cælum Assumptio dogmatum christianorum albo accenseretur (4). » Nec ab hisce votis abluunt Gaspar De Luise neapolitanus parochus S. Georgii ac Supremæ Congregationis Qualificator (5), Vincentius Anivitti romani cleri jubar atque

(4) *De B. V. M. morte, resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione*, pp. 13-14, edit. Ferrarie.

(5) Id Auctor: « Si benigni il gran Dio di nuovamente coronar Maria, poichè essa dal momento in cui entra trionfalmente nel cielo sorta, prega, intercede per noi, e la sua mediazione non sarà frustranea. Il secolo presente pieno di scagure voglia Iddio sollevare, benedire e perpetuarne il ristoro della scienza, della morale, del sociale diritto, facendo dichiarare

decus (1), aliique magno numero et quavis conditione præstantissimi viri, ut tres Italiæ majores ephemerides, nempe *Civiltà Cattolica* (2), *Unità Cattolica* (3) et *Scienza e Fede* (4) certiores nos faciunt. Id porro causa princeps est quamobrem psychosomatica Deiparentis Assumptio proxime definibile veritatis objectum existimari posse videtur. Est citra omnem dubitationis aleam, summa Deum cum sapientia operari. Suorum autem operum harmoniam velat, ut homo non homini, sed Deo Dei gloriam det. Nobis perpauca tantum subobscuræ prævidere sat est.

Fidelis etiam christiadum gens huic voto plane cohæret. Unde Vaccarius: « Aliter vero ætate nostra hac super

\* Maria col corpo assunta in cielo. (L'Assunzione di Maria trionfo della Dottrina cattolica sul naturalismo, fine).

(1) Ipse sic: « Ma per dire alcun che più accento alla ragione del luogo, qual gloria non potrebbe un giorno riflettere il mistero dell'immacolato Concepimento su quello dell'Assunzione totale della maggiore solennità a questa patriarcale Basilica? E in verità troppe sono le relazioni che questi due misteri collegano.... Oh! bello, oh! dolce spettacolo se dopo averci la fede additato Maria in tutta la luce della grazia fra le ombre dell'alvo materno, ci dischiudesse i cieli a vederla con ugual sentimento in tutta la luce di gloria! » (Orazione detta nella Patriarcale Basilica Liberiana nel dì anniversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento).

(2) Inter multa, An. xx, Ser. vii, SS. v, Quad. 468, prim. Sab. di Feb. 1869, p. 354, hæc promit: « Un gran numero di cattolici emettono il voto che il futuro Concilio chiuda il ciclo degli omaggi resi dalla Chiesa alla Vergine immacolata, promulgando il dogma della gloriosa Assunzione di lei. » Insuper: An. xxxii, Ser. xi, vol. v, Quad. 738, 10 Marzo 1881, p. 711, hæc habet: « Grande e ardente, specie in questi ultimi tempi, si palesò nel mondo cattolico il desiderio d'intendere dalla Suprema autorità della Chiesa definirsi dogma di fede la credenza universale,

re omnes et singuli Christi fideles arbitrantur. Et quemadmodum, toto plaudente terrarum orbe, decretorium nuper vaticani oraculi de Immaculato Virginis Conceptu iudicium gratum acceptumque habuere; ita et nunc circa Deiparæ integram Assumptionem præstolantur sententiam (5). » Alia id genus testimonia brevitatis ergo præterimus; tantum ad rem nostram observato: Ecclesia discens *supernaturali logico sensu* gaudet, quo sub directrice sacri Pneumatis actione veritatem aliquam dignoscit in illa fidei harmonia quæ a piis fidelibus sentitur, verum *intelligi* nequit. Deinde *spiritus* vel doctor *veritatis* docentem compellit Ecclesiam ad ipsam veritatem conquirendam, eam in hac in-

\* fermissima, costante nella corporea Assunzione al cielo della Madre di Dio. Durante il Concilio Vaticano se ne presentò anzi ai Padri del venerando consesso uno speciale *postulato*, che recava le firme di molti ed autorevolissimi personaggi. E prima del Concilio, e dopo la sospensione di esso, teologi insigni scrissero opere pregevolissime intorno a tale sublime, non meno che soave argomento, collo scopo di affrettare, se fosse stato in piacer di Dio, quella sospirata dogmatica definizione... Non è a dire con quanto gusto spirituale noi seguiamo questo pio movimento, volto a procurare una nuova splendida gloria a Maria, e come ardentemente bramiamo di parteciparvi. »

(3) Cf. additamenta, vulgo *supplementi*; in eis enim scripta sunt eorum nomina, qui Petri Cathedralis jugiter obolum mittunt, et simul pienssimam dogmaticam B. V. corporeæ Assumptionis definitionem ex cordis medullis efflagitant.

(4) Variis in medium positus argumentis, concludit: « Posto ciò, non vi è alcun dubbio, che in pieno Concilio la Chiesa potesse ancor fin solennemente proclamare la medesima verità (scilicet Assumptionem), e protestare il suo culto e la sua venerazione all'ecceleso trionfo della Madre di Dio. » (Fascicolo 20 Luglio 1869, p. 8 in calce, *I voti de' cattolici e l'Assunzione*, autore G. de Luca.

(5) Op. cit. art. ii.

quisitione *perducit*, eam denique *juvat*, ut ad veritatis intelligentiam peringat, eamque suprema sui muneris auctoritate præfinit. Ita dogmata disponuntur juxta suum ordinem logicum quasque geneticum: ita ferme disponitur nostris hisce temporibus futurum Virginis assumptæ dogma. Si magnus Pontifex Pius IX tamquam proximam præparationem ad dogmaticum Virginis Immaculatæ decretum inter cætera postulaverit ab Episcopis orbis terrarum, ut ipsi fideliter aperirent, « quæ esset suorum fidelium erga immaculatam Deiparæ conceptionem pietas, et devotio; » atque inter criteria divinæ traditionis ab eodem sanctissimo Domino nostro numeretur « singularis catholicorum Antistitum ac fidelium conspiratio (1), » corporea proinde sacræ Virginis Assumptio *proxime definitu* est, non solum quia maximum certitudinis gradum attingit, veluti præfati sumus; sed etiam quia sacer Ecclesiæ hierarchicus ordo una cum fidei plebe dogmaticam ea super re definitionem sæpe sæpius ardentique voto petierunt. Quam ob rem Barth. Card. D'Avanzo in Generali Congregatione Concilii vaticani die 20 junii hæc proferre non dubitabat: « Aliquando contingit ut quæ in magisterio ordinario Ecclesiæ edo-

centur vel jam definita impugnentur... vel nondum definita sed implicite vel explicite servata, debeant definiri; tunc occurret casus dogmaticæ definitionis... Nimirum tunc ex via ordinaria Episcopi primum deferunt Papæ errorem in suis Diocesisibus ortum, vel *desiderium definitionis dogmaticæ alicujus veritatis exprimunt*, deinde pro Papa tunc recurrit illud testimonium: *Confirma fratres*, etc. »

His omnibus additur quod plerique nostrorum temporum scriptores recensendis, illustrandis elucubrandisque veterimis assumptæ Deiparæ monumentis dederint operam, eamque magno studio et eruditione provinciam obierint, nec non sententiam de *proxima* dogmatica definitione tamquam e cælo delapsam susceperint, summisque laudibus celebrarint. Cf. Aloysium Vaccarium (2), Gasparem De Luise (3), Carolum Bertani (4), P. Augustinum Lana (5), Cerri (6) aliosque. Immo privata relatione cognovimus (utrum sit an non, judicare me nollem), regnaturum Pontificem Leonem XIII sua mente revolvisse prodromum dogmatico Virginis assumptæ decreto laborem, sic, ut eam selectis quibusdam viris provinciam demandaverit, nostrisque temporibus æternam Sapientiam Ecclesiæ suæ penetralia

(1) Cf. Pianam Bullam *Ineffabilis Deus*.

(2) *De corporea Deiparæ Assumptione* typis Romanis; vel, *De Beato Virginis Mariæ morte, resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione*, typis Ferrariae.

(3) *L'Assunzione di Maria Madre di Dio trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo*, typis Romæ ac Taurini.

(4) Il lavoro minor di mole, non però meno eccellente, del ch. Sacerdote, Oblato Missionario,

fu pubblicato dalla Scuola cattolica di Milano in parecchi suoi quaderni del 1877 e poi raccolto in apposito volumetto.

(5) *La Resurrezione e corporea Assunzione al cielo della Santa Vergine Madre di Dio* del P. Agostino Lana D. Min. D. Inf., Consult. della S. C. de' Riti. Roma, Tip. della Pace, 1880. Un vol. in-8 gr. di pagg. 392.

(6) *Assunzione corporea della Madre di Dio al cielo*, Torino.\*

tanti mysterii patefacere malle reseraverit. Quid ergo dicemus corpoream Assumptionem dogmaticè constituentem? quod omnes pene: sapientiam.

## Caput II.

Quanam nunc temporis injuri censoria nota poterit qui audacter Assumptioni Virginis obloqueretur.

1. Solent censuris propositiones veritati doctrinæ repugnantes vel scientificè a doctoribus designari, vel authenticè ab ecclesiastica potestate damnari. In Concilio constantiensi sess. viii et xv ac in Bulla confirmationis Martini V damnati sunt 45 articuli Joannis Wicleff et 30 Joannis Hus sub hisce censuris: articuli « notorie hæretici et SS. Patribus reprobati, alii non catholici sed erronei, alii scandalosi et blasphemii, quidam piarum aurium offensivi, nonnulli temerarii et seditiosi. » Censuræ autem hæ non singulæ singulis propositionibus appositæ sunt, sed adjectæ toti elencho (ut ajunt) *in globo*, ita ut nulla foret propositio cui aliqua ex enumeratis notis non conveniret. Sic etiam Leo X in Bulla *Exsurge* contra Lutherum, Gregorius XIII et Pius V contra Bajum, Innocentius XI contra Michaelem Molinos pseudomysticum, Alexander VIII contra 31 propositiones jansenianorum, Innocentius XII contra 23 propositiones ex libro Fenelonii (quarum tamen nulla damnata ut *hæretica*), Clemens XI contra 101 propositiones Quesnelli (in Bulla *Unigenitus*), etc.

Quo tamen ad rem nostram rever-

(1) Lib. iv contra cardinalem Cajetanum.

tatur, sententia Virginis Assumptioni repugnans nequit hæreseos censura notari. Est contra Ambrosium Catharinum (1) autumantem posse quempiam pro certo habere, corpoream Deiparentis Assumptionem albosacrorum dogmatum reperiri adeo, ut opposita sententia velut hæretica putanda sit. Hanc ipse sententiam fabricatus est nulla fultus auctoritate doctorum; igitur falsitate corripitur juxta præclaram illam Tertulliani sententiam: « Verum quod prius traditum, falsum quod posterius immisum (2). » Re sane vera: *hæretica* propositio est, quæ certo refragatur sive contrarie sive contradictorie veritati, de cujus revelatione sufficienter in Ecclesia proposita certo constat. Hinc duo copulative requiruntur, ut opposita doctrina sit *hæretica*, et revelatio et sufficiens in Ecclesia propositio. Verum, cum neque ratione Dei revelantis neque ratione Ecclesiæ proponentis Assumptio Virginis catholicum dogma sit; contraria proinde sententia, saltem nunc temporis, nulla potest hæreseos censura notari, nullo potest anathematis mucrone feriri. Neque Catharinus (more suo audax) Scripturam et Traditionem nobis aperire præsumat; tum quia Scripturarum testimonia quæ piæ sententiæ favent, explanari mystice debent ac nonnulla diversimode possunt; tum quia traditio non est cunctis vestita conditionibus, ut ad fidei punctum constabiliendum plane sufficiat, cujusmodi traditio est pro Christi morte, resurrectione, ascensione vel aliis hujusmodi. Quare disertus Melchior Canus in rem

(2) De Præscript. advers. Hæres.

quisitione *perducit*, eam denique *juvat*, ut ad veritatis intelligentiam pertingat, eamque suprema sui muneris auctoritate præfinit. Ita dogmata disponuntur juxta suum ordinem logicum quasque geneticum: ita ferme disponitur nostris hisce temporibus futurum Virginis assumptæ dogma. Si magnus Pontifex Pius IX tamquam proximam præparationem ad dogmaticum Virginis Immaculatæ decretum inter cætera postulaverit ab Episcopis orbis terrarum, ut ipsi fideliter aperirent, « quæ esset suorum fidelium erga immaculatam Deiparæ conceptionem pietas, et devotio; » atque inter criteria divinæ traditionis ab eodem sanctissimo Domino nostro numeretur « singularis catholicorum Antistitum ac fidelium conspiratio (1), » corporea proinde sacræ Virginis Assumptio *proxime definitu* est, non solum quia maximum certitudinis gradum attingit, veluti præfati sumus; sed etiam quia sacer Ecclesiæ hierarchicus ordo una cum fidei plebe dogmaticam ea super re definitionem sæpe sæpius ardentique voto petierunt. Quam ob rem Barth. Card. D'Avanzo in Generali Congregatione Concilii vaticani die 20 junii hæc proferre non dubitabat: « Aliquando contingit ut quæ in magisterio ordinario Ecclesiæ edo-

centur vel jam definita impugnentur... vel nondum definita sed implicite vel explicite servata, debeant definiri; tunc occurret casus dogmaticæ definitionis... Nimirum tunc ex via ordinaria Episcopi primum deferunt Papæ errorem in suis Diocesisibus ortum, vel *desiderium definitionis dogmaticæ alicujus veritatis exprimunt*, deinde pro Papa tunc recurrit illud testimonium: *Confirma fratres*, etc. »

His omnibus additur quod plerique nostrorum temporum scriptores recensendis, illustrandis elucubrandisque veterimis assumptæ Deiparæ monumentis dederint operam, eamque magno studio et eruditione provinciam obierint, nec non sententiam de *proxima* dogmatica definitione tamquam e cælo delapsam susceperint, summisque laudibus celebrarint. Cf. Aloysium Vaccarium (2), Gasparem De Luise (3), Carolum Bertani (4), P. Augustinum Lana (5), Cerri (6) aliosque. Immo privata relatione cognovimus (utrum sit an non, judicare me nollem), regnaturum Pontificem Leonem XIII sua mente revolvisse prodromum dogmatico Virginis assumptæ decreto laborem, sic, ut eam selectis quibusdam viris provinciam demandaverit, nostrisque temporibus æternam Sapientiam Ecclesiæ suæ penetralia

(1) Cf. Pianam Bullam *Ineffabilis Deus*.

(2) *De corporea Deiparæ Assumptione* typis Romanis; vel, *De Beato Virginis Mariæ morte, resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione*, typis Ferrariæ.

(3) *L'Assunzione di Maria Madre di Dio trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo*, typis Romæ ac Taurini.

(4) Il lavoro minor di mole, non però meno eccellente, del ch. Sacerdote, Oblato Missionario,

fu pubblicato dalla Scuola cattolica di Milano in parecchi suoi quaderni del 1877 e poi raccolto in apposito volumetto.

(5) *La Resurrezione e corporea Assunzione al cielo della Santa Vergine Madre di Dio* del P. Agostino Lana D. Min. D. Inf., Consult. della S. C. de' Riti. Roma, Tip. della Pace, 1880. Un vol. in-8 gr. di pagg. 392.

(6) *Assunzione corporea della Madre di Dio al cielo*, Torino.\*

tanti mysterii patefacere malle reseraverit. Quid ergo dicemus corpoream Assumptionem dogmaticè constituentem? quod omnes pene: sapientiam.

## Caput II.

Quanam nunc temporis injuri censoria nota poterit qui audacter Assumptioni Virginis obloqueretur.

1. Solent censuris propositiones veritati doctrinæ repugnantes vel scientificè a doctoribus designari, vel authenticè ab ecclesiastica potestate damnari. In Concilio constantiensi sess. viii et xv ac in Bulla confirmationis Martini V damnati sunt 45 articuli Joannis Wicleff et 30 Joannis Hus sub hisce censuris: articuli « notorie hæretici et SS. Patribus reprobati, alii non catholici sed erronei, alii scandalosi et blasphemii, quidam piarum aurium offensivi, nonnulli temerarii et seditiosi. » Censuræ autem hæ non singulæ singulis propositionibus appositæ sunt, sed adjectæ toti elencho (ut ajunt) *in globo*, ita ut nulla foret propositio cui aliqua ex enumeratis notis non conveniret. Sic etiam Leo X in Bulla *Exsurge* contra Lutherum, Gregorius XIII et Pius V contra Bajum, Innocentius XI contra Michaelem Molinos pseudomysticum, Alexander VIII contra 31 propositiones jansenianorum, Innocentius XII contra 23 propositiones ex libro Fenelonii (quarum tamen nulla damnata ut *hæretica*), Clemens XI contra 101 propositiones Quesnelli (in Bulla *Unigenitus*), etc.

Quo tamen ad rem nostram rever-

(1) Lib. iv contra cardinalem Cajetanum.

tatur, sententia Virginis Assumptioni repugnans nequit hæreseos censura notari. Est contra Ambrosium Catharinum (1) autumantem posse quempiam pro certo habere, corpoream Deiparentis Assumptionem albosacrorum dogmatum reperiri adeo, ut opposita sententia velut hæretica putanda sit. Hanc ipse sententiam fabricatus est nulla fultus auctoritate doctorum; igitur falsitate corripitur juxta præclaram illam Tertulliani sententiam: « Verum quod prius traditum, falsum quod posterius immisum (2). » Re sane vera: *hæretica* propositio est, quæ certo refragatur sive contrarie sive contradictorie veritati, de cujus revelatione sufficienter in Ecclesia proposita certo constat. Hinc duo copulative requiruntur, ut opposita doctrina sit *hæretica*, et revelatio et sufficiens in Ecclesia propositio. Verum, cum neque ratione Dei revelantis neque ratione Ecclesiæ proponentis Assumptio Virginis catholicum dogma sit; contraria proinde sententia, saltem nunc temporis, nulla potest hæreseos censura notari, nullo potest anathematis mucrone feriri. Neque Catharinus (more suo audax) Scripturam et Traditionem nobis aperire præsumat; tum quia Scripturarum testimonia quæ piæ sententiæ favent, explanari mystice debent ac nonnulla diversimode possunt; tum quia traditio non est cunctis vestita conditionibus, ut ad fidei punctum constabliendum plane sufficiat, cujusmodi traditio est pro Christi morte, resurrectione, ascensione vel aliis hujusmodi. Quare disertus Melchior Canus in rem

(2) De Præscript. advers. Hæres.



nostram commonet: « B. Virginem non esse in cælo cum corpore assumptam, licet fidei minime adversum sit, quia tamen communi Ecclesiæ consensioni repugnat, petulanti temeritate diceretur (1). » Eandem sententiam tulit Dominicus Sotus, cum ait: « Nondum inter fidei articulos creditu necessarios relata est (nimirum Deiparentis Assumptio), quamvis sit plenissime credendum; nam in Collecta illius Festi ait Ecclesia, quod nexibus mortis deprimi non potuit (2). » Suarezius autem: « Sententiam Assumptionis Virginis, » ait, « in corpore et anima in cælum non esse de fide; quia neque est ab Ecclesia definita, nec est testimonium Scripturæ aut sufficiens Traditio, quæ infallibilem faciat fidem: tamen summæ temeritatis reus crederetur, qui tam piam religiosamque sententiam hodie impugnaret (3). » Præteriri silentio nequit Thomassinus qui pariter ait: « Non dubitamus, quin Virgo Dei Parens corpore quoque in cælo degat, tametsi fides divina hoc minime doceat... Quot enim sunt, quæ cum minime rata sint, et divina fide nixa, ad examen tamen revocare non licet (4)? » Neque ab his discrepat Natalis Alexander (5), alique bene multi. Quocirca dogmatizator oppositæ sententiæ nec potest de hæretica pravitate notari, secus ac Ambrosius Catharinus autumaverit, nec potest de hæretica pravitate damnari; negatio

(1) Lib. 12 de Locis theol., cap. 10.

(2) In 4 Sententiarum, dist. 43, art. 1.

(3) 3 P., q. 37, art. 4, disp. 21, sect. 2.

(4) Tract. de Hier. Fest. Celebratione l. 2, c. 20, num. 20.

(5) Hist. Eccl., sæc. II, cap. 4.

licet clara de re sit. Pontificia Infallibilitas clara proculdubio res est: nihilominus ante veritatis hujusmodi definitionem Cypriano quia restitit Stephano I, magnus Augustinus crimini vertit, hæresi non vertit.

2. Quum autem errores circa extrema vagari sæpe consueverint, Tostatus Abulensis errorem alium inducit priore nequiores, videlicet posse quempiam circa Deiparentis Assumptionem, prout sibi collibuerit, opinari. En clara sua mens: « Ideo licet cuilibet sicut voluerit, opinari, quod nimirum absque hæresi exponitur in Vindiciis Parthenicis cap. cclxviii (6). » Pace tanti viri, ultro libenterque fatemur, hæreticum non esse qui corporeæ Virginis Assumptioni fidem detrectat; tamen ad logices normam hand valet illatio ab Abulense deducta, licere cuiquam ea de re, prout arripserit, qualemcumque sustinere sententiam. Tantus ingenio vir indigna prorsus et ingloria concludit; nil mirum: *quandoque bonus dormitat Homerus.*

3. Attamen, quo memoratum errorem amplius atque amplius exsufflare possimus, heic juverit tenuiter explanare quibus poterit theologis censuris notari qui corpoream Virginis Assumptionem impune dedignaretur. a) Censuræ qua propositio *hæretica* vocatur et est, affines sunt aliæ tres, quibus propositio aliqua dicitur vel *suspecta de hæresi*, vel *sapiens hære-*

(6) In cap. XXI Matth., quest. cccxxx. — Cajetanus etiam corpoream Deiparentis Assumptionem ut piam solummodo tenet ac probabilem opinionem, cui liberum sit assentiri vel dissentiri. Op. de Concept., cap. 1. — Istitis auctoribus istæ sententiæ.

*sim*, vel *hæresi proxima*. Horum prima *probabiliter*, secunda *probabilius*, tertia *probabilissime* doctrinæ divinitus revelatæ opponitur. Jam vero, Card. Gotti sententiam Virginis Assumptioni contrariam *suspectam hæreseos et sapientem hæresim* autumavit: « Non eo quia christianæ fidei refragaretur, sed quia præsumi potest, falso eum judicare B. Virginis venerationem per errorem ab universali Ecclesia proponi (1). » Jure proinde merito censuit, contrariam sententiam præferre *suspicionem* vel *saporem hæreticum*. b) Hæc eadem contraria sententia putatur *erronea*; inquit enim Cajetanus De Fulgure: « *Erronea* propositio est, quæ opponitur veritati, quam universa tenet Ecclesia, vel constans omnium Theologorum sententia docet, licet nondum sit ab Ecclesia definita. Ita propositio: *Beata Virgo non est in cælum cum corpore assumpta*, jam hodie *erronea* est (2). » Hanc veritatem Assumptionis docuit Ecclesia, hanc tenuere Patres, hanc Doctores, hanc Theologi; consequens est: omnes qui contra senserint, errant, errant, errant, errant. c) Ipsa quoque contraria sententia *temeritatis* nota mulctaretur; illa namque propositio *temeraria* est, quæ nulla vel Scripturæ vel Traditionis vel theologice rationis auctoritate confisa generalem Theologorum sententiam de-

(1) Verit. Relig. Christ. tom. I, tract. v, c. xli de B. Virg. Assumpt.

(2) De locis theol., cap. xiii, n. II.

(3) Vit. Deip. in Dist. 36, quest. III.

(4) Hist. Eccl. sæc. II, cap. 4.

(5) Cf. loc. nuper cit. — Isthæc temeritatis nota communior apud theologos est contra Marianæ prerogativæ oses. Huc facit Diarium Civiltà Cattolica: « Tanto nobile è il grado di certezza d'una

træctat. Id absque ulla dubitatione contingit in ea sententia quæ Virginis Assumptioni refragatur. Inquit enim Trombellius S. J.: « Quia Ecclesia in eadem sententiam inclinatur, facile etiam persuaderi poterit nobis, ultra temeritatem rejici non posse opinionem eorum, qui Virginis corpus post mortem in cælos fuisse translatum ajunt, pro eadem enim apertissime stare videtur Ecclesia (3). » Huic concinit Natalis Alexander; ait enim: « Sed pietatis officio non dubitari, aut in dubium revocari posse censui, num Deipara virgo redivivo corpore in cælum assumpta sit, quin imo eam sententiam omnino amplectendam esse dixi ut piam... adeo, ut temeritatis notam non effugeret qui de illa dubitaret (4). » Hac in re conveniunt Suarezius, Melchior Canus, alique plures (5). d) Nec satis: memorata sententia contra Virginis Assumptionem *impia* vocari potest, *blasphema* et *stulla*. *Impia* dicitur propositio, quæ ad cultum Deo sanctisque debitum aut tollendum aut minuendum tendit. *Blasphema* est propositio quæ convicium aliquod in Deum vel sanctos continet, tribuens illis aliquod indecens, vel negans quod illis debetur. *Stulla* denique propositio est quæ stulla ratione fulcitur. Tres istæ censuræ plane congruunt sententiæ Virginis Assumptioni contrariæ. Res

« tale verità, che essa deve porsi nel novero di quelle, le quali, secondo Melchior Cano e la comune de' teologi, diconsi verità cattoliche, benchè non siano propriamente dogmi di fede. L'onde non si potrebbe negarla senza incorrere nella nota di temerità, come esplicitamente insegnano, oltre al Cano, l'esimio Suarez ed il cardinal De Lugo. » (An. xxxii, Serie XI, vol. V Quad. 735, 19 Marzo 1831).

per se loquitur. Unde Claudius Soli: « Quis enim negare valeat assumptionem talem ab omnipotente Deo fieri potuisse?... Qui hæc inter christianos blateravit, non modo impius ac blasphemus, sed etiam stultus et omnino mentis expers haberetur (1). » Ego vero crediderim, contrariam censi posse sententiam, si quid meum valeat iudicium, *piarum aurium offensivam*. Christiana quippe plebs maximum pateretur offendiculum, si quis vel in dubium doctrinam Assumptionis verteret. Tantum penes eam alte reperitur insculpta.

Doctrina quam exposuimus, mirifice roborat et illustrat doctrinam præcedentis capitis. Si enim opinio Dei parentis Assumptioni repugnans tot ac tantis inuratur censuris theologicis, præsertimque censeatur *sapiens hæresim vel proxima hæresi*; ergo favens opinio putanda rationabiliter est *proxima fidei vel proxime definibilis*.

### Caput III.

Utrum in edendo Virginis assumptæ dogmate novum Ecclesie catholicæ dogma fabricet, utrum œcumenicæ Synodi convocatio postuletur, qualique formula poterit Assumptionis dogma præfiniri.

1. Montanistæ, manichæi, sectæ plures mediæ ævi, ut *fraticelli* et ho-

(1) De verbis Usuardi pag. 13. — Non erit abs re mentem aperire Diarii, cui titulus, *Scienza e Fede*: « Supporre ciò (quod Assumptionis corporeæ cultus ab Ecclesia propositus sit falsus) sarebbe empia, l'asserirlo bestemmia. Ed in tale scoglio inciamperebbe colui che temerario ardise, non diciam negare, ma solo muover dubbio intorno alla realtà dell'assunzione corporea di Maria. Noi l'affermiamo dietro la unanime sentenza dei teologi, che si accordano nel chiamar temerario e sospetto d'eresia, stoltezza mente gonfio della sua scienza, petulante, bla-

mines *evangelii æterni* (saltem aliquatenus etiam abbas Joachim), sectæ innumerabiles recentioris ætatis anabaptistæ, schwedenborgiani, irwingiani, homines Ecclesiæ futuræ seu omnes illi, qui novam expectant et abundantiorum effusionem Spiritus sancti (2), objectivum depositi fidei catholicæ incrementum pro aris focusque tumentur. Alii seductores et vaniloqui rentur, divinam Sapientiam non secus ac in V. T., usque ad consummationem sæculi nova jugiter dogmata revelaturam. Cæteri e contra Romanam Ecclesiam derident, et in eam vesano furore debacchantur, eo quod ætate vertente probe norint in suis illam dogmaticis definitionibus nova dogmata cudere. Quam ob rem plerique sacrorum Antistites dogmaticam de Immaculato Conceptu definitionem an. 1854 inopportuna censuerunt, difficultatem hanc neologorum pertimescentes (3). Ut hæc perstringamus deliramenta nefariorum qui plenis buccis in edendo Virginis assumptæ dogmate difficultatem illam iterum reficerent, hæc summarim documenta proferimus.

Ab origine generis humani erant aliquæ veritates explicite revelatæ, in quibus saltem *objective* continebatur

« sfemo colui che impugnasse codesta verità » (Fascicolo 20, Luglio 1869).

(2) Omnes isti, quamquam alii aliter, statuerunt tertiam perfectiorem œconomiam Spiritus sancti, quæ sit in simili fere relatione ad œconomiam secundam a Christo institutam, prout est hæc secunda ad primam vet. Testamenti seu ad œconomiam Patris. Cf. Jo. Bapt. Franzelin *De Traditione*, sect. iv, th. xii.

(3) *Civ. Catt.* an. 3, vol. viii, Congruenze Sociali di una definizione dogmatica sull'Imm. Concep.

implicita tota substantia fidei, et implicitæ continebantur veritates aliæ multæ, quæ progressu temporis explicite sunt revelatæ. Quocirca sanctus Thomas: « Omnes articuli (ad fidem pertinentes) implicite continentur in aliquibus primis credibilibus, scilicet ut credatur Deum esse et providentiam habere circa hominum salutem, secundum illud Heb. xi, 6: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quia inquirentium se remunerator sit*. In Esse enim divino includuntur omnia, quæ credimus in Deo æternaliter existere, in quibus nostra beatitudo consistit; in fide autem providentiæ includuntur omnia, quæ temporaliter a Deo dispensantur ad hominum salutem, quæ sunt via ad beatitudinem (1). » Hoc sensu non est factum articulorum fidei augmentum per temporum successionem, nec fieri unquam poterit. Alio tamen sensu nostræ fidei *puncta* totum ad apostolicum usque tempus incrementum habuere. Id eloquentissime prosequitur S. Gregorius M.: « Hoc quoque nobis sciendum est, quia et per incrementa temporum crevit scientia spiritualium Patrum. Plus namque Moyses quam Abraham, plus prophetæ quam Moyses, plus Apostoli quam prophetæ in omnipotentis Dei scientia eruditi sunt... quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur (2). » Verum, post tempus apostolicum minime quoad substantiam,

(1) 2. 2. q. 1, art. 7.

(2) In Ezech. lib. ii, hom. 4, nn. 10-12. Vide Suarezium de Fide disp. ii, sect. 6; De Lugo de Fide disp. iii, sect. 5.

sed quoad explicationem numerus fidei articulorum crevit. Unde sanctus Thomas: « Quantum ad *explicationem* crevit numerus articulorum, quia quædam explicite cognita sunt a posterioribus, quæ a prioribus non cognoscebantur explicite (3). »

Ratio hujus rei concludentissima patet, quam exhibet D. Paulus in sua ad Hebræos epistola. Œconomia legis mosaicæ (ita arguit Apostolus) imperfecta erat et tantummodo manu ductio ad novam œconomiam Christi perfectam: unde sacerdotium in V. T. inefficax erat et ideo abrogandum. Succedere autem ei debuit sacerdotium Christi altioris ordinis, efficax, æternum, numquam abrogandum; ex quo constat, etiam œconomiam in hoc æterno sacerdotio æternam fuisse constitutam. Dein Apostolus ex historia foundationis antiqui et novi Testamenti declarat, hoc secundum esse ultimum et immobile. Sic enim prophetiam « adhuc semel (4), et movebo cælum et terram (5) » interpretatur: « Quod autem *adhuc semel* dicit, declarat mobilium translationem (*μεταθεσιν*) tamquam factorum, ut maneat ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam (6). » Quæ cum ita se habeant, ulterior divinæ manifestationis perfectio quæ in N. T. expectanda proponitur, non est alia, quam ut fides quæ amplius non augetur, transeat in visionem facie ad faciem in patria.

Hoc veritatis clypeo contra neologos

(3) Loc. cit.

(4) In Vulgata: « adhuc unum modicum; » LXX et Paulus: « ἔτι ἄπαυς. »

(5) Agg. ii, 7.

(6) Cap. xii, 27-28.

qui Virginis assumptæ dogma suis quoquomodo versutiis impeteret, præmunimur.

2. Ad secundam quod attinet partem, multas Ecclesia hæreses proscripsit, tribus præsertim sæculis prioribus, sine ullo œcumenico concilio, simonianos, cerinthianos, ebionitas, marcionitas, montanistas, sabellianos et alios innumeros anathemate percellens. Nam Ecclesia ubique dispersa eo infallibilitatis charismate pollet, quo Concilium œcumenicum, tum hæresim damnans, tum dogma constituens. Ergo Concilium œcumenicum non est absolute necessarium, ut Assumptionis dogma præfinitur. Eo vel magis quod in œcumenica Synodo promptius et facilius, quæ sit omnium sententia veterumque traditio, conspiciatur. Porro circa Deiparentis Assumptionem tanta gentium omnium conspiratio, ut antehac meminimus, tamque perspicua ea de re veneranda traditio fulget, ut illo non indigere posset auxilio. Hoc mirifice confirmatur ex eo quod, quum definitam nendum fuerit ut dogma fidei, ex cathedra loquentem Romanum Præsulem infallibilitate pollere, fuit aliquando necesse plenarium Concilium, ut definitio apud omnes fidei robur ac firmitatem obtineret. Nunc vero temporis, quum pontificia infallibilitas catholicum dogma sit, minor prope necessitas est œcumenicam Synodum pro quavis necessitate cogendi. Cæterum Rom. Pontifex suæ innixus prudentiæ quam a Spiritu sancto jugiter haurit, illud constituet quod expedire magis in Domino censuerit. Quare dicere fas est cum E<sup>mo</sup> Bartheo-

lomæo D'Avanzo: « Causa efficiens et formalis infallibilitatis est adistentia Spiritus sancti, sive Papa agat cum clero Ecclesiæ Romanæ, sive cum Episcopis, vel Conciliis Provincialibus, sive in ipso comitio generali; ac proinde infallibilitas in Ecclesia est una et identica, modalitas tantummodo multiplicatur. » Cfr. Relationem quam E<sup>mus</sup> ille dedit in Congregatione Generali Synodi vaticanæ nomine Commissionis *De Fide* super schemate *de Rom. Pontificis Infallibilitate*.

Nec quispiam dicat: Immaculati Conceptus et Pontificiæ Inerrantiæ dogmata Vaticanarum rerum conciliarium actionibus præfinita sunt. Nemo siquidem inficias iverit, quod majores præfata dogmata difficultates præsetulerint, quam illud Assumptionis præsefert. Tota Scriptura videbatur obsistere doctrinæ Imm. Conceptus. *Si unus pro omnibus mortuus est, arguere non dubitabat Apostolus (1), ergo omnes mortui sunt.* Et alibi pariter: *In quo (Adamo) omnes peccaverunt (2).* Hisce sententiis tam plena sunt utriusque fœderis eloquia, ut tamquam hæretica labe pollati Virginis sine labe conceptæ propugnatores traducerentur.

Quid autem dicemus quoad traditionem Patrum, sententias doctorum, theologorumque placita? sententiam illammet nonnulli PP., DD., TT. ve denegant vel in dubium vertunt. Celeberrima prorsus est littera LXXIV claravallensis Abbatis ad Canonicos lugdunenses; hæc inter cætera: « Si igitur (Maria) ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non

(1) II. ad Cor. v. 14. (2) Ad Rom. v. 12.

erat; sed nec ipso quidem conceptu, propter peccatum quod inerat (1). » Magnus etiam Aquinas hæc protulit: « Peccatum aut est originale, et de isto fuit mundata (Maria) in utero: aut est mortale, aut veniale, et de istis libera fuit (2). » Seraphicus doctor (3), Alexander Alensis, Albertus M., Ægidius Romanus, Richardus a Media Villa, Henricus Gandavensis, alique bene multi piæ sententiæ videbantur obsistere, ut alia silentio premam.

Contra Romani Pontificis infallibilitatem quot insurgere baccharique vesano furore nisi sunt? Cancellarius quondam Sorbonæ, transversæ prorsus ac deviatæ mentis vir, Gerson, ut eum vocat (4) Card. Bartholomæus D'Avanzo, sæc. xv occasione schismatis Occidentis in Concilio constantiensi docuit, nulla Rom. Pontificem infallibilitatis dote pollere (5). Secuti sunt eum Almainus (6), Hadrianus et alii. Recruduit hæc opinio propter dissidia inter Ludovicum XIV et Innocentium XI. Multi Galliarum episcopi Parisiis collecti solemnem ediderunt *Declarationem Cleri Gallicani*, quatuor continentem articulos, quorum hic erat quartus: « Licet R. Pontifex

præcipuam partem habeat in quæstionibus fidei, ejusque decreta respiciant Ecclesias omnes, et singulas; ejus tamen judicium non est irreformabile, nisi Ecclesiæ consensus accedat. » Et quamquam Antonius Charlas, Thyrsus Gonzalenz, Emmanuel Schelstrate, Card. de Aguirre, Card. Sfondratus, Duvallius, Perronius, Orsius alique plures pro Romani Pontificis *απολυσια* decertaverint; nihilominus Jac. Benignus Bossuetus duobus voluminibus omnes illos scriptores refutare viriliter aggressus, *Defensionem declarationis Cleri Gallicani* composuit (7). Et, ut cætera prætermittam, contra Infallibilitatis prærogativam nullis nisibus, nullique pepercit industriæ proff. Doellinger a Bismarck plurifariam pellectus: ejus audaciam coercuit Card. B. D'Avanzo (8).

Porro, quum tot tantique contra Virginem assumptam Deiparam osores nequaquam debacchentur, eamve dubitatione commaculent, pro bino memorato dogmate requirebatur Synodus, pro Virginis assumptæ dogmate (nostra tantum sententia) non requiritur Synodus.

3. Denique superest, ut tertiam ni-

hilatione, per verbum *forsthan* expressa, piam ille sententiam tuetur. Vid. Card. Sfortiam Pallavicinum in sua *Historia Conc. Trid.* lib. viii, cap. vii, num. 12.

(4) Cf. Votum super Schemate proposito de Romani Pont. Infallibilitate xvii Mart. mccccxxx.

(5) Vid. Petit-Didier, *Dissert. de Concil. Constantiensi* pag. 3, edit. Luxemburg.

(6) Lib. de potest. Eccles., cap. 16.

(7) Hoc opus nunquam, se vivo, edere voluit; sed vigintisex post ejus mortem annis primum editum est, ementitis quidem typis Luxemburgi, sed revera Basileæ an. mccccxxx.

(8) In op. *Döllinger e la sua Dichiarazione rispetto al Concilio ecumenico Vaticano*.

(1) Impossibile prorsus est, ait Bened. XIV in *Festis Mariæ*, de genititate hujus epistolæ dubium movere; plane quippe Bernardum sapit. Verum, sententiam Bernardi et aliorum insequentium AA. plerique theologi nostrates emollire necnon ad catholicum sensum convergere moliantur. Cf. Jo. Perrone *Thes. Dogm. de Imm. B. M. V. Concept.* Obj. iv; Aloysium Card. Lambruschini *Sull'Immacolata Concep. di Maria*, nn. 33-34-35.

(2) Opusc. viii, cui plane congruit *Summa Theol.*

(3) *Speculum Beatæ Virginis*, lect. 2. — Ipse Scotus Duns, quemadmodum in suo scripto Oxoniensi piæ sententiæ favit, dummodo non repugnet auctoritati Ecclesiæ et sacre Scripturæ; ita post celebrem disputationem illam parisiensem aliqui

tide partem elucubremus. Multipliciter definiri catholica veritas potest, *directe* vel *indirecte*, idque rursus *expresse* vel *tacite*. a) *Directe* quidem, cum veritas subanathematis interminatione credenda proponitur. Quare tridentina Synodus: « Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit (1). » b) *Indirecte*, cum *in obliquo*, ut ajunt, res tenenda proponitur, *in recto* autem infallibilitas Ecclesiæ, quæ ita docet esse sentiendum; ad hunc definitionum ordinem spectat hoc exemplum quod nobis suppeditat Concilium tridentinum: « Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit et docet: juxta evangelicam et apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi... anathema sit (2). » Heic infallibilitas Ecclesiæ *directe*, matrimonii vero doctrina *indirecte* sancitur. Cum enim tridentini PP. voluerint parcere græcis, matrimonium propter adulterium conjugis alterutrius dissolvi posse dogmatizantibus, cumque statuerint eadem definitione percellere novatores, qui ob contrariam Ecclesiæ doctrinam

(1) Sess. XIII, can. 3. (2) Sess. XXIV, can. 7.

(3) Inquit ad rem Benedictus XIV: « Summus Pontifex nedum est Doctor, sed est Pastor, eique Spiritus sanctus assistit non modo ut definiat res fidei, sed ut Ecclesiam quoque gubernet. » De Serv. Dei Beat., et Beat. Canoniz. lib. I, cap. XLIV, n. IV. Et S. Antoninus: « Quædam sunt, quæ facit Papa, pertinentia ad statum universalem totius Ecclesiæ... In talibus dicendum est, quod licet absolute, pensatis solis personis Pape, et Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare; supposita tamen divina Providentiâ, et Spiritum sanctum

et consuetudinem erroris eam incubantem, suum ipsi canonem, oratore supplicante veneto, ita temperarunt, ut, asserta catholica veritate, græci ab anathemate abierint immunes, damnatique novatores remanserint. Hac definitionis specie constabiliri quoque poterunt ea quæ divinitus revelata non sint, etsi mutabilia. Quam ob rem Apostoli definiunt sub tutela Spiritus sancti (*visum est Spiritui sancto et nobis*, Act. xv), ut a sanguine et suffocato (rebus mutabilibus sed necessariis eo tempore) christifideles absterneantur (3). c) *Expresse*, cum disertis conceptisque verbis jus credendum exprimitur. Unde tridentini PP.: « Si quis dixerit matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem legis evangelicæ sacramentis a Christo Domino nostro institutum... anathema sit (4). » Res per se liquet. d) *Tacite*, dum factum cum jure servandum, seu factum quod a jure pendet atque in eo fundatur, adstruitur. Rem firmemus exemplo trid. Synodi: « Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de baptis- mi sacramento doctrinam: anathema sit (5). » Hoc canone *tacite* sancita est forma quam Romana Ecclesia in ba-

loqui per Ecclesiam, credendum est, Papam non posse errare. Summa p. III, tit. XII, c. VIII, § II. Hinc sanciri definitione poterit, Ecclesiam errare non posse, cum doceat, vertentibus hiisce tempestatibus, nedum perutilem, verum necessarium esse civilem Romanæ Ecclesiæ principatum. Iste canon mere disciplinam attingit; dogmaticus tamen est, eo quod jus involvat seu potestatem Ecclesiæ in ejusmodi disciplina firmiter constituenda.

(4) Sess. XXIV, can. I.

(5) Sess. VIII, can. 2.

ptismi collatione adhibet, simulque ritus, quo eadem per infusionem tingere consuevit.

Hisce prælibatis, sive *directe*, sive *indirecte*, aut *expresse* aut *tacite* poterit Ecclesia, quemadmodum huic melius in Domino placuerit, psychosomaticam Deiparentis Assumptionem dogmaticè constituere. Si *directe*, nobilior atque firmior erit definitio: nobilior, quum sic veritas Assumptionis ad ea quæ divinitus revelata sunt, certo veroque pertineat; firmior, nam qui, secus ac definitum erit, quod Deus avertat, sentire corde præsumperit, naufragium circa fidem patietur, et ab Ecclesiæ unitate desciscet (1). Si vero *indirecte*, mitior atque congruentior apparebit definitio: mitior, hæreseos enim notam dumtaxat incurrent qui Ecclesiæ inerrantiæ refragarentur; congruentior, quia pertinax et implacabile contra veritatem Assumptionis certamen deest, atque deerit fortasse deinceps. Si vero *tacite*, definitio satis abunde prodesset veritati nostræ, congruentique firmitate præpolleret; nimirum si ecclesiastici ritus cujus sit usus in colenda B. M. Virginis Assumptione, prout nunc obtinet, alma sanctitas decerneretur. Nobis exempla suppeditat tridentina Synodus: « Si quis dixerit, cæremonias, vestes, et externa signa, quibus in missarum celebratione Ec-

(1) Huc animadvertas velim: quadruplicem Melchior Canus regulam exhibuit, quam summa theologi consensione amplexi sunt, ut certam dogmatis propositionem internoscamus. Eas regulas profert Canus hiisce verbis: « Prima, et ea quidem manifesta, si contrarium asserentes pro hereticis judicentur... Altera nota est, cum in hanc formam Synodus decreta præscribit: *Si quis hoc aut illud senserit, anathema sit*... Tertia est, si in eos qui

clesia catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; anathema sit (2). » Et ita porro.

Quum autem Deiparentis Assumptio sit prope sequela logicumve compendium Imm. Conceptus, de utriusque veritatis harmonia in memorata formula loqui congruum videretur. Hanc cogitationem roborat E<sup>mus</sup> Bartholomæus D'Avanzo qui pulcherrima lucubratione: *Votum super schemate proposito de Romani Pontificis Infallibilitate* (XVII MARTII MDCCCLXX), n. XI hæc habet: « Quoniam, ex dictis, Infallibilitas cum Primatu tam arcte connectitur ut primatus ipse in ordine ad veritatem non sit nisi inerrantia; primatus vero sit ipsius Ecclesiæ fundamentum; de Romani Pontificis Primatu in capite Schematis *De Ecclesia* pertractandum convenientius omnino videtur. »

### ORATIO III.

*De opportunitate definitionis  
hac ipsa nostra  
qua vivimus et movemur, ætate.*

Cum omnia quæ licent, non omnia expediant; probe disquiritur, utrum memorata Virginis assumptæ definitio temporibus hiisce nostris apprime collineet. Nos quidem ignoramus *utrum, quomodo, quando et a quo* Romanos inter Pontifices irretractabiliter de-

contradixerint, excommunicationis sententiâ ipso jure feratur... Quarta est, si quidquam, aut *expresse* et *proprie* a fidelibus firmiter credendum, aut tamquam dogma fidei catholice accipiendum dicatur, vel aliis similibus verbis aliquid esse Evangelio, doctrinæve Apostolorum, contrarium. De loc. theol. lib. 5, cap. 5, quest. 4.

(2) Sess. XXII, can. 7.

tide partem elucubremus. Multipliciter definiri catholica veritas potest, *directe* vel *indirecte*, idque rursus *expresse* vel *tacite*. a) *Directe* quidem, cum veritas subanathematis interminatione credenda proponitur. Quare tridentina Synodus: « Si quis negaverit, in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit (1). » b) *Indirecte*, cum *in obliquo*, ut ajunt, res tenenda proponitur, *in recto* autem infallibilitas Ecclesiæ, quæ ita docet esse sentiendum; ad hunc definitionum ordinem spectat hoc exemplum quod nobis suppeditat Concilium tridentinum: « Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit et docet: juxta evangelicam et apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi... anathema sit (2). » Heic infallibilitas Ecclesiæ *directe*, matrimonii vero doctrina *indirecte* sancitur. Cum enim tridentini PP. voluerint parcere græcis, matrimonium propter adulterium conjugis alterutrius dissolvi posse dogmatizantibus, cumque statuerint eadem definitione percellere novatores, qui ob contrariam Ecclesiæ doctrinam

(1) Sess. XIII, can. 3. (2) Sess. XXIV, can. 7.

(3) Inquit ad rem Benedictus XIV: « Summus Pontifex nedum est Doctor, sed est Pastor, eique Spiritus sanctus assistit non modo ut definiat res fidei, sed ut Ecclesiam quoque gubernet. » De Serv. Dei Beat., et Beat. Canoniz. lib. I, cap. XLIV, n. IV. Et S. Antoninus: « Quædam sunt, quæ facit Papa, pertinentia ad statum universalem totius Ecclesiæ... In talibus dicendum est, quod licet absolute, pensatis solis personis Pape, et Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare; supposita tamen divina Providentiâ, et Spiritum sanctum

et consuetudinem erroris eam incubantem, suum ipsi canonem, oratore supplicante veneto, ita temperarunt, ut, asserta catholica veritate, græci ab anathemate abierint immunes, damnatique novatores remanserint. Hac definitionis specie constabiliri quoque poterunt ea quæ divinitus revelata non sint, etsi mutabilia. Quam ob rem Apostoli definiunt sub tutela Spiritus sancti (*visum est Spiritui sancto et nobis*, Act. xv), ut a sanguine et suffocato (rebus mutabilibus sed necessariis eo tempore) christifideles absterneantur (3). c) *Expresse*, cum disertis conceptisque verbis jus credendum exprimitur. Unde tridentini PP.: « Si quis dixerit matrimonium non esse vere et proprie unum ex septem legis evangelicæ sacramentis a Christo Domino nostro institutum... anathema sit (4). » Res per se liquet. d) *Tacite*, dum factum cum jure servandum, seu factum quod a jure pendet atque in eo fundatur, adstruitur. Rem firmemus exemplo trid. Synodi: « Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de baptis- mi sacramento doctrinam: anathema sit (5). » Hoc canone *tacite* sancita est forma quam Romana Ecclesia in ba-

loqui per Ecclesiam, credendum est, Papam non posse errare. » Summa p. III, tit. XII, c. VIII, § II. Hinc sanciri definitione poterit, Ecclesiam errare non posse, cum doceat, vertentibus hiisce tempestatibus, nedum perutilem, verum necessarium esse civilem Romanæ Ecclesiæ principatum. Iste canon mere disciplinam attingit; dogmaticus tamen est, eo quod jus involvat seu potestatem Ecclesiæ in ejusmodi disciplina firmiter constituenda.

(4) Sess. XXIV, can. 1.

(5) Sess. VIII, can. 2.

ptismi collatione adhibet, simulque ritus, quo eadem per infusionem tingere consuevit.

Hisce prælibatis, sive *directe*, sive *indirecte*, aut *expresse* aut *tacite* poterit Ecclesia, quemadmodum huic melius in Domino placuerit, psychosomaticam Deiparentis Assumptionem dogmaticè constituere. Si *directe*, nobilior atque firmior erit definitio: nobilior, quum sic veritas Assumptionis ad ea quæ divinitus revelata sunt, certo veroque pertineat; firmior, nam qui, secus ac definitum erit, quod Deus avertat, sentire corde præsumperit, naufragium circa fidem patietur, et ab Ecclesiæ unitate desciscet (1). Si vero *indirecte*, mitior atque congruentior apparebit definitio: mitior, hæreseos enim notam dumtaxat incurrent qui Ecclesiæ inerrantiæ refragarentur; congruentior, quia pertinax et implacabile contra veritatem Assumptionis certamen deest, atque deerit fortasse deinceps. Si vero *tacite*, definitio satis abunde prodesset veritati nostræ, congruentique firmitate præpolleret; nimirum si ecclesiastici ritus cujus sit usus in colenda B. M. Virginis Assumptione, prout nunc obtinet, alma sanctitas decerneretur. Nobis exempla suppeditat tridentina Synodus: « Si quis dixerit, cæremonias, vestes, et externa signa, quibus in missarum celebratione Ec-

(1) Huc animadvertas velim: quadruplicem Melchior Canus regulam exhibuit, quam summa theologi consensione amplexi sunt, ut certam dogmatis propositionem internoscamus. Eas regulas profert Canus hiisce verbis: « Prima, et ea quidem manifesta, si contrarium asserentes pro hereticis judicentur... Altera nota est, cum in hanc formam Synodus decreta præscribit: *Si quis hoc aut illud senserit, anathema sit*... Tertia est, si in eos qui

clesia catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; anathema sit (2). » Et ita porro.

Quum autem Deiparentis Assumptio sit prope sequela logicumve compendium Imm. Conceptus, de utriusque veritatis harmonia in memorata formula loqui congruum videretur. Hanc cogitationem roborat E<sup>mus</sup> Bartholomæus D'Avanzo qui pulcherrima lucubratione: *Votum super schemate proposito de Romani Pontificis Infallibilitate* (XVII MARTII MDCCCLXX), n. XI hæc habet: « Quoniam, ex dictis, Infallibilitas cum Primatu tam arcte connectitur ut primatus ipse in ordine ad veritatem non sit nisi inerrantia; primatus vero sit ipsius Ecclesiæ fundamentum; de Romani Pontificis Primatu in capite Schematis *De Ecclesia* pertractandum convenientius omnino videtur. »

### ORATIO III.

*De opportunitate definitionis  
hac ipsa nostra  
qua vivimus et movemur, ætate.*

Cum omnia quæ licent, non omnia expediant; probe disquiritur, utrum memorata Virginis assumptæ definitio temporibus hiis nostris apprime collineet. Nos quidem ignoramus *utrum, quomodo, quando et a quo* Romanos inter Pontifices irretractabiliter de-

contradixerint, excommunicationis sententiâ ipso jure feratur... Quarta est, si quidquam, aut *expresse* et *proprie* a fidelibus firmiter credendum, aut tamquam dogma fidei catholice accipiendum dicatur, vel aliis similibus verbis aliquid esse Evangelio, doctrinæve Apostolorum, contrarium. De loc. theol. lib. 5, cap. 5, quest. 4.

(2) Sess. XXII, can. 7.

finienda demum sit corporea sacræ Deiparentis in cælos Assumptio. Non est nostrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate (1). Verumtamen plerasque congruentiæ rationes leviter attingemus, quibus effloret, licet tenuiter, hac ipsa temporum asperitate dogmaticæ definitionis opportunitas. Unde sit

### Caput I.

Quid Rom. Ecclesia plerasque dogmaticas definitiones, quas inter ea quæ respicit Assumptionem, longa post temporum curricula distulerit?

1. Prout quibuscumque sciscitantibus liquet, ratio est quia illæ ad salutem necessariæ minime sunt, quæ catholicam nempe fidem aut devotionem fidelium augere vel imminuere possint. Theologicarum quæstionum, quacumque de re sint, duo quidem genera dignoscuntur. Unum est earum quæ ad catholicam fidem spectant, eamque promovent et augent, prout sunt: an trinitas Hypostaseos credatur necesse sit; an solus Filius humanam assumpserit carnem; an vere fuerit passus; an vere mortuus; an vere resurgens, aliaque id genus plura. Species altera est earum quæ ad fidem non spectant, sed a theologis gratia suæ mentis exercitii proponuntur, veluti sunt: an Moyses et D. Paulus in hac vita degentes divinam conspexerint essentiam; an Christus meruerit angelis gratiam qua fulgent et gloriam qua fruuntur. De harum numero est quæstio hæc: *An B. V. Mariam cum anima et corpore Deus in cælum evertit, nec ne.* Nihil enim refert utrum

(1) Act. Apost. i, 7.

credas; et sive hoc, sive illud opineris, licet magnæ temeritatis labe fœdatus, jacturam fidei non patieris, quum Romana Ecclesia omnium ecclesiarum magistra et doctrix hac de re nihil hucusque definierit. Id tacet Ecclesia ad eruditionem nostram, ut nempe discamus pie nos humiliari Deo, et concedere Deum aliquid posse, quod nos fatemur investigare non posse, ut in epistola ad Volusianum Augustinus notavit. Cum supra sensum hominis plurima sint, quæ nos scire dedecet; illa tantum nos scire Deus voluit quæ utilia sunt, et ad salutem consequendam necessaria: quæ vero ad curiosam cupiditatem pertinent, reticuit, ut arcana forent, nec illa suæ revelavit Ecclesiæ, utpote non necessaria ad salutem. Deus igitur in hac via non quæ nostro palato curiositatique prorsus indulgeant, sed quæ utilitati consulant, sacra patefacit mysteria. In altera tamen vita, in patria, cuncta nostra bona desideria implebit, et tunc omnem nobis veritatem aperiet, ad quam nunc Spiritus sanctus, donec eo perveniamus, paulatim deducit. Hoc est quod Apostolus ait: *Ex parte cognoscimus: cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* (2). Quam ob rem ante dogmaticam definitionem, cum nondum eam Spiritus veritatis in omnem veritatem inducens Ecclesiæ suæ revelaverit, in auctoritate Rom. Pontificis placide conquiescimus oportet. « Cum nondum æterna sapientia tanti mysterii (scilicet Imm. Conceptus) penetralia patefecerit, in Dei, Romanorumque Pontificum au-

(2) I. ad Cor. xiii, 9.

toritate debent fideles populi conquiescere, » inquit Gregorius XV in epistola ad regem Hispaniæ.

2. Si qua tamen ratio, temporum historia et nostro dumtaxat tenui iudicio ducibus, peti congrue velit, quare nempe tamdiu desiderata Virginis assumptæ dogmatica definitio ad hoc usque tempus dilata fuerit; hæc, si mihi fas est libere loqui, congruentior esse videretur: quia videlicet peropportuna novissimis hisce temporibus apparet, maximam in catholicam rem utilitatem afferens. Et hæc princeps causa est quæ movet impellitque cujusvis catholice veritatis testem, magistrum ac iudicem, ut super Cathedrali sedeat, et veritatem aliquam irrefragabili firmare queat assensu, dummodo nempe magnam christicolis utilitatem gignat. Quandoquidem de pluribus catholice doctrinæ capitibus non nisi successu temporum dogmaticæ editæ fuerunt ab Ecclesia definitiones, quoties adjuncta rerum id postulabant. Hoc quidem factitatum est vel quia veritatem quæ in Ecclesia obtinebat antiquitus, liberi cogitatores impugnarunt, aut quodammodo temerarunt; vel quia excitatæ contentiones sunt et controversiæ, quibus fidelium animi turbarentur; vel denique si dogmatica definitio in rem catholicam benevertat, et uberrimis æternæ vitæ fructibus onusta progerminet.

Hisce præjectis, dicere faterique non ambigimus: longa temporum curricula fluxerunt, quin veritas Assumptionis præfiniretur: post multum vero temporis definienda proponitur, nedum quia fidelium iudicio pietatque conformius apparet, nec non paucis

actorum temporum hæreticis atque catholicis os obstruit, tumidamque compescit superbiam; verum etiam in illam erigimur spem fore, ut per id temporis quod triste gravidumque procellis navim Piscatoris minitatur, ingentem sane nec non peropportunam contulerit utilitatem. Quod ex rebus mox dicendis liquidius et uberius patefiet.

### Caput II.

Omnes utriusque mundi creature, non excepto Creatore, Virginis assumptæ dogmate mirum in modum congauerent.

1. Egregie, ut solet, Augustinus inquit: « Quid fortius desiderat anima, quam veritatem (1)? » Quanto tamen magis dogmaticum pro Virginis Assumptione decretum, de quo nulla penitus suboriri dubitatio potest? Id apud homines invenitur, ut quæ decora et ornamenta in illum conferuntur, quocum magna nobis benevolentia intercedit, ea magnopere ad nos pertinere quodammodo arbitremur; quodque gratum eidem esse novimus, id nostras animas non minori quidem voluptate perfundat. Quocirca, si Rom. Pontifex ab omni tribu et gente et populo et natione postularet, utrum discuperent infallibile de Virginis Assumptione decretum, omnium ardens votum ad instar electrici fluxus æternam in Urbem Orbis caput amore cordis ignitum atque mentis splendore coruscans perveniret, et universus ei populus, quemadmodum Joacim summo Pontifici in decernendo pro Judith honores, una quasi voce re-

(1) Tract. 6 in Joan., num. 5.

spondebit: *Fiat, fiat* (1). Si hac de re sacrorum Antistites interrogarentur, cum sua quisque diœcesi suffragium pro sacro dogmate ferret, et conversus ad Petrum inclamaret: in hac quam profitemur, Assumptionis veritate *confirma fratres tuos*. Id optima ratio suadet, quum Marianum illud corpus supernæ lucis candore refulgens divinum Puerulum per quem obtinere gloriam immortalem confidunt, eis mystice gignat; enimvero quotidie mysteria renovantur. Tot sunt tamque uberes sacræ lætitiæ sensus quibus afficimur hoc dogmate memores, ut eas in sinu continere non valeamus. Ipse Rom. Pontifex qui propter eos *qui foris sunt*, quacumque de re vexatus, quacumque de re spoliatus, dicere cum Propheta potest: *Torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum; intus*, in Ecclesia catholica Assumptionis dogmate quod mire solatur animum et recreat, infandum posset sui cordis dulcorare mœrorem. Quæ cum ita se habeant, *Eximius* ac *Illius* Aloysius Vaccarius inquit: « Certissimum est quod si Sedes Apostolica, vel aliquod Concilium œcumenicum solemniter et dogmatice in futuro definiat hunc novum articulum fidei, profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultabit, lætabiturque lætitia inenarrabili et glorificata (2). »

2. Gaudent sancti, quia corpus illud cælesti lumine micans tot retro sæculis optatum edidit Salvatorem per quem æternam consequi gloriam promeruerunt. Congaudent angeli, quum

(1) Jud. xv. 12.

(2) De B. V. M. Morte, Resurr. et in cœlum gloriosa Assumpt., cap. IX, art. II.

glorificatum illud corpus divinum genuerit Verbum J. C. D. N. per quem laudant angeli atque archangeli, cherubim quoque ac seraphim, per quem sanctis hominibus perduellium angelorum sedes impletæ quodammodo sunt. Hinc de Christo ex Virgine nascituro canebat Psalmographus: *Implebit ruinas* (3); ac si dicere velit: rebellium angelorum sedes replere conabitur. Et in hoc tantummodo sensu Christus Redemptor et Maria Redemptrix angelorum a sacris DD. quandoque vocitantur. Sed, ut melius horum lætitiarum in Assumptionis dogmate comprobemus, eorundem lætitiarum in Assumptionis die cognoscamus oportet. D. Bernardus autumat, cœlum empyreum evacuatum fuisse, ut in occursum Dei Genitricis exiret. Angeli gaudebant, archangeli jubilabant, throni exultabant, dominationes psallebant, principatus harmonizabant, potestates citharizabant, cherubim et seraphim hymnos concinebant, usque ad supremum divinæ Majestatis tribunal suam Reginam deducentes (4). Sed alibi (5) argumentum hoc prosecuti sumus. Est primum igitur inferre maximam angelorum et sanctorum lætitiarum in Assumptionis dogmate ab angelorum atque sanctorum maxima lætitia in Assumptionis die.

3. Dogmatica definitio est beatæ ipsimet Deiparæ perhonorifica, et ideo lætitiis affluens. Quid est enim ad laudem præclarius vel ad gloriam luculentius quod singularem Dei erga suam Genitricem benevolentiam pa-

(3) Psalm. cix. 7.

(4) Serm. de Assumpt.

(5) Cf. I. Disquisitionem nostram, I part., c. ult.

tefaciat? Quemadmodum cæteri homines, cum jacerent in culpa, erecti sunt; Mariam vero Dominus ne rueret in culpam, sustentavit et fulsit, quod singularem ei gloriam præbuit: ita cæteri homines, cum in tumulto jaceant, non eriguntur; Maria vero in tumulto jacuit, et æthereis circumamicta nitoribus æternum triumphatura, cælica regna conscendit, quod maximum illi decus honoremque parit. Brevi: Assumptio Virginis est speculum totius suæ vitæ, et ideo gaudiorum omnium, omnium virtutum, omniumque prærogatarum mirabile centrum, ad eum pene modum quo domus post suam perfectionem est omnium lapidum, omnium linearum, omniumque virium quæ de fundamentis nascuntur, mirabilis unio. Deiparentis Assumptio Deiparentem ab omnibus mire distinguit hominibus, et ei proinde singularem gloriam mire constituit singularemque celsitudinem: nam idem est *distinctivum* et *constitutivum*, ut scholæ loquuntur. Hac novâ gloriâ gloria Virginis magnum sublime culmen attinget, novoque plausu beatam eam dicent omnes generationes, quia fecit ei magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. Quæ cum ita sint, quot quantisque B. Virgo Deiparens ob Assumptionis dogma sacris lætitiis perfundatur, sat difficile dictu est. Tria dogmata mirifice connectuntur. Dogma divinæ Maternitatis, radix cujuscumque celsitudinis in ordine prædestinationis; dogma Imm. Conceptus, principium cujuscumque sanctitatis in ordine gratiæ; dogma Assumptionis, beatitatis origo in ordine gloriæ. As-

sumptionis igitur dogmate B. Virgo postremæ celsitudinis culmen attingit.

4. Neque Christus minora gaudia sumit. In corpore namque suæ Genitricis glorificato suæ humanitatis originem cernit, atque proin ipsius meritum, necnon humanæ salutis radicem contemplatur. Hic est venter, inquit, in quo Spiritus sancti virtute fui natura mirante conceptus et natus, humanæ salutis negotia gerens. Hi sunt pedes qui me puerulum in Ægyptum contulerunt, et in corpore clausum sacra velut pyxide per bethlemiticam viam gestarunt. Hæ sunt manus quæ mihi cibum suppeditabant, dulcique me dilectione complectebantur. Illa sunt ubera quibus eram virgineo lacte nutritus. Illud est mellifluum os quod mihi paradisi verba dirigebat. Illud autem peramabile cor quod ardenti me prosequeretur amore, atque in eo omnia mea verba conservabat et sapientissime conferebat. Illi denique purissimi oculi qui me in cruce patientem contemplantur, totamque per eos meam hibeant passionem. Hæc Christus in materno corpore premeus, cor suum magna lætitia replet.

Nec satis: impossibile omnino est oculo corporeo quantumvis glorificato Deum aliumve spiritum cernere. Porro Christus corporali oculo Matris corpus aspiciens, paulo majorem, ut sic dicam beatitudinem acquirit, et ipsi oculi bibunt in illo tamquam formosa crystallo gratum solamen, jucundam voluptatem, inenarrabilemque dulcorem. Hisce prælibatis, quantum Christus haberet gratum Virginis assumptæ dogma, ex cujus veritate tantam ipse

dulcedinem haurit? Eum pro Petri successore videtur ejus Patrem rogaturum, ut non deficeret fides sua, corpoream Deiparentis Assumptionem ex cathedra docens.

Summa Trias magnopere gauderet. Ubi primum B. Virgo in anima et corpore nitens ad supremum S<sup>ma</sup> Trinitatis thronum deducta est, clarissimo illo divinæ gloriæ lumine colostrata magnificavit Dominum, et exultavit spiritus ejus in Deo salutari suo. Eternus mox Pater eam uti Filiam acceptissimam, Filius ut Matrem dulcissimam, Spiritus sanctus uti Sponsam charissimam arcissimo deitatis suæ complexu firmavit, ac in proximo throno gloriæ sacræ humanitatis Christi super omnes angelos et beatos eminentissime collocavit. Pater diadema suæ omnipotentiae dedit, Filius arcana suæ sapientiae revelavit, Spiritus sanctus charitatis suæ atque misericordiae donum ei contulit. Pater lunam, h. e. militantem Ecclesiam sub pedibus illius subiecit, Filius sole suæ clarissimæ visionis eam vestivit, Spiritus sanctus coronam stellarum duodecim, h. e. omnium suorum donorum et gratiarum ornamenta capiti ejus imposuit. Si porro S<sup>ma</sup> Trias Assumptionem Virginis tot tantisque cumularit honoribus, nollet eandem dogmatico firmari decreto, ut ab omnibus inconcussa fide teneretur?

5. Imo præfatum dogma, quid dicam? omnium paulisper damnatorum pœnam dulcoraret. Etenim nonnullorum sententia est, in die Assumptionis B. M. V. omnes damnatos remedium quiddam ac refrigerium sentire propter gratiam Virginis hac die in cælum

assumptæ. Non auderem hoc asserere, nisi pro me tenerem S. Odilonem abbatem cluniacensem qui hæc habet: « Dicam aliquid plus, si audeo, dicam fideli præsumptione, dicam pia temeritate. Totus mundus hodie condigna jubilatione lætatur et gaudet, tartarus tantummodo ululat, fremit, et submurmurat; quoniam gaudium, et lætitia hujus diei claustris infernalibus inclusis aliquod remedium et refrigerium præstat. Non audent, ut opinor, ministri tartarei hodie attingere suos captivos, quos recolunt redemptos illius sanguine, qui pro mundi salute est dignatus nasci de Virgine (1). » Animadvertite, hunc S. Patrem non asserere damnatos nullum sustinere supplicium in festo Assumptionis B. M. V.; sed tantum eo die dæmones tangere illos non audent: quod certe non est modicum remedium, nec parva consolatio miseris illis afflictis, licet aliunde gravius torqueantur. Si quid proinde refrigerii Assumptionis die recipiant damnati, quanto magis id censendum pariter est, si prædicta veritas Assumptionis ad dogma catholicum eveheretur? Perspicua res est.

6. Cuncta denique congaudent universæ creationis elementa; quia in mariano corpore, de cujus Assumptione dogmaticum decretum versaretur, tamquam in rutilo cælo divinus emicuit Sol, cujus splendor caligantem irradiavere naturam. Homine siquidem lapsa, tota ruit natura, totus mundus, ut ait Bossuetus, magnum erat idolorum templum, et, excepto Deo, totum erat Deus. Ita sol erat

(1) Serm. de Assumpt.

Apollo, luna Diana, mare Neptunus, nemora Dryades, flumina Danaides, homo Deus, creatura Creator. Quis tamen mythologicum hoc velamen dilaceravit? *Fiat* Mariæ quod Verbo divino humanitatem præbens, universam naturam a teterrimo chaos iterum traxit, adeo, ut *fiat* Dei mundum fecerit; *fiat* Mariæ mundum refecerit. Marianum proinde corpus æterno Verbo purissimam suppedians carnem, instrumentum fuit universalis rerum instaurationis. « Incarnatio, » peracutus inquit Cajetanus, « est elevatio totius universi in divinam personam. Deus enim universo mundo se summe communicavit, cum incarnatus est; assumpta enim natura humana, assumpsit spiritualia, corporalia, sensitiva et vegetativa: unde in uno homine totum mundum evexit, deificavit, et quodammodo redemit. » Quapropter in Litanis Lauretanis: *Fili Redemptor mundi Deus*, orare consuescimus. Vox autem *mundi* omnem significat creaturam per illud Joannis: *Et mundus per ipsum factus est* (1).

Exinde planum fit, ut Assumptionis veritas, universa terræ cælique jubilante natura, catholicum dogma pronuntiaretur. Cælum quod videt, mundus qui credit, res aliæ quæ faciunt verbum Dei, pro Assumptione Virginis erga Pontificem Romanum ardentissima supplicia vota convergunt. Cælum quod Pontificem hunc ab hoste protegit, mundus qui eum ardenti amore complectitur, natura quæ illi salutem non lædit, communem quasi obolum lubenter Romam

(1) Cap. 1, 10.

mittunt, ut optatum dogma facilius obtinerent. Id mysticum obolum, ea supplicia vota lubenter excipit summus Ecclesiæ Primas, adeo, ut incipiat aperiri pro assumptæ Virginis dogmate desiderium collium æternorum, utriusque Jerusalem, Cæli ac Romæ, utriusque summi Capitis, Christi ac Leonis desiderium, ut ita loquar, cælestium romanorumque collium æternorum.

### Caput III.

De analogiis inter Leonem XIII et dogmaticum Virginis assumptæ decretum.

1. Nequaquam hoc capite nobis aperire animus est, Leonem XIII ad Assumptionis decretum dogmaticum edendum a divina Providentia fuisse certo veroque constitutum. Hæc tantummodo mens nobis insedit, eas quas nunc referimus, analogias tamquam radios esse, qui suo splendore, priusquam sol oriatur, longinquam invadunt, superioremque nubem. — Liberi cogitatores, si veritati apprime studerent, ex iis dumtaxat externis quibus Ecclesia perfunditur, harmoniis eam agnoscere faterique deberent.

Leo, decimustertius hoc nomine (quem diu pro universæ Ecclesiæ bono incolumem Deus sospitemque servet), limina lucis inivit auspicante hoc ævo, ut in finem vergente magnus ille Pontifex longo suæ vitæ curriculo, necnon sapientia, auctoritate, omnique virtutum genere totam hanc nonadecimam complecteretur ætatem. Omnia in eo tamquam mysteria latent. Si proinde genitores



dulcedinem haurit? Eum pro Petri successore videtur ejus Patrem rogaturum, ut non deficeret fides sua, corpoream Deiparentis Assumptionem ex cathedra docens.

Summa Trias magnopere gauderet. Ubi primum B. Virgo in anima et corpore nitens ad supremum S<sup>ma</sup> Trinitatis thronum deducta est, clarissimo illo divinæ gloriæ lumine colostrata magnificavit Dominum, et exultavit spiritus ejus in Deo salutari suo. Eternus mox Pater eam uti Filiam acceptissimam, Filius ut Matrem dulcissimam, Spiritus sanctus uti Sponsam charissimam arcissimo deitatis suæ complexu firmavit, ac in proximo throno gloriæ sacræ humanitatis Christi super omnes angelos et beatos eminentissime collocavit. Pater diadema suæ omnipotentiae dedit, Filius arcana suæ sapientiae revelavit, Spiritus sanctus charitatis suæ atque misericordiae donum ei contulit. Pater lunam, h. e. militantem Ecclesiam sub pedibus illius subiecit, Filius sole suæ clarissimæ visionis eam vestivit, Spiritus sanctus coronam stellarum duodecim, h. e. omnium suorum donorum et gratiarum ornamenta capiti ejus imposuit. Si porro S<sup>ma</sup> Trias Assumptionem Virginis tot tantisque cumularit honoribus, nollet eandem dogmatico firmari decreto, ut ab omnibus inconcussa fide teneretur?

5. Imo præfatum dogma, quid dicam? omnium paulisper damnatorum pœnam dulcoraret. Etenim nonnullorum sententia est, in die Assumptionis B. M. V. omnes damnatos remedium quiddam ac refrigerium sentire propter gratiam Virginis hac die in cælum

assumptæ. Non auferem hoc asserere, nisi pro me tenerem S. Odilonem abbatem cluniacensem qui hæc habet: « Dicam aliquid plus, si audeo, dicam fideli præsumptione, dicam pia temeritate. Totus mundus hodie condigna jubilatione lætatur et gaudet, tartarus tantummodo ululat, fremit, et submurmurat; quoniam gaudium, et lætitia hujus diei claustris infernalibus inclusis aliquod remedium et refrigerium præstat. Non audent, ut opinor, ministri tartarei hodie attingere suos captivos, quos recolunt redemptos illius sanguine, qui pro mundi salute est dignatus nasci de Virgine (1). » Animadvertite, hunc S. Patrem non asserere damnatos nullum sustinere supplicium in festo Assumptionis B. M. V.; sed tantum eo die dæmones tangere illos non audent: quod certe non est modicum remedium, nec parva consolatio miseris illis afflictis, licet aliunde gravius torqueantur. Si quid proinde refrigerii Assumptionis die recipiant damnati, quanto magis id censendum pariter est, si prædicta veritas Assumptionis ad dogma catholicum eveheretur? Perspicua res est.

6. Cuncta denique congaudent universæ creationis elementa; quia in mariano corpore, de cujus Assumptione dogmaticum decretum versaretur, tamquam in rutilo cælo divinus emicuit Sol, cujus splendor caligantem irradiavere naturam. Homine siquidem lapsa, tota ruit natura, totus mundus, ut ait Bossuetus, magnum erat idolorum templum, et, excepto Deo, totum erat Deus. Ita sol erat

(1) Serm. de Assumpt.

Apollo, luna Diana, mare Neptunus, nemora Dryades, flumina Danaides, homo Deus, creatura Creator. Quis tamen mythologicum hoc velamen dilaceravit? *Fiat* Mariæ quod Verbo divino humanitatem præbens, universam naturam a teterrimo chaos iterum traxit, adeo, ut *fiat* Dei mundum fecerit; *fiat* Mariæ mundum refecerit. Marianum proinde corpus æterno Verbo purissimam suppedians carnem, instrumentum fuit universalis rerum instaurationis. « Incarnatio, » peracutus inquit Cajetanus, « est elevatio totius universi in divinam personam. Deus enim universo mundo se summe communicavit, cum incarnatus est; assumpta enim natura humana, assumpsit spiritualia, corporalia, sensitiva et vegetativa: unde in uno homine totum mundum evexit, deificavit, et quodammodo redemit. » Quapropter in Litanis Lauretanis: *Fili Redemptor mundi Deus*, orare consuescimus. Vox autem *mundi* omnem significat creaturam per illud Joannis: *Et mundus per ipsum factus est* (1).

Exinde planum fit, ut Assumptionis veritas, universa terræ cælique jubilante natura, catholicum dogma pronuntiaretur. Cælum quod videt, mundus qui credit, res aliæ quæ faciunt verbum Dei, pro Assumptione Virginis erga Pontificem Romanum ardentissima supplicia vota convergunt. Cælum quod Pontificem hunc ab hoste protegit, mundus qui eum ardenti amore complectitur, natura quæ illi salutem non lædit, communem quasi obolum lubenter Romam

(1) Cap. 1, 10.

mittunt, ut optatum dogma facilius obtinerent. Id mysticum obolum, ea supplicia vota lubenter excipit summus Ecclesiæ Primas, adeo, ut incipiat aperiri pro assumptæ Virginis dogmate desiderium collium æternorum, utriusque Jerusalem, Cæli ac Romæ, utriusque summi Capitis, Christi ac Leonis desiderium, ut ita loquar, cælestium romanorumque collium æternorum.

### Caput III.

De analogiis inter Leonem XIII et dogmaticum Virginis assumptæ decretum.

1. Nequaquam hoc capite nobis aperire animus est, Leonem XIII ad Assumptionis decretum dogmaticum edendum a divina Providentia fuisse certo veroque constitutum. Hæc tantummodo mens nobis insedit, eas quas nunc referimus, analogias tamquam radios esse, qui suo splendore, priusquam sol oriatur, longinquam invadunt, superioremque nubem. — Liberi cogitatores, si veritati apprime studerent, ex iis dumtaxat externis quibus Ecclesia perfunditur, harmoniis eam agnoscere faterique deberent.

Leo, decimustertius hoc nomine (quem diu pro universæ Ecclesiæ bono incolumem Deus sospitemque servet), limina lucis inivit auspicante hoc ævo, ut in finem vergente magnus ille Pontifex longo suæ vitæ curriculo, necnon sapientia, auctoritate, omnique virtutum genere totam hanc nonadecimam complecteretur ætatem. Omnia in eo tamquam mysteria latent. Si proinde genitores

ejus ipsimet (1) nomen Joachim indiderint, fortassis contigit, divino providente Numine, ut scilicet ad instar summi Pontificis Joacim vel Joachim qui cum universis presbyteris suis Judith Bethuliam gloriose remeanti meritos indicit honores, fortissimam illam Judith contrito capite, non Holofernis, sed truculentissimi omnium hostis Luciferi jucundo cœlicolarum omnium plausu exceptam, supernamque Bethuliam cum anima simul et corpore ingredientem summis decoraret honoribus, id nempe dogmaticæ firmans. — Pius IX cujus semper honor, nomenque sumum, laudesque manebunt, in baptismo Joannis nomen accepit, cujus festum agitur in mense Decembri, quo, *græcis, latinis et barbaris* uno pene corde gestientibus, Immaculatum Virginis Mariæ Conceptum per quem magnum sibi peperit indelebile decus, anathemate sanxit. Eadem, opinor, ratione Leo XIII in unda salutiferi fluminis Joachim nomen adsevit, cujus festum celebratur in mense augusti, ut in eodem mense Virginis Assumptionem posset sub hæreseos interminatione constituere. — Divinam Providentiam indidisse videtur hoc nomen, ut trinam Assumptionem præferret, assumptionem Virginis ad cælum, et duplicem assumptionem ipsiusmet Joachim ad utriusque sacri et civilis Principatus honorem. Re quidem vera: Eliachim, Eli et Joachim no-

(1) Huc magni facit monitum Cardinalis Wiseman: « Sebbene è cosa ben cognita che il Papa al suo avvenimento prende un nuovo nome, giustamente l'uso de' suoi predecessori, non è però tanto generalmente noto che nella firma degli originali delle Bolle ritiene il suo nome battesimale.

mina sunt unius ejusdemque viri, ut liquido constat ex lib. IV Regum xxv: quia ab Eliachim per *apocopen* priorum vel posteriorum syllabarum fit Eli et Joachim. Hisce præactis, nomen Joachim Virginis ad cælum Assumptionem designat. Parentes enim meliores exprimunt prærogativas filiorum; unde si de Maria bene dicatur, quod Christum genuerit Redemptorem qui *resurgens ex mortuis, jam non moritur*; de Joachim dicere quoque fas est, quod Mariam pepererit Redemptricem quæ resurgit ex mortuis, inque cælum assumitur. Secundo nomen Eli duplicem assumptionem ipsius Joachim ad utriusque sacri et civilis Principatus honorem declarat. Quandoquidem, prout Judicium commemorat historia, utramque simul Eli supremam auctoritatem conjunxit et identificavit, hoc disponente qui est Sacerdos et Rex in æternum. In Eliachim demum nomine quod Eli et Joachim nomen amplectitur, insculpta reperitur arcta triplicem inter Assumptionem necessitudo. Cardinalis Bartholomæus D'Avanzo ad Sanctissimum Patrem Pium IX scribens, hæc itidem aperiebat: « Deinde quoniam JOANNES est nomen tuum, atque a prædilecto isto Discipulo tum charitatem nimiam erga errantes, tum indomitum zelum contra contumaces modernos Marcionis... ominamur quoque ut ejusdem sancti Evangelistæ

« Così è che Leone XII continuava a sottoscrivere « Annibale, » e il Papa attuale Pio IX firma « Giovanni, » appiè de' più importanti documenti ecclesiastici. La firma è questa: « Placet Joannes. » *Rimembranze degli ultimi quattro Papi e di Roma a' tempi loro*, pag. 144, Milano 1858.

longævitatem tibi tribuat Jesus Christus Dominus Noster, et sic te *velit manere donec veniat* Ecclesiæ triumphus; atque post tempestatem diutissima tranquillitate et pace in Ecclesia frui tibi largiatur (1). » Hinc agnoscas velim fecunditatem nominis.

Notandum insuper est, parentes esse proclives, ut sibi conjunctos maximis prærogativis ornarent. Quocirca si Pius IX fel. mem. Joannes in baptismo vocatur, ut spirituali quadam ratione Virginis Deiparæ propinquus erga Conceptionem ipsius Immaculatam summum facilius honorem contulisset: eodem ferme modo Leo XIII Joachim in sacra lympha nuncupatur, ut B. Virginis Deiparæ quasi conjunctus, eam lubentius in gloriosissima ejusdem Assumptione maximo atque summo cumulet honore. Duos hosce Pontifices hac nostra ætate Deum maluisse videtur, ut alter primum, et postremum alter B. M. Virginis mysterium irretractabili firmarent assensu: eo vel magis quod iste cum illo plane cohæreat (2).

2. Pontificatus etiam nomen mire congruit edendæ definitioni, cui plusculum difficultatis est: non enim magna urget necessitas, sed magna solummodo compellit utilitas ad eam constabiliendam definitionem. Ut id autem obtineretur, oportuit ut Leo Decimustertius universalis Ecclesiæ gereret curam. Leo est animal gene-

(1) Lettera a Sua Santità Pio Pp. IX — *Augurii, Indulgenze, Obolo* — 3 Gennaio 1873.

(2) Memoratus Barthol. D'Avanzo inquit ad rem: « Prostrati col pensiero al trono del Nostro Signore... umilmente preghiamolo affinché, essendosi Egli degnato di porgere al nostro supremo Duca (Leone XIII) quasi spada santa il Ponti-

rosam et nobile, accepti beneficii memor, illud gratitudine qua potest, diligenter rependit. De Leone autem de tribu Judæ quid dicam? Haud dubium, quin ipse, utpote majori generosità præditus, majori etiam liberalitate beneficia per Virginem Mariam accepta et in eo immortalia permansura rependat, ejusque votis morem gerat. Quid autem B. Virginis Deiparæ jucundius quam ejus Assumptio dogmaticæ pronuntianda? Id utique Leo XIII præstabit, et, quamvis nonnullæ oriantur difficultates, protinus et facile dissolvat, adeo, ut jucundo hilarique animo conclamaverimus: *Vicit leo de tribu Juda* (3), pavor Ægypti, atque Israel dulces solamen.

Id conceptus biblicus mirifice declarat. Quamvis enim Christus Matris suæ miraculum postulanti responsum dederit: *Nondum venit hora mea*; quo tamen Matrem honore prosequeretur, illud tempus prævenit, et initium signorum propter eam et preces ejus illustrandas præoccupavit; ita, tametsi Romanus Præsul provida sapientique circa negotia fidei sollicitudine moveatur, et, licet nondum fortasse venerit hora petiti dogmatis edendi; tamen Leo XIII ad preces suæ Matris Mariæ plurifariam necnon per hanc thesin effusas, ad imitationem Christi cujus legatione fungitur, illud proculdubio tempus præveniet.

« ficato di Pio, perciocchè Egli lo ha accettato e fatto suo proprio, come ormai amici e nemici confessano, conceda ancora che i primordii di Leone sieno conformi alla fine del gran Pio. » *Prolosure letta nella Pontificia Accademia Tiberina*, 17 Giugno 1873.

(3) Apoc. v, 5.

Ulterius: in mense Julii sol in signo leonis ex astrologorum sententia commoratur, quasique nos in mense Augusti manuducit, in quo sol in signo Virginis pulcherrime nitet. Porro, si magna licet componere parvis, ingenue dicam: Leo XIII Pont. Max., sub cujus regimine lætam pro re catholica concepimus spem, ille summus est in quo divinus Sol micantissima luce coruscat, quasique lucem hanc in mense Augusti ad purissimam omnium virginum Virginem gestat, ejus videlicet Assumptionem immobili divinæ lucis verbo glorificans.

Immo, nedum requiritur, ut sic loquar, pro Virginis Assumptione definienda Pontifex Leo, verum etiam Leo XIII. a) Quia hæc arca Dei viventis, transacto septuaginta plus minus duorum annorum vitæ diluvio, super montes cælestis Armeniæ requievit. Jam vero B. Virginem Deiparam suæ Assumptionis privilegii meminisse videtur hæc læta hæc fausta promittentem, ut, quemadmodum ipsa, arca vivens in ea ætate super montes cælestis Armeniæ, uti diximus, æternum quievit; pariter Leo XIII in anno vitæ suæ circiter 72, suam ex cathedra definiens Assumptionem, super septem colles almæ Urbis, transacto tot persecutionum diluvio, in longitudinem dierum, Deiparæ Virginis influxu mirabiliter opitulante, requieverit. b) Quia duodecim majora privilegia recensentur, quibus in hac vita Deiparam Virginem Deus instructam esse voluit: ergo xiii privilegium quo B. Virgo fruitur in cælis, XIII Leo pastoris atque doctoris

charismate fungens proclamare debebit.

3. Si omnes in suo Pontificatu Leonis Virginem Deiparam majori quæ eis licuit ratione celebraverint, Leo Decimustertius qui ob suæ prudentiæ, sapientiæ, zeli, sanctitatisque nitorem, nec non ob aureum suæ eloquentiæ flumen Leonem M. imitatur, de assumpta Virgine irretractabilem poterit remove sermone, quum ardenti voluptate totus in orbem terrarum mundus illum præstoleatur? Ne vero nimii simus, Leonem RR. PP. historiam summam percurrentes, unum vel alterum retulisse sufficiat, Leonem I et Leonem X. Prior sui amoris erga Deiparam Virginem monumentum reliquit, cum ejus honorem a Nestorianis et Eutychnianis infensissimis ejus adversariis impugnatum egregie propugnavit, et se totum ad propagandum Dei et Matris ejus cultum et fidem orthodoxam dilatandam atque confirmandam contulit. Quare chalcedonensem œcumenicam Synodum indixit, ubi, sexcentis triginta coactis Episcopis Nestorius, Eutyches et Dioscorus hæretici damnati sunt (1). Leo insuper hoc nomine decimus omnium superiorum PP. beneficia, h. e. indulgentias et immunitates ædi lauretanæ concessas, edito diplomate, ratificavit, atque alia concessit. Lauretanam ecclesiam Collegiatam esse voluit, ubi duodecim canonicos, totidemque sacerdotes assiduos quos *mansionarios* vocant, constituit. Eandem ædem egregiis ornamentis muneribusque condecoravit. Sacellum illud, venerabile cun-

(1) Cf. Antonium de Balinghem die 11 Aprilis.

ctis, extrinsecus candido marmore pretioso vestivit; Lauretum insuper altis mœnibus cinxit (1). Ejusdem Pontificis erga B. Virginem pietas reluxit, cum ann. 1518 Urbe undique turcarum metu percussa, ad impetrandam contra eos christianorum principum concordiam miraculosam Deiparentis imaginem ex Sancta Maria in porticu allatam in solemnibus supplicatione deferri jussit, quam cum Cardinalibus nudis ipse pedibus prosecutus est. Idem Pontifex affectum suum erga gloriosam Virginem declaravit, cum rosarii archiconfraternitatem, ritum sive modum orandi hujusmodi, nec non omnes et singulas indulgentias, tam per Xystum et Innocentium suos prædecessores, quam per Alexandrum episcopum foroli- viensem nuntium apostolicum, aliosque Ordinarios concessas approbavit, confirmavit, innovavit, et alias indulgentias, prærogativas, privilegia concessit, et in festivitatibus indulgentiam ad instar jubilæi largitus est in Bulla quæ incipit: *Pastoris æterni*, edita an. 1520. Aliorum pariter decem Leonum pietas atque studium opitulatricem Dei Parentem certatim laudandi ornandique maximopere micuit, adeo, ut suam *unice pulcram* splendidiore perpetuo cultu coluerint, et in ejus laudem imperitura postgenitis monumenta reliquerint.

Ad eum tamen ex quo profecti sumus, revertamur.

4. Sub initio regni Leonis XIII et sub ejusdem propemodum oculis nestoriana vox audita fuit, ac protinus per qualemcumque locum epheme-

(1) Vide Tursellinum in hist. lauret. l. 2, c. 17.

ridum nube perlata: *Humanum habetur figmentum, Virginem Mariam esse, vocarique posse Theotocon*. Quod passim ac sæpe sæpius a neologis repetitur, eo quod jure meritoque patetur origo christianæ Religionis. Omnis autem hæresis aut ideo surgit, ut splendore fidei radicitus evellatur, aut ideo surgit, ut per eam quædam catholica veritas novum admirabile lumen, novumque splendorem acquirat. Hanc proin hæresim aliquantulum ætate nostra renovatam permisisse Deum putamus, ut Assumptio Virginis dogmatica definitione collustretur. Quemadmodum D. Epiphanius (2) pro telis hæreticorum Virginis puritatem blasphemantium retundendis Virginis Assumptionem urgebat, imo per hyperbolen ejus quoque mortem in dubium vertebat; ita pro nova nestoriana hæresi refellenda plurimum præstat, si Virginis Assumptio sub anathematis interminatione nobis credenda proponatur. Qualis Assumptionem inter et divinam Maternitatem mirabilis harmonia! Eatenus Deiparæ corpus fuit ad cælica regna sublimatum, quatenus summopere dedebat, ea viscera quæ Deum et Hominem peperisse fatemur, corrodi vermibus atque macula putredinis infuscari.

5. Alio tamen eventu non pigeat eandem nos inquirere veritatem. Haud paucis ab hinc annis piæ benevolentis multitudini devotio suasit Virgini Deiparæ quam *Matrem Gratiarum* nuncupant, magnificum atque ingens construere templum. Leo XIII qui tunc temporis juvenili ætate flore-

(2) Hær. 78 contr. Antidicomarianitas.

scens rem politicam gerebat, primam uti fertur, huic templo petram jecit. Id autem templum sub ejus pontificatu novi beneventani Archipræsulis influxu (qui ut vera dicamus, magni prædecessoris Ursini tamquam redi-viva coruscat imago) omni venustatis nitore perficitur. Sed nequaquam perfectionis culmen attingit, quum coronæ qua B. V. Deipara redimita coruscat, quandam fulgidam stellam, Assumptionem nempe dogmatico decreto constabilitam deesse videatur. Dumtaxat qui cœpit hoc templum primo lapide moliri, atque in toto suæ vitæ curriculo mysticum B. Virginis templum construxisse visus est, poterit supplere defectum, et huic templo perfectionis verticem superad-dere.

Quas tamen ob id suo glorificatori debitas grates B. Virgo referret? Quemadmodum crediderim B. Virg. Mariam, cum Leo XIII primam huic templo petram constituit, suum rogavisse Filium, ut ei diceret: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (1); itidem opinor, Filium, hac nacla dogmatis occasione, deprecari ut ipsimet ante mortem magnam dierum longitudinem et post mortem magnum miraculorum cumulum, velut prædecessori (cujus memoria veneranda nobis est) Immaculatum Conceptum definenti, ubertim ex divino thesauro largiretur.

(1) E. mus Barthol. D'Avanzo testatur: "Che Gesù a' giorni nostri commove l'Orbe cattolico colla maravigliosa e quasi diresti ispirata elezione del degnissimo Successore di Pio." *Pro- fusione letta nella Pontificia Accademia Tiberina*, per

Hisce cunctis prælibatis, dogmaticum de Virginis Assumptione decretum Spiritum sanctum, Spiritum veritatis quo mirabiliter afflante constituitur, tam gratum habere rationabiliter autumamus, ut cælis egrediens candidissima prouti columba læto circumvolatu super caput Romani Pontificis applaudere lubenter gratularique videatur.

6. Priusquam huic capiti finem imponamus, non erit abs re commone- re: RR. Præsules duplici de causa speciali quadam ratione Virg. Deiparam celebrare compelluntur. a) Quia obstrictiores Deiparæ filii sunt, quum propter divinam, ferme dixerim, eorumdem auctoritatem tamquam sui Filii perfectiores imagines concipiantur. b) Quia, eam identidem celebrantes, solvunt grates et re- pendunt amorem pro beneficio D. Petro in sua trina negatione collato. Credibile sat est, inquit Bosquerus minorita disertissimus (2), D. Petrum post abnegationem Magistri de domo pontificis exeuntem ivisse ad B. V. Mariam, suum dixisse peccatum, quæsisisse consilium, consolationes, preces. Verisimile pariter est, additum ipsi ab ea solamen, erectam spem misericordiæ suis procuratam intercessionibus, alioquin forte non minus perituro quam Judas. c) Quia Virgo Maria, humani generis opitulatrix, ingruentia teterrima mala, RR. Pontificibus enixe precantibus,

una solenne tornata commemorativa della esaltazione del gran Pontefice Pio Pp. IX di s. m. (17 Giugno 1878).

(2) Serm. 81 De filio prodigo.

averrancavit, et adjutricem manum societati prope collapsuræ identidem porrexit.

#### Caput IV.

Assumptionis dogmate præcipue collustrantur Catholice Religionis veritates, ita, ut præcipue nostrorum temporum hæreses profingentur, quibus constituitur pugna contra veritatem definiendam requisita.

1. Veritatem Assumptionis conspectu sæculi XIX definiiri ponamus. Ubi pugna, ubi certamen? Sæculo IV perpetua definiebatur Mariana Virginitas; sæculo V ejus divina Maternitas. Sed contra illam Jovinianus, contra istam Nestorius pro virili pugnabat. Ad ali- quod edendum irreformabile decretum, prius omnino requiritur, ut illud neologi e veritatum albo penitus expunxerint, vel saltem in dubium verterint. Id me non temere sentire profiteor. Christus ut de sua Divinitate fidem in Apostolis firmaret et quasi definiret, eos in unum convocavit, eisque in unum convocatis quæstionem hanc proposuit dirimendam: *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* En pugna et certamen: alii enim Isaiam, alii Jeremiam, alii alium prophetam Filium hominis putabant. Petrus qui futurus erat Ecclesiæ primas et caput, quæstionem resolvit, dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi.*

Jam vero, ubinam sunt contra Virginis Assumptionem conflictus et pugnae? ubinam Jovinianus et Nestorius? ubinam inter homines discrepantia sententiarum?

Ne hoc difficile nodum resecuris

potius quam resolvisse videamur, ipsum Assumptionis dogma parumper enucleemus oportet. Quid Ecclesia hoc dogma pronuntiet? ut fideles immobili veritate contineat, unam dumtaxat creaturam, Mariam nempe Virginem singulari privilegio cum anima et corpore fuisse ad cælica regna divinitus sublimatam; et simul implicita consequentique ratione catholicam de universa mortuorum resurrectione doctrinam. Porro, quærimus, num contra geminam hanc veritatem christianæ Religionis oseres nunc temporis debacchentur? minime quoad primam: aliis nefariis consiliis vagant, aliisque conaminibus in suis rapiuntur conventiculis. Attamen perpati nollent, sub eorum oculis quempiam divina prope virtute polentem irretractabili firmare consensu, quod omnes homines non ad nihilum remeant, sed ad æternam vitam aut gloriæ aut pœnæ resurgant et reviviscant. En pugna, en hostes, en contra Virginis Assumptionem dogmatice pronuntiandam antiquus serpens qui hujus rei causa oculis ardet, rabie uritur, horrendaque sibila mittit. Quasnam inimicitias posuit an. 1854 furentis viparæ semen contra Immaculatam et sine labe conceptam Geneleos Mulierem? Nullam prorsus habere voluit quæstionem. Sed quia Imm. Conceptus mirum in modum solidabat originale peccatum, quo vel penitus negato, vel nullatenus agnito, vel perperam intellecto, quamplures cooriebantur errores, ut scite monet Bossuetus Italicæ Eminentissimus Cajetanus Alimonda libro quem inscripsit: *Il domma dell'Immacolata*, nec-

scens rem politicam gerebat, primam uti fertur, huic templo petram jecit. Id autem templum sub ejus pontificatu novi beneventani Archipræsulis influxu (qui ut vera dicamus, magni prædecessoris Ursini tamquam redi-viva coruscat imago) omni venustatis nitore perficitur. Sed nequaquam perfectionis culmen attingit, quum coronæ qua B. V. Deipara redimita coruscat, quandam fulgidam stellam, Assumptionem nempe dogmatico decreto constabilitam deesse videatur. Dumtaxat qui cœpit hoc templum primo lapide moliri, atque in toto suæ vitæ curriculo mysticum B. Virginis templum construxisse visus est, poterit supplere defectum, et huic templo perfectionis verticem superad-dere.

Quas tamen ob id suo glorificatori debitas grates B. Virgo referret? Quemadmodum crediderim B. Virg. Mariam, cum Leo XIII primam huic templo petram constituit, suum rogavisse Filium, ut ei diceret: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (1); itidem opinor, Filium, hac nacla dogmatis occasione, deprecari ut ipsimet ante mortem magnam dierum longitudinem et post mortem magnum miraculorum cumulum, velut prædecessori (cujus memoria veneranda nobis est) Immaculatum Conceptum defini-entem, ubertim ex divino thesauro largiretur.

(1) E. mus Barthol. D'Avanzo testatur: "Che Gesù a' giorni nostri commove l'Orbe cattolico colla maravigliosa e quasi diresti ispirata ele-zione del degnissimo Successore di Pio. " *Pro- fusione letta nella Pontificia Accademia Tiberina, per*

Hisce cunctis prælibatis, dogma-ticum de Virginis Assumptione de-cretum Spiritum sanctum, Spiritum veritatis quo mirabiliter afflante con-stituitur, tam gratum habere ratio-nabiliter autumamus, ut cælis egre-diens candidissima prouti columba læto circumvolatu super caput Ro-mani Pontificis applaudere lubenter gratularique videatur.

6. Priusquam huic capiti finem im-ponamus, non erit abs re comme-nere: RR. Præsules duplici de causa speciali quadam ratione Virg. Deipa-ram celebrare compelluntur. a) Quia obstrictiores Deiparæ filii sunt, quum propter divinam, ferme dixerim, eorumdem auctoritatem tamquam sui Filii perfectiores imagines concipiantur. b) Quia, eam identidem celebrantes, solvunt grates et re-pendunt amorem pro beneficio D. Petro in sua trina negatione collato. Credibile sat est, inquit Bosquerus minorita disertissimus (2), D. Pe-trum post abnegationem Magistri de domo pontificis exeuntem ivisse ad B. V. Mariam, suum dixisse pecca-tum, quæsivisse consilium, consola-tiones, preces. Verisimile pariter est, additum ipsi ab ea solamen, erectam spem misericordiæ suis procuratam intercessionibus, alioquin forte non minus perituro quam Judas. c) Quia Virgo Maria, humani generis opitu-latrix, ingruentia teterrima mala, RR. Pontificibus enixe precantibus,

una solenne tornata commemorativa della esal-tazione del gran Pontefice Pio Pp. IX di s. m. (17 Giugno 1878).

(2) Serm. 81 De filio prodigo.

averrancavit, et adjutricem manum societati prope collapsuræ identidem porrexit.

#### Caput IV.

Assumptionis dogmate præcipue collustrantur Catholice Religionis veritates, ita, ut præcipue nostrorum temporum hæreses profingentur, quibus constituitur pugna contra veritatem definiendam requisita.

1. Veritatem Assumptionis conspe-ctu sæculi XIX definiiri ponamus. Ubi pugna, ubi certamen? Sæculo IV per-petua definiebatur Mariana Virginitas; sæculo V ejus divina Maternitas. Sed contra illam Jovinianus, contra istam Nestorius pro virili pugnabat. Ad ali-quod edendum irreformabile decre-tum, prius omnino requiritur, ut illud neologi e veritatum albo peni-tus expunxerint, vel saltem in du-bium verterint. Id me non temere sentire profiteor. Christus ut de sua Divinitate fidem in Apostolis firmaret et quasi definiret, eos in unum convocavit, eisque in unum convo-catis quæstionem hanc proposuit di-rimendam: *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* En pugna et cer-tamen: alii enim Isaiam, alii Jere-miam, alii alium prophetam Filium hominis putabant. Petrus qui futurus erat Ecclesiæ primas et caput, quæ-stionem resolvit, dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi.*

Jam vero, ubinam sunt contra Vir-ginis Assumptionem conflictus et pu-gnæ? ubinam Jovinianus et Nesto-rius? ubinam inter homines discre-pantia sententiarum?

Ne hoc difficile nodum resecuris

potius quam resolvisse videamur, ipsum Assumptionis dogma parum-per enucleemus oportet. Quid Eccle-sia hoc dogma pronuntiet? ut fideles immobili veritate contineat, unam dumtaxat creaturam, Mariam nempe Virginem singulari privilegio cum anima et corpore fuisse ad cælica regna divinitus sublimatam; et simul implicita consequentique ratione ca-tholicam de universa mortuorum re-surrectione doctrinam. Porro, quæ-rimus, num contra geminam hanc veritatem christianæ Religionis ose-res nunc temporis debacchentur? mi-nime quoad primam: aliis nefariis consiliis vagant, aliisque conaminibus in suis rapiuntur conventiculis. Attamen perpati nollent, sub eorum oculis quempiam divina prope virtute pol-entem irretractabili firmare consensu, quod omnes homines non ad nihilum remeant, sed ad æternam vitam aut gloriæ aut pœnæ resurgant et reviviscant. En pugna, en hostes, en contra Virginis Assumptionem dogmatico pronuntiandam antiquus serpens qui hujus rei causa oculis ardet, rabie uritur, horrendaque sibila mittit. Quasnam inimicitias posuit an. 1854 furentis viparæ semen contra Immaculatam et sine labe conceptam Gene-seos Mulierem? Nullam prorsus ha-bere voluit quæstionem. Sed quia Imm. Conceptus mirum in modum solidabat originale peccatum, quo vel penitus negato, vel nullatenus agnito, vel perperam intellecto, quamplures cooriebantur errores, ut scite monet Bossuetus Italicæ Eminentissimus Ca-jetanus Alimonda libro quem inscripsit: *Il domma dell'Immacolata, nec-*

non Diarium *Civiltà Cattolica* (1); Pius IX memoria, laude, precibus, monumentisque decorandus, adhibito consilio fratrum, auditis theologis, fuis ad Deum precibus, posita uno verbo ea diligentia quam rei gravitas poscebat, ex cathedra loquens vi idus decembris an. 1854 dogmaticam definitionem *Ineffabilis Deus*, divinitus in sua mente Paracliti luce coruscante, sancivit. Attamen id ipsum de Virginis Assumptione dicere fas est. Hac enim dogmatica constituta, mortuorum resurrectio sub cuius negatione plerique delitescunt errores, maxima soliditate fulcitur. Illud dogma introitum hominis, istud dogma exitum hominis clariore in lamina ponit. Unde regius Psaltes: *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum* (2).

2. Quo melius innotescat contra Virginis Assumptionem conflictus et pugna, hæc animadvertere summo-pere juvat. Assumptionis dogma sub concreta viventique forma negationem claudit præcipuarum hæreseon contra Christum, quas inter rationalismus et semirationalismus heterodoxi. Tanta luce perfunditur hæc veritas, ut prope nullis indigerit elucubrationibus. Equis non videat logicas illationes quæ ab illo dogmate fluunt? Si Virgo Deiparens eo quia primigeniæ labis extiterit expers, assumpta cum anima et corpore fuit; originali proinde crimine scatet adamitica propago, et hanc ob rem munere divini Redemptio-

(1) Cf. *Congruenze Sociali di una definizione dogmatica sull'Imm. Concepimento della B. V. Maria*, an. 3, vol. VIII.

(2) Psalm. cxx, 5.

nis indiget. Si B. Virgo propterea quod Mater Dei nuncupetur et sit, de dono corporeæ Assumptionis hilarescit in cælis; suus ergo Filius, Christus, non est Idea quædam, sed persona realis et historica: non est politica libertatis assertor et vindex aut etiam humanæ naturæ moralis restaurator, ut rati sunt sansimoniani; sed verus Deus, divinam humanamque naturam hypostatico nexu complectens. Si B. Virgo intuitu meritum Christi assumpta fuerit ad cælum; ergo missio Christi cælestis fuit atque supernaturalis, non autem civilis atque terrena, non secus ac autmarit incredulo-judæus Salvador qui non alium Messiam aut promissum aut expectatum censuit, præter temporalem liberatorem consilio et virtute pollentem, ad suppetias populo ferendas destinatum. Et ita porro.

Istæ sunt inimicitiae quas posuit Deus inter serpentem et mulierem, inter semen hujus et semen illius. Quomodo Deus per Mozen allocutus Israel est: *Ipsa conteret caput serpentis*; nunc per alium Mozen dicet filiis Israel catholici: serpentem ipsa virgineo pede contrivit. Hinc factum est, ut certamina inter serpentem et mulierem, inter semen hujus et semen illius ab exordio mundi cœperint, in medio temporum ex mulieris parte victoriam tulerint christifideles, et plenius atque gloriosius in dogmate constituendo foret Assumpta Virgo latura triumphum. Tunc hæresibus omnibus in memorato dogmate plane devictis, tunc solum dicere proprie vereque poterimus: *Gaude, Maria Virgo: cunctas hærese-*

*ses sola interemisti in universo mundo* (1).

3. Neque dicat quispiam; illos errores damnatos esse multoties. Ita se res habet. Veteres tamen errores novam conspiciuntur induere formam, indolem, sic, ut quem nobis credidit Christus pastorem et magistrum infallibilitate pollentem, iterum loqui debere videatur. Cum insuper hi errores mentes simulque corda vitiaverint, prono velut alveo fluit, parum Ecclesiam utilitatis habere, si formali solemnique damnatione prosciberentur. Quia plus indigent populi sentire veritates quam intelligere. Sacro Virginis assumptæ dogmate sentiuntur et intelliguntur. Quæ cum ita sint, uno verbo quod e cælo dilabitur in os Romani Pontificis, convenientiori modo quævis hæreseon monstra concutientur.

Non ambigimus, neologum quempiam suo iudicio damnari; suo enim facto se collocat extra Ecclesiam, extra navem salutis juxta præclaram illam theologiam dicendi rationem, quæ legitur in Bulla dogmatica de Imm. Virginis Conceptu his verbis: « Quapropter si qui secus ac a Nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumpserint corde sentire, ii noverint ac porro sciant, *se proprio iudicio condemnatos* naufragium circa fidem pas-

(1) Janseniani de stirpe pharisæorum antiphonam hanc expungere de Romano Officio ausi sunt, furentique rabie temerare sategerunt. Sed incassum; splendidiori namque luce coruscant.

(2) Hæc Vincentius Anivitti: « Condannava egli (S. Pio V) la LXXV proposizione di Bajo, nella quale asseriva che gli stenti della vita, ed egualmente la morte, come negli altri uomini, così pure in Maria tener si dovessero conseguenza della colpa di origine, o di attuali peccati... E

« come non vagheggiare un bel giorno, in cui, quando che sia, e nuovo onore si aggiunga alla ferale storia de' suoi patimenti nel corso del vivere, e nuovo onore soprattutto alla cara credenza, che morta la narra per puro slancio di carità, incorrotta nella sua tomba di fiori, anticipatole il più giocondo risorgimento, e fra le angeliche melodie levata carne ed anima in paradiso? » *Ragionamento detto nella Patriarcale Basilica Liberiana.*

« Aliis insuper temporibus facile fuit expeditu in quibuscumque retundendis erroribus: nonnullis quippe circumscribebantur limitibus. Nunc vero temporis errorum et hæresum infinitus est numerus. Eas seorsim refellere, difficillimum est: eas summam concutere, quid dicam? impossibile. Veruntamen Ecclesia memoratum dogma pronuntians, cunctis remedia præbebit erroribus, suisque cælestis vitæ sermo plane sufficiet ad hodiernam babelicam turrim concutiendam, super quam vox ab ecclesiastico cælo delapsa iterum auscultabitur: venite, descendamus et confundamus linguas eorum.

4. Specialissime tamen dogmatica definitio retunderet pervicaciam Baji (2) et Launoi qui nullis nisibus, nullis pepereit industriis, ut Virginis Assumptionem labefactaret, et Ecclesiæ doctrinæ quæ illam uberrime tradit, obloqueretur. Nos quidem non præterit, Launorum ante longum tempus suam contra Virginis privilegium ostendisse jactantiam. In Concilio V œcumenico aut constantinopolitano II

tria Capitula, nempe scripta Theodori Mopsuesteni et Theodoretii contra Cyrillum Alex., necnon epistola Ibæ Edesseni ad Marim Persam tamquam nestorianæ hæreseos plena damnantur, etsi memoratæ personæ nonnullis retro sæculis oppetierint mortem. At, si forte displiceat hæc responsio cuiuspiam, diversam parumper semitam inire, gratia Virginis opitulante, connitimur. Mos obtinuit in Ecclesia catholica veritates definiendi non immediate post impugnationem earumdem, ut Deum imitaretur: iste sane nec cito virtutem in bonis exaltat, nec cito peccatum in malis castigat. Gemina schola, altera ecclesiastica, altera politica Rom. Pontificis inerrantiam labefactabant. Joannes Gerson an. 1393 parisiensis Academiæ magnus Cancellarius creatus libro *De potestate ecclesiastica* (1) pontificiam inerrantiam de medio tollere nisus est. Politica vero schola Parisiis collecta sub influxu ministri Colbert, illiusque regis qui superbia tumens ajebat: *Status sum ego*, 4<sup>m</sup> articulum contra Pontificis inerrantiam an. 1682 edebat. Hisce positis, quando totius familiæ Christi Præpositus Infallibilitatem Pontificiam dogmatico decreto sancivit? post magnum annorum curriculum, hac nostra qua vivimus, ætate. Nec quempiam moveat Dollinger: sua namque *declaratio* posterior fuit non anterior vaticano Concilio.

Quæ cum ita se habeant, dogmatica Virginis assumptæ definitio Baji et Launoi doctrinam impeteret atque comminueret, præter omnes, ut sic

(1) Considerat. XII.

dicam, hæreses. Et si omnes quasi propulsarentur hæresum nubes, consequens igitur est, omnes ferme contrarias catholicas veritates micantiori luce collustrari. Res non indiget demonstratione: tantum profluit suapte natura consequens. Solum quæ hactenus in hoc capite dicta sunt, contrahimus, concludimusque: Virginis assumptæ dogma catholicorum dogmatum enchiridion exhibet, omniumque profligandarum hæreseon syllogem. Illa cælico splendore collustrat, istas involvit tenebris, et in cinerem favillasque dissolvit: has suppressit, ne pessum iret humana societas, illa provehit, ut micantioribus redimita notioribus terra marique gubernet christiana Religio. Complectitur hæc duo Bartholomæus Card. D'Avanzo Episcopus Calven. et Theanen. Administrator Apostolicus Dioceseos Castellanen., cum ex Cathedra, « Dopo « la sua Assunzione, » inquit, « Maria « ha seguitato sempre la sua missione « affidatale da suo Figliuolo in pro « della Chiesa, perciocchè ha Essa tutte « quante l'eresie sconfitte: — Cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo. — Oh Maria, Immacolata Maria! Tu sei il compendio « di tutti gl'immensi infiniti beneficii (quoad ordinem Creationis, Redemptionis et Glorificationis, ut supra cl<sup>mus</sup> Auctor demonstravit), che « il Cuore amoroso di Gesù fin dal « principio del creato ha compartito « a' figliuoli degli uomini, ne quali « gli piacque collocare le sue delizie (2). »

(2) Conferenza intorno alla festività del S. Cuore di Gesù detta nel Duomo di Teano (16 Giugno 1871)

Illiusmodi erroressive Philosophiam attingunt, sive Theologiam, sive Politicam, adeo, ut disciplinarum earumdem innumeræ veritates majus exinde robur accipiant, majorique luce collustrentur. Attamen quæ nunc summam præposuimus, in tribus aliis hujusce Disquisitionis partibus seorsim ac liquidius oportet enucleemus.


### MONITUM AUCTORIS

His omnibus quæ hucusque præstitimus, argumentis abfuit a nobis tumor vel arrogantia extorquendi dogmaticam definitionem aut docendi doctores nostros, quorum nos discipulos lubentissimo animo profitemur. Ad unum pertinet supremum Ecclesiæ moderatorem decernere, utrum expediat veritatem Assumptionis dogmatico decreto præfinire, necnon statuere quo potissimum tempore, quibus in rerum adjunctis, quibusque verborum formulis definienda sit: quam ob causam ipsius iudicium a privato quopiam theologo anteverti sine insigni temeritate non potest. Quod igitur hactenus ipsimet præstitimus, cum in definitionis causas inquisivimus, illud unum fuit ut ipsam quæstionem *in se ac theoretice*, ut ajunt, examinarem.

Juverit insuper animadvertere: doctrinam philosophico-theologico-politicam, de qua mox, non absolute sed ex pio quodam animi motu propone-

mus. Hoc tempore nati, hac tempestate viventes, ubi certi non efficimur qua ex parte mundus pependerit, divinæ Providentiæ consilia nescientes, minima Dei signa quærimus et scrutamur, admovemus aurem penes supremi Numinis januam, et introspicentes per foramen, conservamus et conferimus in corde nostro media quælibet verba quæ de futuro dilabuntur in præsens. Jam vero per foramen divinæ januæ prospicientes, infirma pupilla contuiti sumus in aula Dei dogmaticam assumptæ Virginis definitionem infinita propemodum bona laturam. Quibus in signis, nisi in hisce quæ conspeximus, regnum Dei adventurum cognoscemus, regnum bonæ voluntatis, regnum fidei, regnum pacis? In hoc regno triumphabit Deus, triumphabit Christus, et Ecclesia suorum hostium victrix triumphatura congaudebit. Hujusmodi sublimes cogitationes quas infra ponemus, continuo pulsarunt et pulsant ostium mentis. Utinam non illustres alienigenæ sint qui ex itinere suo deflectant, sed hospites qui Providentiæ missione fungantur! Cæterum « quæ dixi *et dicam*, absque præjudicio sane dicta sint sanius sapientis: Romanæ præsertim Ecclesiæ auctoritati atque examini totum hoc, sicut et cætera quæ ejusmodi sunt, universa refero: ipsius si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare (1). »

(1) Epist. D. Bern. ad Canon. Lugdun., tom. I, pag. 76.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL D

## PARS SECUNDA

# PHILOSOPHUMENA

### PRÆLOQUIUM

Quamvis extiterint quolibet tempore qui philosophiam excolebant; hæc tamen ad suam visa est pervenire celsitudinem in Græcia magno studio Platonis, Aristotelis atque Zenonis. Exinde vero suus occæpit progressus imminui, adeo, ut quo tempore christiana præfulsit Religio, prope jaceret. Hac tamen oblata occasione, iterum viguit solidioribus atque pulchrioribus ornata principiis: debuit enim Christianismus probari non tantum notis seu signis supernaturalibus, verum etiam coram ratione a philosophis excolta. Id autem factitatum est ope primorum Patrum qui *apostolici* vocantur, deinde vero per eorum successores ad hanc usque nuperrimam ætatem, diversa licet ratione, diverso licet gradu. Sic philosophia juvat fidem, ut eam Clemens alexandrinus in *exhortatione ad Græcos Dei munus* ac *veluti præfationem ad Evangelium* nuncupaverit. Sed nunc temporis, ut hoc ipsum Evangelium vaniloqui seductores radicibus evellerent, nefariam illam excolere ac sublimare nituntur philosophiam, aut, ne pul-

(1) Epist. ad D. Augustum Nicolas auctorem operis: *Studia philosophica circa Christianismum*.

crum hoc nomen temeremus, impiam eam pseudo-philosophiam, quæ vel Deum prorsus inficiatur, vel ejus naturam ejusque venerationem et cultum, vel animam humanam ejusque proprietates ac dotes infuscat. Sic Deum lux et tenebræ confundunt in teterrimo Hymenæo, in quo spiritus ex adoratione ad blasphemias et ex blasphemias ad adorationem aberrare videtur.

Porro, Deiparentis assumptæ definitio sive Deum, sive animam, sive cultum, præcipuas philosophiæ veritates mirifice collustrat; quod ex rebus mox dicendis patefiet. *Deus, anima, cultus, qualis præclara philosophia!* inquit P. Henricus Dominicus Lacordaire (1). Nil vero mirum; ait enim Henricus Eduardus Manning Card. Archipræsul in Westminster: « Definitiones Ecclesiæ veritates ordinis naturalis includunt; et revelatio veritatis supernaturalis maximam nobis demonstrat harmoniam cum naturali ethice, politica et philosophia (2). » Et ut auspiciemur a Deo, summa philosophiæ veritate quam Virginis assumptæ dogma præclare collustrat, sit insequens.

(2) *La Missione temporale dello Spirito santo*, c. I, pag. 81. Torino 1878.



## ORATIO I.

DEUS

## Caput I.

Assumpta Virgo Deipara (quod dogmatice constituitur) Deum ejusque Deitatem mirifice prodit.

1. Totus mundus est quiddam Dei speculum in quo perfectiones ejus colucent, vel, si magis lubet, magnus liber in quo attributa divina leguntur, adeo, ut assurgamus in Deum tum rationis intuitu, tum ordine harmonico qui hac in rerum universitate coruscat. Cum autem excellentissima inter omnes creaturas Virgo Deipara sit, Deus ejusque perfectiones *αἰσχροματτα* (1) in ea majori lumine micant; quo siquidem effectus perfectior est, eo in perfectiorem causæ cognitionem mentem hominis ducit. In ejus tamen Assumptione merita et perfectiones eo usque creverunt, ut alias, communi testante doctorum sententia, nec majores nec meliores habere valuerit. Quam ob rem beatissima Virgo in ejus præsertim Assumptione fuit stupendus ille *microcosmos* (habebat enim, in anima et corpore beatitudine fruens, commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis), in quo viva imagine Deus micantique nitore fulgebat, et porro fulget. In quavis creatura non poterit Deus melius agnosci, non poterit Deus melius diligi. Mariam in cælum evexit cum anima et corpore Deus, ut totam sublimaret

(1) D. Gregorius Nyss. lib. II cont. Eunom.

(2) Cf. Gasparem De Lulse in op.: *Codez dogma-*

creationem, sicut ad gratiam, ita ad gloriam, inque cælo clauderet omnium entium circulum: quare sic homines potuerunt melius intelligere eum qui est, cæli melius enarrarunt gloriam Dei, elevaveruntque melius flumina vocem suam, ita, ut testimonia Dei creantis et omnitenentis credibilia facta sint nimis et in qualibet creatura percubuerint.

2. Ulterius: qualiscumque res tendit et quiescit in centro, sic tamen ut, si levia sursum, deorsum corpora rapiantur. Qualiter autem contigit, ut almæ Deiparæ corpus ut leve sublimia cæli penetraverit? Illius plane virtute qui omnia movet, perpetuoque ac nunquam cessante progressu circumagit. In aerem diabolus movere corpora potest, in cælum diabolus movere corpora non potest. Ex hoc itaque novo ac mirabili motu, o insipiens, qui dicis in corde tuo: *Non est Deus*, Creatorem tuum collige, Conditorum tuum dilige. Tibi satis est oculos habere (2) ut ubique Deum videas; aures habere ut ubique Dei vocem auscultes; manus habere ut ubique Deum, quid dicam? tua manu contrectes. Mira plane res! corporea Virginis Assumptio, mirabili isthæ et singularis ad cælica palatia motus, divino atque summo Motore peractus, lumina tua ad res quæ præclare compactæ sunt et ordine incedunt, immobilique, ut ita dicam, Ratione suprema motæ feruntur, contemplandas convertit. Motus universalis ab universali Motore procedit. Creaturæ omnes sunt mobiles: quis ita earum essentias de-

tum, ubi lib. I, cap. I legitur: \* Quod Deus si cum oculi nos docent ipsi, tum lex naturalis. \*

terminavit, nisi qui earum fuit causa effectrix? nisi Deus?

Attamen non solum mobilitate, verum etiam mutabilitate cognoscitur Deus. In homine interrogaverunt sapientes gentium hæc duo, corpus et animam, corpus quod videtur, animam quæ non videtur. Hoc interrogabant quod et ipsi gestabant: viderunt ista, intuiti sunt, discussurunt utrumque ac viderunt utrumque mutabile in ipso homine. Mutabile corpus per ætates, per corruptiones, per alimenta, per refectiones, per defectiones, per vitam, per mortem. Transierunt ad animam quam utique comprehenderant meliorem, et etiam invisibilem mirabantur: invenerunt et ipsam mutabilem; modo velle, modo nolle; modo scire, modo nescire; modo meminisse, modo oblivisci; modo timere, modo audere; modo ire in sapientiam, modo in stultitiam deficere. Viderunt et ipsam mutabilem, transierunt et ipsam: quæsierunt enim aliquid immutabile. Sic ergo philosophi gentium pervenerunt ad cognoscendum Deum qui fecit per ista quæ fecit (1).

Id argumentum per assumptam Virginem restauratum mirabiliter fuit. Illa supremum clausit diem: unde nec loquitur, nec ambulat, nec operatur. Discedente habitatore, jacet domus: discedente qui regebat, cadit quod regebatur. Nonne ibi oculi integri? Etsi pateant, nihil vident. Aures adsunt? sed migravit auditor. Linguae organum manet; sed abscessit musicus qui movebat. Attamen in corpus

(1) D. Augustini Sermo ccli, xii, de resurrectione corporum contra Gentiles.

remeavit spiritus, non secus ac in arcam visa est redire columba. Hinc, postquam de vita transiit ad mortem, de morte transiit ad vitam, de vita ad gloriam immortalem, de pœnis ad gaudium, de terris ad cælos. Terrena reliquit, mortalia deseruit, et claritate, impassibilitate, agilitate ac subtilitate refulgens [quas dotes recenset Apostolus (2)] aquilino volatu pennas per æthera, per sublimia, per cælestia tabernacula movit. Quapropter, si beatissima Virgo, qua nec major nec melior post Deum quævis alia creatura concipi poterit excogitarive, tantæ fuerit obnoxia mutabilitati; quempiam igitur Immutabilem creaturas qualescumque mutantem, ne in progressum ad infinitum laberemur, agnoscere compellimur atque fateri. Ecquis in Virgine proin tantam operatus est mutabilitatem? non potuit homo; mutatur et ipse: non potuit dæmon; mutatur et ipse: non potuit angelus; mutatur et ipse: unicum igitur incommutabile centrum, Deus. Quemadmodum quod non est creatum, id creavit ea quæ creata sunt; ita quod non mutatur, id mutat ea quæ mutantur. Ecquid autem erit quod non mutatur? illud quod non creatur: nihil sane nisi Deus. Hinc corpus et anima Virginis æterna simul beatitate fruentes, velut alii cæli (nam Patrem nostrum qui est in cælis, formose continuerunt), enarrarunt et enarrant gloriam Dei.

3. Nunc ad attributa divina quibus summa Deitas constituitur, gradum faciamus. Deus quatenus est *Esse* in-

(2) I. ad Cor. xv, 42 seqq.

finitum et necessarium (ὁ ὢν) infinite cognoscibile, a quo ut principio et fine pendet essentialiter omnis ratio entis, est *prima veritas fundamentalis*. Quatenus est intellectus infinitus identificatus cum infinita essentia, et ideo est exemplar, fons et origo cujuscumque luminis intellectualis participati; Deus est essentialiter *prima veritas formalis*. Quatenus est ipsa rectitudo, norma, exemplar, principium et finis omnis rectitudinis; Deus est essentialiter *prima veritas moralis*. Per appropriationem posset prædicari Pater prima veritas fundamentalis, Verbum prima veritas formalis, Spiritus sanctus prima veritas rectitudinis seu sanctitatis. Cf. Joannem Bapt. Franzelin (1).

Intellectus creatus non est ipsa veritas, sed istius naturalis imago: unde veritas est proprium bonum intellectus, eoque majus, quo veritas est nobilior; quam ob causam suprema veritas i. e. Deus objective ac possessio Dei per visionem intuitivam est ultimus finis intellectus.

Ultimum hunc intellectus finem nullus omnino mortalium assequi perfecte potuit; dumtaxat enim dimidium hominis, anima scilicet ad contemplandam speciem divinæ celsitudinis sua morte perducitur. Una Virgo Deiparens, anima simulque corpore fruens, ad perfectam supremæ veritatis fruitionem singulariter pertingit, et singulariter iccirco per eam nobis ostenditur summa veritas (ὁ ἀληθεύς), *prima veritas fundamentalis* seu Pater qui eam in cælos assumptam omni-

(1) Tract. de Deo th. xxviii, xxxvi seqq.

potentia sua coronavit, *prima veritas formalis* seu Verbum quod eam suæ lucis æternæ candore circumvestivit, *prima veritas rectitudinis* vel *sanctitatis* seu Spiritus sanctus qui eam suorum charismatum jubare venustavit.

4. Cætera similiter attributa divina Mariano dogmate sublcere deprehenduntur. Ad omnimodæ perfectionis verticem B. Virgo ejus Assumptione pertingit. *In capite ejus corona stellarum duodecim* (2). Cæteros sanctos Christus coronat lapidibus pretiosis juxta illud Scripturæ: *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso* (3). Ast beatam Virginem coronat stellis, quia corona ejus est cujusdam superioris ordinis: duodecim, quia omnimodæ gloriæ; in duodecimo quippe numero tota perfectio est. Hæc autem Mariana perfectio nequit hauriri, nisi ex illo infinitarum perfectionum pelago, nempe Deo. Igitur Assumptione plenitudo divinarum perfectionum mirabilius agnoscitur, ostenditur, aperitur. Assumpta Virgo quonam in loco cælestis palatii fruitur intuitiva visione? Cogita locum Apostolorum: non est hic Maria. Cogita locum patriarcharum et prophetarum: non est hic Maria. Angelos cogita et archangelos; cherubim cogita et seraphim: non est hic Maria. Et ubinam est? ut ait Aquinas, *sub Deo*. Igitur plus omnibus haurit ex hoc divinarum perfectionum pelago. *Purius ex ipso fonte petuntur aquæ*.

Jure proinde merito dicere Joannes apostolus non dubitabat: *Credi-*

(2) Apoc. xii, 1.

(3) Psalm. xx, 4.

*dimus et cognovimus* (1). Quæ verba pensat Augustinus, inquit: «Credimus ut cognoscamus (2).» Si enim forte crederemus Assumptionem ceu dogma catholicum, mirifice collustraretur philosophia, quum ex illo manaret objectum philosophiæ princeps, ex illo velut gradu certo nitentes attolleremur in Deum, magnum creationis Elohim אלהים, pulcræque synopticæ Theodiceæ.

## Caput II.

Per Assumptionis dogma  
lues illa quæ longo lateque grassatur,  
atheismus exploditur.

1. Hæreses omnes in tres magnas reducuntur hæreses, in arianismum scilicet, protestantismum et atheismum, sic, ut triplex isthæc hæresis in tres prouti classes totam partiatur hæreseologiam. Prima Deum in Christo, secunda Deum in Ecclesia, tertia Deum in natura contemnere pro viribus inficiarique toto studio conantur. Hæc autem teterrima monstra serpens antiquus in quo cacodæmon latet, ejus semini patefecit. Historiographus Eusebius, Clementis Alex. vestigia premens, nobis in hac cogitatione prævit: «Jam vero non alios ab initio malificæ artis magistros quam ipsamet egregia numina, constat. Qui enim isthæc homines aliter nosse potuissent, nisi dæmones iis res ipsi suas aperuissent, et quibus quique vinculis constringantur, indicassent. Neque tantum proprias instituti sui rationes aut cætera quæ a nobis commemorata sunt, verum quibus ipsi

(1) Jo. vi, 70.

(2) Tract. 40 in Joan.

rebus aut delectentur aut vinciantur, imo quibus etiam cogantur, indicantur (3).» Alia id genus prosequitur Eusebius quæ ratione brevitas omituntur.

Mulier tamen juxta Geneseos protovangelium debebat viperinum conterere caput, omnemque de suis pectoribus hæresim profligare vomentem. Et ita se res habet. Per catholicum quippe dogma divinæ Maternitatis tota vaserrimi arianismi machina ruit. Ratio concludentissima liquet. Si namque Mariam debemus veram prædicare *Theotocon*, Christum necessum est verum prædicemus *Omouision*. Per dogma catholicum Imm. Conceptus protestantismus sua in radice conteritur: si namque protestantismus Deum, uti præfati sumus, in Ecclesia et Sacramentis inficiatur, Virgo Deiparens absque primigenia noxa concepta intuitu meritum Christi qui Deus et Homo est, prout in decreto dogmatico *Ineffabilis Deus* luculentissime patet, Deum in Ecclesia et Sacramentis nitida voce profitetur.

Postrema hæresis, quemadmodum nostrorum temporum Augustinus, immortalis Bossuetus præsignabat, erit atheismus qui, licet cunctis hæresibus impietate præcellat, parum tamen abfuit quin præcipuas Europæditiones horrida lætalique facie depopularetur. Hæc itidem tertia hæresis quæ nostris hisce temporibus undique serpit, tertio Deiparentis assumptæ dogmate penitus contrita manebit. Nostra pariter ætate de calida vipera gloriosum erit Mulier la-

(3) Apud Baltum tom. 1, pag. 124.

tura triumphum. Per illud sane dogma quemvis Maria nefarium atheum radianti fulgore perstringit, alte proclamans, seipsam in cælis anima simulque corpore radiantem a summo remuneratore Deo immarcescibili serto coronari. Quantum vis coruscante sole, cæcus contueri lumen nequeat, calorem tamen sentire compellitur: ita quamquam athei justitiæ Soli lumina clausierint, præfati tamen dogmatis luce radiante, mystici solis magnum sentire coguntur ardorem. Quam pulcre quam mire sub hoc dogmate fulget divina præsentia! quam solide quam strenue novos atque dementes arguit hoc dogma gentiles!! oculo carnis in universa rerum natura, oculo mentis in assumpto Virginis corpore quod nobilissimum est universæ rerum naturæ speculum, Deum contuemur, Deum complectimur, ad Deum rapimur, ad Deum attollimur.

2. Nec satis; prosequimur enim: D. Augustinus omnium primus, aliter ac Hermesius, Cartesius alique se gesserint, novam in dubio methodum, ut atheos refelleret, invexit. En aurea sua verba: « Non video, inquis, quid crediturus sum? Anima tua videtur? Stulte! Corpus tuum videtur: animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solum videatur, quare non sepeliris? Et (atheus) respondet (sapit enim adhuc) quia vivo. Unde scis quia vivis, ejus animam non vides? Unde scio? Respondebis, quia loquor; quia ambulo; quia operor. Stulte! Ex operibus corporis agnoscis viventem: ex operibus creaturæ non potes agnoscere Creatorem (1)? » Si porro corpus quod do-

loribus assiduis gravibusque premitur ærumnis, est medium efficax, locupletissimum testimonium quo assurgimus ad animam et per animam ad Deum; quid putandum nobis est de corpore glorioso quod arcano dignoscimus supernæ lucis nitore circumdari? Quo sane nobilior invenitur effectus, eo profecto nobilior ideoque facilius manuducimur ad causam. B. proinde Deipara quæ glorioso corpore de hac via migravit ad patriam, nobis Deum cui placuit illud tot tantisque cælestibus irradiare fulgoribus, specialissima ratione patefacit, vel, si lubet magis, revelat. Qualiter autem videri nobis poterit sine ullo errandi discrimine corpus istud æthereo splendore circumamictum? irreformabili verbo Rom. Pontificis, sacro catholico dogmate.

Quæ cum ita sint, Amedeus Fichtius desinat tandem suis nuntiare discipulis: *in proxima lectione me Deum creaturum esse polliceor* (2). Ille sane non poterit a Fichtio creari, qui tot retro sæculis Mariam a labe quavis integram creabat, et a labe quavis integram tum animi tum corporis evehebat in cælum. Desinat impius Heine publice loqui *De mortifero agone Dei exercituum*, *Jehove qui morti se comparat*. Haud simpliciter Deus exercituum, haud simpliciter Jehova (יהוה), sed Deus Christus, Jehova Christus qui de corpore Virginis nunc immortalis gloria perfruente genitus ineffabiliter est, moritur; immo cuncta nostra crimina, cunctos

(1) In Psalm. LXXIII.

(2) Cf. *Idealismum absolutum* vel *Egoismum metaphysicum*, systema delirum.

errores nostros occisus occidit. Quapropter assumpta Virgo Deiparens ipsas contra Deum blasphemias in ipsas pro Deo veritates convertit. En illa de terra in cælum evecta micantissima stella, quæ sine corruptionis macula gignens, *Lumen æternum in mundo effudit*: en illa de terra in cælum evecta cum anima et corpore micantissima stella, quæ, non secus ac Magos, atheos sive nolentes recognoscere quem ignorare non possunt, ad agnitionem et venerationem supremi Numinis, ut in suo corde nascatur, mire pellicit atque suæ lucis dulcore compellit. Etsi congelaverint, et ut crystallum facti fuerint, non erunt duri misericordiæ Dei; *emittet in Assumptionis dogmate verbum suum, et liquefaciet eos*. Quapropter Assumptio Virginis assumptionem humani cordis in Deum creantem et omnitenentem operabitur, et, ut sic dicam, atheos aperire lumina coget, ut inter creaturas Creatorem agnoscerent, diligerent, venerarentur.

### Caput III.

Perabsurda recentium omnitheistarum philosophemata radicitus per Assumptionis dogma colliduntur.

1. Nemo est qui nesciat, in Britannia neo-septicismum prodidisse. Quandoquidem Humius sustulit penitus universalitatem principii quod vocant *causalitatis*, omnemque proinde cognitionem Causæ primæ, cujus practica negatio est auctoritatis ejuscumque contemptus. Hoc principium

(1) In op. *Die Anweisung zum seligen Leben oder auch die Religionslehre*, seu *Directio ad vitam be-*

quod impium vel cogitatu est, ab Emmanuele Kantio velut in systema redactum, peperit *idealismum absolutum* seu *egoismum metaphysicum* Fichtei, philosophiam *identitatis* seu *realismum absolutum* Schellingii, philosophicam Hegeli doctrinam de *subjecti et objecti in idea* identitate, necnon ceteros *aprioristicos* insanæ absque prima Causa philosophiæ creatores. En qualiter Amedeus Fichtius, ut alios omittam, primam funditus creantem Causam evellat: « In religionis doctrina positio creationis est *primum criterium falsitatis*; negatio hujusmodi creationis... est *primum criterium veritatis* hujusce religiøsæ doctrinæ (1). » Unde subdit quod Joannes in suo Evangelio, ut judaicam de creatione doctrinam profligaret, incipit ab iis verbis: *In principio erat Verbum*, ut ea opponeret verbo Moysis: *In principio creavit Deus*: quia nempe nihil creavit Deus, sed omnia in principio ex Logo suo, i. e. ex se confecit, et quidem ex necessitate suæ naturæ. Hinc concludit: « procul a nobis hoc phantasma creationis! » Philosophiæ professor tertiæ civitatis Europæ propter numerum incolarum anno 1861 docebat ex cathedra, ignorantiam scientiam, nihilum producere realitatem, quin primam Causam fateare necesse sit.

Virginis Assumptio primam Causam omniumque rerum factricem contra delirantes neologos mirabiliter ostendit. Hujus influxum quoad Virginem assumptam graphice pinxit S. Petrus Damianus, inquires: « In-

tam aut etiam Religionis doctrina (Berol. 1828, Prælect. vi, p. 110).

tuere mentis oculis Filium ascendentem, et Matrem assumptam, et videbis aliquid excellentius in ascensione Filii exhiberi, et aliquid gloriosius in assumptione Virginis demonstrari. Ascendit enim Salvator in cælum potestate ac virtutis imperio, sicut Dominus et Creator, angelorum comitatus obsequio, non auxilio fultus; assumpta est Maria in cælum, sed gratiæ sublevantis indicio, comitantibus et auxiliantibus angelis, quam sublevabat gratia (seu virtus causæ primæ), non natura. Ideo dies hæc assumptio, ascensio illa vocatur, cum aliud sit potentia, aliud misericordia, solumque soli sit privilegium Creatori, naturam rerum propria potestate supergredi... Virgo gratiosis cumulata muneribus tanta benignitate, davidico sermone respondet, summæ dignationis claritatem admirans: *Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria suscepisti me* (1). Nota verborum positionem differenti graduum distinctione signatam. *Tenuisti, inquit, manum dexteram meam*, quia etsi læva tua sub capite meo, dextera tua jam amplexabitur me. *Et in voluntate tua deduxisti me*, non in mea sublimitate, quia totum opus gratiæ est, non naturæ. *Et cum gloria suscepisti me*: gloria utique gloriosa, quam non novit, nisi qui dedit, et cui donare dignatus est (2).» Ascendebat Virgo in cælum *innixa super dilectum*, nempe Christum Verbum per quem omnia facta sunt. «E-

(1) Psalm. LXXII, 24.

(2) Serm. XL in Assumpt. B. V. M.

(3) Super Litanias Lauretanas disc. CCCXLVIII, num. X.

quidem,» ait Justinus Miechoviensis, «si gloriosa Virgo super Christum innixa non fuisset, in cælum ascendere non potuisset. Christus enim ait: *Ego sum via*. Hac igitur via sublata, in cælum quoque ascensus auferitur (3).» Quantum igitur prima Causa movens Deiparæ Virginis Assumptione præluceat, nemo non videt.

2. Ipsam hanc veritatem roborat doctrina Joannis Bapt. Franzelin; ait enim: «In ordine ontologico extat connexio, dependentia, et relatio entium inter se. Generalissima significatione nominum possumus pro re præsentem revocare omnes relationes ad connexionem causæ ac principii cum effectu et principio. Unde etiam in ordine cognitionis veritates seu entia quatenus cognoscibilia, mutuo necluntur, ut a cognita veritate una ad cognitionem alterius mens humana progredi possit... Perfectio effectus neclitur cum perfectione causæ, et effectus existens cum existentia causæ ac serie causarum usque ad primam, quæ non habet causam (4).» Unde sic: est quidam effectus Assumptio Virginis: quandam ergo causam prærequirit. Est effectus insuper perfectissimus, quum perfectissimam gloriam attingat: perfectissima ergo causam innuit, quæ non est nec esse potest quam Deus. Si huic veritati apprime studerent, veram quidem occuparentur scientiam omnitheistæ, qua nimium ardent ac tument (5): *cognitio namque rerum per causas,*

(4) De Habitudoine rationis humanæ ad divinam fidem, cap. II, n. 2.

(5) Hanc in rem E. mus Barth. D'Avanzo: «È veramente curioso cotesto ticchio di taluni

inquit Aristoteles, *vera scientia est*. Imo sapientiam acquirerent; etenim *cognitio rerum per altissimas causas sapientia vocatur et est*. Unde scite Franzelin: «Cognitio ex causis a veteribus proprie dicitur *scientia*. Hæc si sit scientia ex causis altissimis, ex quibus pendent omnes ordines scibilium, adeoque si sit scientia ex eminenti universalitate principiorum, quæ sub se velut norma continent principia inferiora particularium scientiarum, nomen habet *sapientiæ* (1).» Quare Virginis Assumptio, perfectissimus in universitate rerum effectus, perfectissimam omnitheistis atheis causam, h. e. Deum mirifice demonstrat, simulque scientiam, imo sapientiam quæ non fallit; quum Deus sit *ipsa sapientia* (ἡ ἀποσοφία) quatenus nimirum in sua essentia ut in suprema ratione intuetur totam amplitudinem, omnes ordines, et omnes relationes cognoscibilium. Omnis vero creata sapientia est divinæ illius quædam assimilatio et participatio (2). In Deo non est sicut in nobis *sapientia* rationis progredientis ab intellectis causis ad intelligendum effectus et quidquid a causis et principiis pendet; sed est *sapientia intellectus* omnia intuentis in sua ipsius essentia ut repræsen-

\* scienziati alla moda in Germania, i quali pretendono essere privilegio della Germania non solo la scienza, ma, come essi dicono, la *scienza* (1), onde reputano i Latini di razza inferiore nella scienza! Diresti quasi che gli sperfici elogi, cui da quasi trenta anni i Latini, specialmente i Francesi e gli Italiani si sono abituati a tributare a' Germani, riputando più sublimi gli autori Germani meno intelligibili, abbiano fatto dar loro di volta il cervello, ed abbiano terminato col credersi realmente ingegni \* di eccezione! Ma ormai gli stessi Francesi se

tatione omnis veri; non autem intuentis solum ut est omne verum in divina essentia tamquam in suprema ratione, sed etiam ut est in se ipso (3).

3. Deus ordinem supernaturalem superintelligibilem constituit. Quapropter omnitheistæ qui Deum negant, supernaturalem superintelligibilem ordinem penitus inficiantur. Nec isti audiendi sunt, nec alii cum Roussojo (4) et Bælio (5) contendentes, *nos assentiri non posse, nisi his quæ comprehendimus*. Ipsi enim præ oculis habere debent distinctionem, quæ interest inter cognitionem *existentiæ* et cognitionem *essentiæ* rei alicujus. Ut *existentia* rei dignoscatur, minime necessaria est cognitio *essentiæ*. Sic: omnes, etiamsi rudes, cognoscunt lumen existere, cum tamen ipsi, in quo sita sit lucis essentia, minime cognoscant, id quod vel ipsi philosophi nesciunt, utpote circa ipsam inter se acriter digladiantes, adeo ut quidam ex ipsis dicere non dubitaverit: *Lumine quo cætera videntur, nihil obscurius*. Ex hoc aliisque naturalibus exemplis quæ brevitatis ergo prætermittimus, liquido constat, et quod, ad alicujus rei existentiam dignoscendam minime necessaria sit ejusdem essentiæ com-

\* ne sono addati, e lo hanno confessato durante l'investimento di Parigi. Ascoltate il Quinet, ecc., Lettera ai MM. RR. Professori della Facoltà Teologica dell'Apostolico Seminario di Calvi; Döllinger e la sua Dichiarazione rispetto al Concilio Ecumenico Vaticano, n. XXXIII nota.

(1) Loc. supra cit.

(2) Vid. Lessium de Perfectione, divin. lib. IV.

(3) Cf. Tract. de Deo th. XXXVI-XXXIX, Franzelin.

(4) In Emilio passim.

(5) In respons. ad quæst. cujusd. Provinc., c. 159.

prehensio; et quod falsum sit, nos non posse assentiri existentiae alicujus rei, cujus naturam non comprehendimus. Quam ob rem S. Thomas: «Divinae revelationis radius,» inquit, «ad nos pervenit secundum modum nostrum, ut Dionysius dicit, quamvis enim per revelationem elevemur ad aliquid cognoscendum, quod alias nobis esset ignotum, non tamen ad hoc, quod alio modo cognoscamus nisi per sensibilia; unde Dionysius dicit (cap. 1 caelest. Hierarch.), quod impossibile est nobis aliter superlucere divinum radium, nisi circumvelatum varietate sacrorum velaminum (1).»

Exinde plane consequitur supernaturalis superintelligibilis ordo. Hunc tamen magis atque magis firmat Assumptio Virginis. Nomen Assumptio synthetica phrasis est: complectitur enim mortem, resurrectionem atque triumphalem Deiparentis in caelos ele-

(1) S. Th. in Boëth. de Trin. lect. 11, q. 2, a. 3.

(2) Haec inter caetera promittit: «Maria mori consunta dall'amore soprannaturale. Il naturalismo ignora questa sublimità di morte, perchè non intende la soprannaturale carità. Ma pure vogliamo mostrargli la maniera come avvenga con le sue medesime teorie quasi somiglianze. Il naturalismo antico e moderno ha riconosciuto sempre il fatto che talvolta si muore di consunzione operata dall'amore naturale. Per l'unità personale dell'individuo umano, quello che avviene nello spirito trasfonde nel corpo. La sintesi dell'umano composto opera mercè il sentimento, questo si sviluppa per la fantasia e pel cuore; quindi abbiamo il sentimento fantastico, il sentimento patologico. Ora l'amore naturale è un effetto che sentimentatamente spingendosi all'unione la più stretta possibile con l'obbietto amato, si converte in dolore e in sentimentale sofferenza, quando non si ha questa intima unione; ne soffre per conseguenza il corpo, che pel sistema sentimentale riceve tutta l'influenza degli affetti, si affievolisce per la collisione continua dello slancio dell'affetto, e lontananza dell'oggetto, e le forze corporee ri ren-

vationem. a) Non moriebatur Virgo causa primigeniae labis qua fuit integra prorsus, sed causa divini amoris quo consumpta plane fuit, ut tamquam phoenix de cineribus suis iterum reviviscens, usque ad divinum Solem moveret per aera pennas. Ejus anima propter divini amoris vehementiam, jugemque supernaturalis charitatis influxum ab involucro corporis migrabat. Quin imo mortem B. Virgo patiebatur ob eundem supernaturalem amorem, ob quem Christus in ara crucis pependit: et hanc ob causam Redemptor iste, Redemptrix illa vocitantur. Hinc mortuus est super cacumina Golgothae supernaturali crucifixus amore, illa divino sauciata mucrone super eundem Golgothae verticem, deinceps hoc vulnere mortua supernaturaliter fuit. Late prosequitur hoc argumentum Gaspar De Luisse (2). b) B. Virgo moriebatur; sed

« dono così inabili a più servire come istrumento allo spirito umano principio degli affetti e dei sentimenti; il corpo si scioglie, l'anima l'abbandona, ne avviene quindi la morte. L'amore soprannaturale è certamente più forte del naturale per la sua intrinseca potenza, e per quanto l'obbietto maggiormente si eleva sulla natura, e per quanto è formato il cuore più sublimemente ad amare il soprannaturale per l'influente grazia di questo. L'amore soprannaturale è più veemente del naturale, perchè anima maggiormente la tendenza a Dio, che sorride all'uomo che l'ama, che l'accarezza, e trasfonde nella di lui anima le dolcezze della sua bontà divina; le forze corporali vengono meno a misura che questo amore perseverando progredisce; perchè rimanendo il corpo nella determinata misura di sua forza, sempre più sente crescere il vigore dell'amore, che lo deteriora, l'affralesce di più, e quando è impossibilitato a più reggerne l'impulso, cede, ed allora si muore... L'incredulità non seppe mai dare altre risposte alla dottrina predicata da' cattolici intorno alla morte di Maria fuori di sciocchissime negazioni. La morte di Maria mentre toglie dalla

post tres dies gloriosa resurrexit. Duplicem resurrectionem habemus; resurrectionem Christi, resurrectionem Virginis: utraque maximum portentum est, utraque supernaturalem virtutem ostendit. c) Hanc ipsam virtutem supernaturalem demonstrat luculentius gloriosa Deiparentis in caelum elevatio. Si mortuum corpus resurgere nullimode queat, vivens corpus elevari sursum neque potest, et caeli caelorumque penetrare sublimitia, caelesti beatitudine fruens. Roborat veritatem hanc E<sup>mus</sup> B. D'Avanzo, dum ait: «L'ordine soprannaturale s'identifica colla Incarnazione: ora Gesù può ben concepirsi senza gli eletti, non mai senza la Madre Maria: e sovranaturale è il privilegio di lei di aver scansata la colpa d'origine; non che l'altro privilegio di essere assunta anche nel corpo in cielo pria del di della risurrezione generale, acciocchè ella, che aveva avuto per i meriti del Figliuol suo Gesù la redenzione dell'anima pria che ogni altro credente, ne ricevesse pure la redenzione del corpo risorgendo, come Gesù, al terzo di dal sepolero (1).»

En igitur per Assumptionem Deiparae supernaturalis superintelligibilis ordo majori lumine radians. Qui hunc ordinem detrectant, volunt sese a Deo elongare. Proh miseri! ad istud divinum oraculum contremiscant: *Domine, qui elongant se a te, peribunt.*

« morte tutto il suo orrore, come quella che immediatamente unisce l'anima giusta e santa al suo creatore, insegna che il solo Dio ha il dominio sulla vita, ed esercitandolo egli nella sua bontà con i suoi fedeli, rende loro meritoria la medesima morte. » L'Assunzione di Maria

## ORATIO II.

## ANIMA

## Caput I.

Adstruitur Virginis Assumptione spiritualitas animae, putidusque refellitur materialismus.

1. Anima humana non est aliquid extensum, sed in una simplici et indivisibili realitate consistit. At aliquid nobilius ipsi tribuendum est; quamquam enim corpus informet, hujusmodi tamen est, ut a corpore nullatenus pendeat: unde non solum *simplex*, verum etiam *spiritualis* jure meritoque nuncupatur. Anima porro Virginis ab ejus corpore nulla ratione pependit: ab isto migravit, quin amitteret vel minimam proprietatem. Et ideo remeare post tres dies potuit, adeo, ut anima simulque corpus unam rursus hypostasin constituerint, inque caelum convolarint.

Insuper animae spiritualitas demonstratur ex eo quod intelligere atque colere Religionem possit. Unde Lactantius ajebat: «Nullum est animal, praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut Religionem solus intelligat et colat; et haec est hominis atque brutorum vel praecipua vel sola distantia (2).» Et ratio liquet, uti Lactantius ipsemet deinde patefacit; brutorum enim anima tantummodo

trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo, pp. 8, 84, 85, Torino.

(1) Istruzione Pastorale, V Otto Dicembre 1869, primo splendido trionfo della Chiesa Cattolica a cagione del Concilio Ecumenico Vaticano, n. xxix.

(2) Lib. de ira Dei, cap. 7.

prehensio; et quod falsum sit, nos non posse assentiri existentiae alicujus rei, cujus naturam non comprehendimus. Quam ob rem S. Thomas: «Divinae revelationis radius,» inquit, «ad nos pervenit secundum modum nostrum, ut Dionysius dicit, quamvis enim per revelationem elevemur ad aliquid cognoscendum, quod alias nobis esset ignotum, non tamen ad hoc, quod alio modo cognoscamus nisi per sensibilia; unde Dionysius dicit (cap. 1 caelest. Hierarch.), quod impossibile est nobis aliter superlucere divinum radium, nisi circumvelatum varietate sacrorum velaminum (1).»

Exinde plane consequitur supernaturalis superintelligibilis ordo. Hunc tamen magis atque magis firmat Assumptio Virginis. Nomen Assumptio synthetica phrasis est: complectitur enim mortem, resurrectionem atque triumphalem Deiparentis in caelos ele-

(1) S. Th. in Boëth. de Trin. lect. II, q. 2, a. 3.

(2) Haec inter cetera promittit: «Maria mori consunta dall'amore soprannaturale. Il naturalismo ignora questa sublimità di morte, perchè non intende la soprannaturale carità. Ma pure vogliamo mostrargli la maniera come avvenga con le sue medesime teorie quasi somiglianze. Il naturalismo antico e moderno ha riconosciuto sempre il fatto che talvolta si muore di consunzione operata dall'amore naturale. Per l'unità personale dell'individuo umano, quello che avviene nello spirito trasfonde nel corpo. La sintesi dell'umano composto opera mercè il sentimento, questo si sviluppa per la fantasia e pel cuore; quindi abbiamo il sentimento fantastico, il sentimento patologico. Ora l'amore naturale è un effetto che sentimentalmemente spingendosi all'unione la più stretta possibile con l'obbietto amato, si converte in dolore e in sentimentale sofferenza, quando non si ha questa intima unione; ne soffre per conseguenza il corpo, che pel sistema sentimentale riceve tutta l'influenza degli affetti, si affievolisce per la collisione continua dello slancio dell'affetto, e lontananza dell'oggetto, e le forze corporee ri ren-

vationem. a) Non moriebatur Virgo causa primigeniae labis qua fuit integra prorsus, sed causa divini amoris quo consumpta plane fuit, ut tamquam phoenix de cineribus suis iterum reviviscens, usque ad divinum Solem moveret per aera pennas. Ejus anima propter divini amoris vehementiam, jugemque supernaturalis charitatis influxum ab involucro corporis migrabat. Quin imo mortem B. Virgo patiebatur ob eundem supernaturalem amorem, ob quem Christus in ara crucis pependit: et hanc ob causam Redemptor iste, Redemptrix illa vocitantur. Hinc mortuus est super cacumina Golgothae supernaturali crucifixus amore, illa divino sauciata mucrone super eundem Golgothae verticem, deinceps hoc vulnere mortua supernaturaliter fuit. Late prosequitur hoc argumentum Gaspar De Luisse (2). b) B. Virgo moriebatur; sed

« dono così inabili a più servire come istrumento allo spirito umano principio degli affetti e dei sentimenti; il corpo si scioglie, l'anima l'abbandona, ne avviene quindi la morte. L'amore soprannaturale è certamente più forte del naturale per la sua intrinseca potenza, e per quanto l'obbietto maggiormente si eleva sulla natura, e per quanto è formato il cuore più sublimemente ad amare il soprannaturale per l'influente grazia di questo. L'amore soprannaturale è più veemente del naturale, perchè anima maggiormente la tendenza a Dio, che sorride all'uomo che l'ama, che l'accarezza, e trasfonde nella di lui anima le dolcezze della sua bontà divina; le forze corporali vengono meno a misura che questo amore perseverando progredisce; pochè rimanendo il corpo nella determinata misura di sua forza, sempre più sente crescere il vigore dell'amore, che lo deteriora, l'affralesce di più, e quando è impossibilitato a più reggerne l'impulso, cede, ed allora si muore... L'incredulità non seppe mai dare altre risposte alla dottrina predicata da' cattolici intorno alla morte di Maria fuori di sciocchissime negazioni. La morte di Maria mentre toglie dalla

post tres dies gloriosa resurrexit. Duplicem resurrectionem habemus; resurrectionem Christi, resurrectionem Virginis: utraque maximum portentum est, utraque supernaturalem virtutem ostendit. c) Hanc ipsam virtutem supernaturalem demonstrat luculentius gloriosa Deiparentis in caelum elevatio. Si mortuum corpus resurgere nullimode queat, vivens corpus elevari sursum neque potest, et caeli caelorumque penetrare sublimitia, caelesti beatitudine fruens. Roborat veritatem hanc E<sup>mus</sup> B. D'Avanzo, dum ait: «L'ordine soprannaturale s'identifica colla Incarnazione: ora Gesù può ben concepirsi senza gli eletti, non mai senza la Madre Maria: e sovranaturale è il privilegio di lei di aver scansata la colpa d'origine; non che l'altro privilegio di essere assunta anche nel corpo in cielo pria del di della risurrezione generale, acciocchè ella, che aveva avuto per i meriti del Figliuol suo Gesù la redenzione dell'anima pria che ogni altro credente, ne ricevesse pure la redenzione del corpo risorgendo, come Gesù, al terzo di dal sepolero (1).»

En igitur per Assumptionem Deiparae supernaturalis superintelligibilis ordo majori lumine radians. Qui hunc ordinem detrectant, volunt sese a Deo elongare. Proh miseri! ad istud divinum oraculum contremiscant: *Domine, qui elongant se a te, peribunt.*

« morte tutto il suo orrore, come quella che immediatamente unisce l'anima giusta e santa al suo creatore, insegna che il solo Dio ha il dominio sulla vita, ed esercitandolo egli nella sua bontà con i suoi fedeli, rende loro meritoria la medesima morte. » L'Assunzione di Maria

## ORATIO II.

## ANIMA

## Caput I.

Adstruitur Virginis Assumptione spiritualitas animae, putidusque refellitur materialismus.

1. Anima humana non est aliquid extensum, sed in una simplici et indivisibili realitate consistit. At aliquid nobilius ipsi tribuendum est; quamquam enim corpus informet, hujusmodi tamen est, ut a corpore nullatenus pendeat: unde non solum *simplex*, verum etiam *spiritualis* jure meritoque nuncupatur. Anima porro Virginis ab ejus corpore nulla ratione pependit: ab isto migravit, quin amitteret vel minimam proprietatem. Et ideo remeare post tres dies potuit, adeo, ut anima simulque corpus unam rursus hypostasin constituerint, inque caelum convolarint.

Insuper animae spiritualitas demonstratur ex eo quod intelligere atque colere Religionem possit. Unde Lactantius ajebat: «Nullum est animal, praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut Religionem solus intelligat et colat; et haec est hominis atque brutorum vel praecipua vel sola distantia (2).» Et ratio liquet, uti Lactantius ipsemet deinde patefacit; brutorum enim anima tantummodo

trionfo della dottrina cattolica sul naturalismo, pp. 8, 84, 85, Torino.

(1) Istruzione Pastorale, V Otto Dicembre 1869, primo splendido trionfo della Chiesa Cattolica a cagione del Concilio Ecumenico Vaticano, n. xxix.

(2) Lib. de ira Dei, cap. 7.

simplex, hominum vero anima est simplex et spiritualis. Cum autem beatissima Virgo singulariter, h. e. plus cæteris hominibus Religionem intellexerit (1) atque coluerit, singulariter proinde cum anima et corpore in cælum assumitur, singulariter animæ spiritualitatem demonstrat. Anthropologicam hanc veritatem roborat Aloysius Vaccarius episcopus Synopes; inquit enim: « Dogmatica piæ sententiæ definitio opportune accidere forte videretur. Animarum quippe spiritualitate... inde uberius evicta atque confirmata, nequaquam tumulo hominis vitam circumscribi gentes instruerentur, sed supremi Iudicis jussu universos omnino homines novissima clangente tuba resurrecturos (2). »

Hac veritate constabilita, progredimur ostensuri, quantum super materialismum, grande dedecus humani generis, assumpta Virgo triumphet.

2. Ætate hac nostra liberi cogitatores, quo procacius liberiusque suis indulgeant passionibus, animam nostram materiale esse pro aris focisque sustinent. Hinc summis laudibus extollitur in Germania Wagner qui animæ distinctionem a corpore negat; in cælum tollitur Cabanis qui homini suis de homine lectionibus humiliantem gradum tribuit; sum-

(1) Recole Fr. Narcissum Puig et Fr. Franciscum Xarrie: « 740. Petes lo Utrum Adam fuerit omnium hominum sapientissimus? Resp. Affirmative, excepto Christo: et excepta B. Virgine quoad notitiam rerum supernaturalium. Diximus excepto Christo, vero Deo, et homine: Diximus excepta B. Virg. quoad notitiam rerum supernaturalium, ita docente S. Antonino, p. iv, t. 15, c. 20., pag. 447 ex typis romanis.

(2) In op.: *Il razionalismo del popolo*, hæc habet:

mopere celebratur Wogt, quia per eum materialismus culmen attingit: quapropter a germanico incredulitatis synedrio constituitur, « omnium scientiarum basin externo tantum facto inniti. » In Gallia per Robinet et alios assecclas materialisticæ lectiones Elvetii atque Diderot reviviscunt; tum in Gallia tum in Anglia magnis laudibus efferuntur geologicæ et anatomice observationes increduli Darwin qui simiæ hominem æquiparat, ejusdemque conditionis utrumque fatetur. In Italia, rogatu gubernii materialista vocatur Moleschott, ut ex cathedra Taurina doceret, « omne quod videtur et quod non videtur, non esse nisi materiam. » Scholam Neapoli plantat Sterbinius qui, ut legitur in ejus programme « Philosophia et Religio, » animam et Deum subtiliorem ætherem putat. Præteriri silentio nequit Ausonius De Franchi (3) et Cæbel qui opinatur, hominem cogitantem esse propriorum sensuum summam.

Quorsum autem perabsurdum systema materialismi? Hoc perditum homines comminiscuntur, ut liberius in peccato tabescerent, et ad terram conversi, ne forte mali putentur, terrenos se esse dogmatizant. Nec eos omnino fallit opinio. Ait enim Au-

« Noi non possiamo conoscere il pensiero, quantunque conosciamo i pensieri, e comunque avessimo creduto il nostro spirito semplice, pure questa semplicità è una condizione comune agli atomi de' corpi, e perciò come questi non finiscono, ma si trasformano negli atomi di altra materia, così del pari dovevamo credere del nostro spirito. » Egli finalmente si scandalizza che noi ammettiamo due sostanze dell' uomo, distruggendone l'unità espressa col nobile accento dell'io.

gustinus: « Terram diligis? terra es. Deum diligis? quid dicam? quasi Deus es. »

Per assumptam tamen Virginem sursum humana corda trahuntur, homines erga cælum medullitas incallescunt, ne reversi ad terram ut muta animalia quibus non est intellectus, terreni fierent vel quoque materialistæ, prout ipsi se nuncupant; sed in cælum sua lumina tollentes, quodammodo cælestes evaderent. Assumpta Virgo nos edocet, dumtaxat in cælis quoad animam nos et quoad corpus vera perennique beatitate fruitorios. Ibi namque contuebimur lucem super omnem lucem quam non capit oculus; audiemus quamdam vocem super omnem vocem, quam non capit auris; habebimus quemdam odorem super omnem odorem, quem non capit naris; tenebimus quem-

(1) Hæc omnia notatu digna sunt: « Or meditando noi sulla condizione morale dell'età nostra scorgiamo due capitali disordini che la deturpano. Uno nell'ordine delle idee, e l'altro nel pratico; val dire la negazione del soprannaturale che si risolve in pratica nel più abietto materialismo. Studiate le tendenze dell'età nostra, le sue aspirazioni, la meta a cui tende, e voi troverete che tutto sa di terra. *Terrenus homo de terra*. Non giova illudersi, l'unico movente della nostra generazione è il ben essere materiale, a cui volentieri si sacrifica ogni più sacrosanto principio di religione, di onestà e di giustizia. *Vocaverunt nomina sua in terris*. Di qui noi vediamo la necessità in che ella si trova di esser scossa, e che il suo sguardo sia indirizzato al cielo. Or, se non fosse temerità la nostra, vorrem dire, che questa sia la cagione e forse ancora non avvertita, di codesto voto de' fedeli che si definisca nel futuro Concilio l'Assunzione corporea di Maria al cielo. Mercè di questa definizione si ricorderebbe all'umanità travolta, che ancora il corpo ha il suo destino oltramondiale, che esso ancora è fatto pel cielo, ove troverà il pieno soddisfacimento di tutti i sensi: di quei sensi a cui soddisfare sono tentate a' di

dam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus; recipiemus et dabimus quemdam amplexum super omnem amplexum, quem non capit tactus. Ista lux quidem fulget, ubi locus non capit; ista vox sonat, ubi spiritus non rapit; odor iste redolet, ubi flatus non spargit; sapor iste sapit, ubi non est edacitas; amplexus iste tangitur, ubi non divellitur. Argumentum hoc jamdiu confecerat perillustris ephemeris inscripta: *La Scienza e la Fede* (1).

Assumpta Deipara vere glorificat materiem: posito namque quod ipsa resurrexerit, inque cælum assumpta sit, concludendum rationabiliter est, quod cælica gloria propter humanæ naturæ synthesin redundet in corpus quod vera perennique (2) voluptate perfunditur. Hinc vera corporis celsitudo quod fruitur in cælo, non au-

« nostri segnatamente, le invenzioni più ardite, ed adoperati i mezzi più ingegnosi, ma che non tolgono nè la precarietà agli stessi comodi della vita, nè l'amarezza e i palpiti fino in mezzo alle ricchezze più sfondolate ed a' più beati ozi. Per tal modo, siccome la definizione dogmatica dell'immacolato Concepimento è stata una solenne affermazione dell'ordine soprannaturale in faccia alla petulante pretensione del naturalismo; così una definizione dell'Assunzione corporea di Maria sarebbe una protesta contro lo sfrenato amor di se stesso, e contro quell'abbietta cupidigia de' beni di quaggiù che tiranneggiano i cuori della presente generazione. » *La Scienza e la Fede*. — *I voti de' Cattolici e l'Assunzione di Maria* Ss. G. De Luca f. 84.

(2) *Isthæc perennis voluptas opponitur male malorum voluptati qui hæc frui perenniter velent. Unde dicit S. Gregorius in lib. iv Moral.* « Quod iniqui voluissent sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. » Ex quo arguit S. Thomas: « *Justum est secundum Gregorium quod qui in suo æterno peccavit contra Deum, in æterno Dei puniatur.* » l. 2. q. 87. art. 3 ad 1.

tem uti sus volutatur in cœno. Hanc ob causam, Mariani corporis æthereo scintillante nitore, mirabiliter humana corda quatiuntur, ut suum quisque corpus in servitute redigat, spem fovens, istud aliquando recreatum iri suavissimis deliciis in perpetuam æternitatem, cum per Redemptorem nostrum in cœlo collocabitur.

3. Ex argumentorum soliditate pressi, mirum est quomodo se torse-rint qui materialistæ nostris temporibus audiunt. Obgannijunt hisce verbis: si vere simplex anima foret, quum immortalitatis dote polleret, remeare post mortem deberet ad corpus, quocum completam substantiam constituit. Numquid autem rediit unquam? minime quidem. Animam igitur simplicem non esse fatemur. — Huic miserie opponemus miracula quibus mortui de monumentis exierunt animi nitore coruscantes? incassum prorsus, inane. Responsum quippe dant, quod hi rursus vita functi nunquam conspexerint animam ex alia vita redeuntem. Opponemus universam in novissimo die mortuorum resurrectionem? Est tempus inutiliter terere. Futuros siquidem eventus impune detrectant. Virginis dumtaxat Assumptio est ipsis horrificum, sereno æthere, fulmen. Quamavis beata Virgo extremum clausit diem, in suo corpore rursus emicuit immortalis animæ splendor, immortalique sero cælum

(1) Hujusmodi ephemerides in lucem edi ceperunt Lutetiæ Parisiorum an. 1837. Flourensus ait: "Vires systematis nervi sunt quinque, æque sunt sensibilitas, motricitas, principium vite, reductio motuum de loco in locum, atque intelligentia." Hinc sæpe dixit, cerebrum percipere, cerebrum cogitare, aliaque id genus plurima.

triumphatura conscendit. En quod cupiunt materialistæ, en eorundem solide ac nitide soluta difficultas, en splendida lux qua poterunt ad philosophicam doctrinam *potenti pietate restitui*.

Hisce positis libratisque momentis, toto suo pondere ruit *materialismus physiologicus*, penes quem nonnulli liberi cogitatores animam ita corpoream esse autumarunt, ut eam a corpore nihil esse distinctam senserint. Ineunte hoc sæculo, præter Cabanissium et Tracyum qui saltem incertum esse, quid sit anima, effutiere, hoc commentum præsertim tuiti sunt in Gallia scriptores ephemeridum sub titulo: *Journal des applications de la physiologie animale à la physiologie sociale, par l'observation exacte* (1). Toto suo pondere ruit *materialismus dynamicus*, penes quem Buchnerus (2) aliique post Moleschottium (3) et Wagnerium (4) nihil in homine præter corpus esse docent, eo quod materiam essentialiter activam et internis viribus instructam esse putant. Toto suo pondere ruit toties a Voltairio (5) repetita totiesque decantata dubitatio Lockii, utrum nempe cogitandi vis inter proprietates materiæ quæ nobis compertæ non sunt, revera sit, aut saltem divinitus esse possit.

Sanctissima Virgo mortem oppetiit, æternitatis prope limen p̄agravit, et post tres dies rediit ad corpus. En

(2) *Force et matière*, p. 108 seqq., Leipzig 1863.  
(3) *Cursus vite circularis* (Germ.), iv ed. 1862, vel *La Circulation de la vie*, Paris 1865.  
(4) De hominis creatione, et de substantia animæ (Germ.), Gotting. 1864.  
(5) *Elem. de la phil. de Newton*, part. 1, cap. 6, et alibi passim.

simplicitas animæ; et in hac simplicitate tandem agnosce, materialista, dignitatem tuam. Anima Virginis corpore non indignuit, ut super pennis Fidei, Spei et Charitatis seipsam per ætherea regna libraret. En spiritualitas animæ; et in hac spiritualitate tandem agnosce, materialista, dignitatem tuam. Meminerimus semel pro semper quantum super sensus omnes nostros emineat arcana simplicitas et spiritualitas animæ, et quantum stultum sit ejus virtutem modo nostro velle metiri.

4. Verum, si cum corpore non confunditur anima, magnus inter utrumque nexus reperitur. Tale Deus indidit in homine corporis animique commercium, ut unionem eorundem intimam substantialemque fateri debeamus. Hoc impetit Platonem qui sæpe dixit, animam cum corpore tamquam motorem cum mobili conjungi, eoque, tamquam herus servo, artificem instrumento, vel musicum lyra uti. Hinc hominem non esse aliud, nisi animam, sensit (1).

Assumptio Virginis anthropologicam hanc veritatem in sua luce reponit. Suum namque corpus inter tot centena corporum millia tum per separationem ab anima vivere desiit, tum per unionem cum illa vivere rursus occæpit. Quod contingere nullatenus potuit, si anima se haberet ad corpus, uti motor ad mobilem. Quandoquidem mobile non sic a mo-

(1) In recenti philosophia Cartesius essentiam animæ in cogitatione sitam esse putavit; et quoniam homo ex eo est quia cogitat, animam esse hominem deduxit. Cf. *Les principes de la phil.*, part. 1, §§ 8 et 9. Quod si anima est homo, cum corpore secundum accidens, non autem secundum

to dependet, ut per unionem cum illo suam incipiat vitam, et per separationem ab ipso suam vitam relinquat. Substantialem igitur animæ et corporis unionem firmiter constanterque roboraret dogmaticum de Virginis Assumptione decretum.

## Caput II.

Virginis Assumptione depromitur immortalitas animæ, teterrimusque percuditur lethali ferro nihilismus.

1. Homo non tantum libertatis charismate præditus est, ut per eam divinam adipiscatur amicitiam vel amittat; sed etiam immortalitatis munere gaudet, ut per eam ipse divinam amicitiam vel æternum amittat, vel æternum adipiscatur. Immortalitas isthæc ab ipsa quam nuper demonstravimus, simplicitate ac spiritualitate animi fluit. S. Gregorium Neocæsariensem præstat audire loquentem: « Consequens mihi videtur, » ait, « ut quod est simplex, etiam sit immortale... Nam omne, quod corrumpitur, dissolvitur; quod dissolvitur, compositum est; compositum multarum est partium... Quamobrem cum simplex sit anima, neque ex pluribus partibus constet, quia nec composita est, neque dissolvi potest, sequitur eam incorruptibilem, et immortalem esse (2). »

Assumpta Virgo Deipara immortalitatem animæ splendida luce de-

substantiam conjungitur. Cartesio favit Kantius qui *tō ego* seu hominem ne in anima quidem, sed in sola conscientia suarum cogitationum posuit.

(2) In Max. Bibliotheca Patrum t. III, pag. 320, Lugduni 1677.



promit. Quædam græci ritus Synaxaria seu breves narrationes id largiter evincunt; legimus enim jambicos hos versiculos:

Minime mirum est Virginem, quæ est mundi salus, mori,

Cum mortuus sit in carne ipse mundi creator.

Mater Dei semper vivit, etsi die decima quinta mortua sit.

Similia quoque sunt quæ Malaxus recens hymnographus habet; ait enim Od. v, 4: « Quomodo paris et permanes virgo illibata, atque moreris et translata es ad vitam sempiternam. » Et Od. vii, 1: « Descendisti ad ima terræ... sed incorrupta permanes, et egredieris ad æternam vitam. » Et ibidem: « Supra naturam nunc e sepulcro ad æternum lumen transfertur. » Quare Virginis Assumptio docet, animas hominum post mortem, priusquam denuo suis inspirarentur corporibus, nullatenus extinguï; sed, vel æterna beatitudine frui, si bonas, vel æterna miseria plecti, si malas. Atque ita nobis feliciter, assumpta Deipara rogante, contingat, ut, expleto mortalis peregrinationis cursu, vestiti duplicibus anima nimirum et corpore, post universale iudicium in novissimo illo vitæ nostræ die clamare cum Propheta Rege non vereamur: *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus*, et aditum nobis patere confidamus in montem sanctum Sion, cælestem Jerusalem.

2. Nunc vero, quantum nihilismus seu corporis animique destructio per

intimas hodiernæ societatis artus serpeat, videamus.

Origenes in celebri opere *Περὶ ἀρχῶν* seu *De principiis* futuram corporum resurrectionem denegavit. Labentibus temporibus semper fuerunt qui vel corporis vel animi vel utriusque destructionem edocuerunt. Sed incredibilia prorsus videntur quæ his postremis annis, præsertim ab Hegelianis contra immortalitatem animorum disputata sunt, adlaborantibus, coryphæo Ruge, Annalium germanorum scriptoribus. Strauss aperte fassus est, animorum immortalitatem esse postremum hostem in scientiæ speculativæ campo profligandum. Eorum sententia quæ ex principiis pantheismi fluit, hæc est: post corporis corruptionem hæc particula in vitam universalem illico transfunditur, homo personalitatem amittit. Eorundem insuper germanicorum Annalium scriptores qui ad scholæ hegelianæ *sinistram* pertinere dicuntur, universam luculentissime profitentur annihilationem. Omnes audacia superat impius Feurbach qui tum soluta tum numeris adstricta oratione laudes celebrat *Magni Nihili*; ex quo prodeunt omnia et in quod omnia redeunt, homine nullatenus excepto, quamquam intellectuali nitore coruscet. Gallicanus Quinet in *Siècle* mensis januarii hæc habet: « In Criticismo germanico non nisi tenebræ ac inane reperitur, et congesta volumina Kant, Fichte, Schelling et Hegel non sunt quoad Deum, quoad hominem et quoad mundum nisi superba dilatatio nihili (1). »

(1) Cf. *L'Univers* 19 Jan. 1871.

Præterea Diderot aperire non erubuit: « Inter hominem suumque canem nil aliud quam habitus, discrimen intercedit: communem uterque sortem habet, uterque cum morte destruitur (1). »

Quot igitur erunt qui præsertim in tanta corruptione naturæ, quæ genus humanum invasit, quot, inquit, erunt qui crimina caveant, si nulla post mortem præmia speranda vel supplicia pertimescenda superessent? Si qui hæc timent, aut illa sperant, tam sæpe moribus sunt pessimis, quid erit de illis qui nulla spe, nullo timore ducuntur? Ex his inferimus, vaniloquos doctores conantes e cordibus hominum averruncare tum præmiorum spem, tum suppliciorum formidinem, eo collimare, ut morum dissolutionem inducant, foveant, promoveantque.

Sed, ecce!!! radiorum cuspe micans ex eo montibus surgit aurora, tenebras pellens illius universæ omnium rerum annihilationis, illius post mortem tristissimæ noctis quam pseudo-philosophi ad sua cooperienda piacula comminiscuntur. Mysticam hanc conspiciamus auroram in assumpta Virgine. Catholica Ecclesia Mortem, Resurrectionem atque Virginis Assumptionem uno eodemque die concelebrat. O nostræ futuræ vitæ compendium! o nostræ futuræ gloriæ pignus, aut futuri cruciatus, quum uterque correlativa sint! Apostolus in

(1) In vita Senecæ. — Hoc triste consequens nobis porrexit hæresiarchia sæculi xvi, ut inquit Eduardus Hartmann in libro inscripto: *Intestina dissolutio Christianismi* (Die Selbstzerstörung des Christenthums. Berlin. 1874). Principium, ait, Re-

sua ad Corinthios epistola sic resurrectionis osos perstringebat: *Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est* (2)? Iisdem prope modum verbis, eodemque nuperis pseudo-philosophis Paulino entymemate tollamus verba dicamusque: B. Virgo resurrexit ex mortuis? omnes igitur aliquando resurgemus.

Totum neologorum commentum labitur, si forte quis nostrum prior in anima et corpore istinc divinæ dignationis celeritate præcesserit. Quid autem si tanta veritas irretractabili firmaretur assensu? Tale foret Assumptionis dogma catholicum. Id roborat Eximus et Illimus Aloysius Vaccarius episcopus Synopes; hic de doctrina immortalitati animorum opposita loquens, ait: « A qua perditorum hominum doctrina ut gentes retrahat, atque in tanta errorum colluvione, divinarum humanarumque rerum permixtione veritatis facem, tutissimamque veræ sapientiæ methodum Ecclesia, quæ ex Apostolo, *columna est ac firmamentum veritatis*, christiano populo apertissime demonstrat, dogmatica piæ sententiæ definitio opportune accidere forte videretur. Animarum quippe *spiritualitate* ac IMMORTALITATE inde uberius evicta atque confirmata, nequaquam tumulo hominis vitam circumscribi gentes instruerentur, sed supremi Judicis jussu universos o-

formationis nedum infert negationem religionis revelatæ, sed etiam redactionem omnium ad nihilum primitivum, in quo solo requies tandem erit æterna.

(2) I. ad Cor. xv, 12.

mnino homines novissima clangente tuba resurrecturos. Hujusmodi igitur doctrina sancita, præcipuæ veritates fideique capita necessario legitimoque consecrario satius confirmantur. Hinc e quavis terrarum plaga, hocce Vaticanæ montis personante oraculo gentes exultabunt, virtutes cælorum commovebuntur, inferorum potestates contremiscent. Homines tum veluti festivo tubæ sonitu excitos, sacrarum rerum segnitie depulsa, redintegratis religionis studiis, ad virtutem, pietatem, modestiamque in justitia et veritate diligentius animum attenturos confidimus (1). »

3. Longinqua sæpe mysteria connectuntur. Deus post protoparentum lapsum quæritabat Adamum, fortiter inclamans: *Adam, ubi es?* In hisce verbis non ignorantiam poteris arguere, verum sapientiam, clementiam, bonitatem, cum sæpe reum interrogemus, non ut rem dignoscamus ipsi, sed ut eum agnoscere atque fateri crimen compellamus. Nihilominus Adam suum agnoscere noluit grande peccatum, suumque lapsum mulieris crimini vertit. Nostra pariter ætate perditii homines et in quavis scelerum lue tabescentes, quin ad obtinendam misericordiam suam fateantur miseriam, dicere non erubescunt quod eos mulier ad cuncta vitia compellat; nec non infandum systema comminiscuntur, h. e. cum corpore nostram animam extinguere, ut sub hujusce systematis velo immania facinora tegant, nec ab eis perpetrandis desistant, aut

(1) De corporea Deiparæ Assumpt. art. XLVI, pag. 447 ex typis romanis.

in eis conquiescentes perhorrescant. Sed in utroque casu divina misericordia fulget. Quemadmodum per mulierem humana propago caligat, per mulierem in admirabile lumen venit. In Eden Creationis locutus est Deus, et Mulieris assumptionem decrevit ad Maternitatem (2) divinam, ut per eam *contereret* nigræ viperæ caput, quæ incautis protoparentibus divinam spondit immortalitatem: *Nequaquam morie moriemini... eritis sicut Dii* (3); in Eden Redemptionis Deus ipse loquetur per Romanum Pontificem, et Mulieris Assumptionem decernit ad æterna tabernacula cum anima et corpore, ut per eam frangeret viperinam calliditatem quæ nunc incautis philosophis (quum errores vagari circa extrema consueverint) animæ simul et corporis mortalitatem, vel, si magis lubet, annihilationem pollicetur.

Assumptionis igitur dogma in magnis votis est, quum illud mirabilis, pulcherrima, suavissima Catholicæ Religionis harmonia deposcat, nuperosque pseudo-philosophos cohibeat atque confundat. Hoc propterea dogmate Rom. Primas supplices litteras assumptæ Virgini dabit, ut intercessione sua grassanti mederetur errori, necnon emittet eloquia sua tamquam orationem paræneticam ad rerum omnium philosophos nihilistas, ut futura verentes ad meliorem frugem et ad *argumentum non apparentium* intimo veracique mentis obsequio reverterentur.

(2) *Ipsa conteret caput tuum.* Penes aliquem paraphrasten legitur: *Ipsa quæ Ipsum genuit.*

(3) Gen. III, 4-5.

## ORATIO III.

## CULTUS

## Caput I.

Assumpta Virgo Deipara retundit suo nitore rationalismum qui, Dei cultu posthabito, cultum impudicæ mulieris evehendum proponit.

1. Nostris hisce temporibus tanto plerique tumidæ mentis fastu capiuntur, propria excellentia illecti, quasique rapti, ut tamquam infallibilem canonem ad cælum rationis acumen extollant. Hos inter eminent germanici philosophi qui nedum scientiam, verum etiam barbara voce *scientiabilitatem* callere se blaterant. Hos tamen rationi (1) unice litantes vecors incessit libido ambulandi sine comite, ut in horto amœnissimo fruerentur, ubi callida syren libidinum effrænum venenata poma suppeditat. Quam ob rem totam movet rationalismi machinam Veneris immensa cupido. Philosophi naturalistæ sæculi xviii nuper elapsi eo dementia pervenerunt, ut Parisiis Rationem ceu Deam proclamarent, in ara collocantes, tamquam ejus effigiem, impudicam nudamque mulierem.

Hisce præjectis, impudicæ mulieris assumptio pudicæ Mulieris Assumptionem conquirat, ut, dum ista sublimatur ad cælum, illa dilaberetur ad terram. Impudica mulier rationalismi proterviam ad impietatis evehit culmen; pudica Mulier rationalismi proterviam in impietatis culmine frangit, ut quo casu anima venit ad infima,

(1) Inquit S. Anselmus: " Illi (hæretici) rationem quærunt, quia non credunt; nos vero quia credimus. " *Cur Deus homo* lib. I, cap. II.

eo gradu revertatur ad summa, et eisdem quibus corrui, passibus surgat. En duæ mulieres assumptæ: altera per Deum in suo corpore luce divini Solis amicta; altera per diabolum in suo corpore tenebricosa venera nocte circumdata: hæc per diabolum ut diabolus contra Deum ejusque cultum bacchetur; illa per Deum ut Deus contra diabolum ejusque cultum vincat: prior ut *Dea Ratio* superbia tumeat et quasi cum deificata carne putrefiat; posterior ut humana ratio Divinitati ancilletur, quasique cum glorificata carne solidetur. Mulier veneræ rationis cultum extollit, mulier veneræ rationis apotheosin destruet. Conspicite viventem Dei arcam in cælesti templo collocatam, penes quam iterum iterumque collabatur Dagon novorum Philistiim simulacrum. Conspicite montem et *fundamenta ejus in montibus sanctis*, montem qui divini solis luce vestitus iterum gignet petram (petra autem erit Christus): hæc de hujusce montis cacumine ruens, luxuriæ statuam, totam ex argilla confectam, sternit, frangit, conterit. Mysticam conspicite auroram in æthereo palatio sublimate quæ, dum tenebras pellit et nocturnam quamlibet voluptatem, jactitat e roseo sinu lucis inexauribile flumen.

2. At, si hodiernus rationalismus per mulierem culmen attingit, per mulierem quæ suum cultum provehit, Dei cultu posthabito, ducit initium. Quamquam senex, aulica domina Lenoclos (2) quæ mirandum in modum

(2) Vid. Roselly De Lorgues in op.: *Cristo al cospetto del secolo*, cap. I *Fonti della gallicana incredulità*.

mnino homines novissima clangente tuba resurrecturos. Hujusmodi igitur doctrina sancita, præcipuæ veritates fideique capita necessario legitimoque consecrario satius confirmantur. Hinc e quavis terrarum plaga, hocce Vaticanæ montis personante oraculo gentes exultabunt, virtutes cælorum commovebuntur, inferorum potestates contremiscent. Homines tum veluti festivo tubæ sonitu excitos, sacrarum rerum segnitie depulsa, redintegratis religionis studiis, ad virtutem, pietatem, modestiamque in justitia et veritate diligentius animum attenturos confidimus (1). »

3. Longinqua sæpe mysteria connectuntur. Deus post protoparentum lapsum quæritabat Adamum, fortiter inclamans: *Adam, ubi es?* In hisce verbis non ignorantiam poteris arguere, verum sapientiam, clementiam, bonitatem, cum sæpe reum interrogemus, non ut rem dignoscamus ipsi, sed ut eum agnoscere atque fateri crimen compellamus. Nihilominus Adam suum agnoscere noluit grande peccatum, suumque lapsum mulieris crimini vertit. Nostra pariter ætate perditii homines et in quavis scelerum lue tabescentes, quin ad obtinendam misericordiam suam fateantur miseriam, dicere non erubescunt quod eos mulier ad cuncta vitia compellat; nec non infandum systema comminiscuntur, h. e. cum corpore nostram animam extinguere, ut sub hujusce systematis velo immania facinora tegant, nec ab eis perpetrandis desistant, aut

(1) De corporea Deiparæ Assumpt. art. XLVI, pag. 447 ex typis romanis.

in eis conquiescentes perhorrescant. Sed in utroque casu divina misericordia fulget. Quemadmodum per mulierem humana propago caligat, per mulierem in admirabile lumen venit. In Eden Creationis locutus est Deus, et Mulieris assumptionem decrevit ad Maternitatem (2) divinam, ut per eam *contereret* nigræ viperæ caput, quæ incautis protoparentibus divinam spondit immortalitatem: *Nequaquam morie moriemini... eritis sicut Dii* (3); in Eden Redemptionis Deus ipse loquetur per Romanum Pontificem, et Mulieris Assumptionem decernit ad æterna tabernacula cum anima et corpore, ut per eam frangeret viperinam calliditatem quæ nunc incautis philosophis (quum errores vagari circa extrema consueverint) animæ simul et corporis mortalitatem, vel, si magis lubet, annihilationem pollicetur.

Assumptionis igitur dogma in magnis votis est, quum illud mirabilis, pulcherrima, suavissima Catholicæ Religionis harmonia deposcat, nuperosque pseudo-philosophos cohibeat atque confundat. Hoc propterea dogmate Rom. Primas supplices litteras assumptæ Virgini dabit, ut intercessione sua grassanti mederetur errori, necnon emittet eloquia sua tamquam orationem paræneticam ad rerum omnium philosophos nihilistas, ut futura verentes ad meliorem frugem et ad *argumentum non apparentium* intimo veracique mentis obsequio reverterentur.

(2) *Ipsa conteret caput tuum.* Penes aliquem paraphrasten legitur: *Ipsa quæ Ipsum genuit.*

(3) Gen. III, 4-5.

## ORATIO III.

## CULTUS

## Caput I.

Assumpta Virgo Deipara retundit suo nitore rationalismum qui, Dei cultu posthabito, cultum impudicæ mulieris evehendum proponit.

1. Nostris hisce temporibus tanto plerique tumidæ mentis fastu capiuntur, propria excellentia illecti, quasique rapti, ut tamquam infallibilem canonem ad cælum rationis acumen extollant. Hos inter eminent germanici philosophi qui nedum scientiam, verum etiam barbara voce *scientiabilitatem* callere se blaterant. Hos tamen rationi (1) unice litantes vecors incessit libido ambulandi sine comite, ut in horto amœnissimo fruerentur, ubi callida syren libidinum effrænum venenata poma suppeditat. Quam ob rem totam movet rationalismi machinam Veneris immensa cupido. Philosophi naturalistæ sæculi xviii nuper elapsi eo dementia pervenerunt, ut Parisiis Rationem ceu Deam proclamarent, in ara collocantes, tamquam ejus effigiem, impudicam nudamque mulierem.

Hisce præjectis, impudicæ mulieris assumptio pudicæ Mulieris Assumptionem conquirat, ut, dum ista sublimatur ad cælum, illa dilaberetur ad terram. Impudica mulier rationalismi proterviam ad impietatis evehit culmen; pudica Mulier rationalismi proterviam in impietatis culmine frangit, ut quo casu anima venit ad infima,

(1) Inquit S. Anselmus: " Illi (hæretici) rationem quærunt, quia non credunt; nos vero quia credimus. " *Cur Deus homo* lib. I, cap. II.

eo gradu revertatur ad summa, et eisdem quibus corrui, passibus surgat. En duæ mulieres assumptæ: altera per Deum in suo corpore luce divini Solis amicta; altera per diabolum in suo corpore tenebricosa venera nocte circumdata: hæc per diabolum ut diabolus contra Deum ejusque cultum bacchetur; illa per Deum ut Deus contra diabolum ejusque cultum vincat: prior ut *Dea Ratio* superbia tumeat et quasi cum deificata carne putrefiat; posterior ut humana ratio Divinitati ancilletur, quasique cum glorificata carne solidetur. Mulier veneræ rationis cultum extollit, mulier veneræ rationis apotheosin destruet. Conspicite viventem Dei arcam in cælesti templo collocatam, penes quam iterum iterumque collabatur Dagon novorum Philisthiim simulacrum. Conspicite montem et *fundamenta ejus in montibus sanctis*, montem qui divini solis luce vestitus iterum gignet petram (petra autem erit Christus): hæc de hujusce montis cacumine ruens, luxuriæ statuam, totam ex argilla confectam, sternit, frangit, conterit. Mysticam conspicite auroram in æthereo palatio sublimate quæ, dum tenebras pellit et nocturnam quamlibet voluptatem, jactitat e roseo sinu lucis inexauribile flumen.

2. At, si hodiernus rationalismus per mulierem culmen attingit, per mulierem quæ suum cultum provehit, Dei cultu posthabito, ducit initium. Quamquam senex, aulica domina Lenoclos (2) quæ mirandum in modum

(2) Vid. Roselly De Lorgnes in op.: *Cristo al cospetto del secolo*, cap. I *Fonti della gallicana incredulità*.

suo volvebat humana corda primatu, ferventem juvenem Arouet, postmodum horrendo nomine Voltaire nuncupatum, in sua libenter excepit familiaritate, et ad Catholicam Religionem rationalistico furore concutiendam incredulo-scurram potenti satanica virtute pellexit. Ubi primum sese obtulit occasio, ut Voltærius inflante cum scientia dementique sermone rationalistica venenata semina jactitaverit, quæ teterrimo nisu ad civilium sacrarumque rerum perniciem nostris sub oculis evolvuntur.

Divina tamen salubriter prodixit Sapientia, ut, quæ per mulierem tristissima mala contingunt, per mulierem quoque tollerentur. Sacra quippe testantur eloquia: *A muliere factum est initium peccati, et per illam omnes morimur* (1); *a muliere factum est initium salutis, et per illam omnes vivimus*. Hodiernum eapropter rationalismum quem domina Lenelos induxit, fovit, protexit, Domina Cæli Maria redarguere debet, refellere, in cinerem favillasque dissolvere. Quia imo non solum in mirifico salutis humanæ systemate disposuit Deus, ut mulier mulieris damna propelleret, verum etiam ut eadem ratione qua damna retulit mulier, eadem sed opposita propellere mulier ipsa niteretur. Sic Evæ damna B. Virgo reparavit post Christum; sed illa quia credidit angelo tenebrarum, ista quia credidit angelo lucis; illa quia se exaltavit ut Deam, ista quia se humiliavit ut ancillam: illa prima mater in ordine

(1) Eccl. xxv, 33.

(2) Antithesin hanc plures instituere PP. quos inter prisceus Irenæus lib. III, cap. XXII, n. 1.

vetustatis, ista prima mater in ordine dignitatis; illa gignendo genuit mortalem, ista gignendo genuit Immortalem (2). Quæ cum ita sint, quia domina mulier, h. e. domina Lenelos hodiernum promovit rationalismum; domina mulier, i. e. Domina Cæli Maria hodierni rationalismi frangere protervam cervicem debet. Maria lingua syriaca *Domina* dicitur, ut Arnoldus Carnotensis (3) adnotatum reliquit. Hinc illa sanctorum PP., Ecclesiæ ac omnium fere nationum vox Mariam appellantium Dominam. Et ob eam causam ejus typus fuit Sarah, quæ cum antea diceretur *Sarai*, h. e. domina mea, postea Deo jubente dicta est *Sarah*, quod nomen significat principem seu dominam absolute (4). Est enim Virgo per excellentiam Domina et Princeps.

Quando tamen beatissima Virgo proprie vereque nuncupari Domina queit? in sua ad cælos Assumptione. Siquidem in cælo ad tam sublimem gloriæ gradum ascendit, ad quem nullus unquam hominum et angelorum pervenit. Angelis sanctis et hominibus assignatur terminus gloriæ, ad quem pervenerunt: at B. Virgini non assignatur terminus gloriæ, quia huc pervenit, quo nullus unquam angelorum et hominum pervenire potuit. Cum de Maria loquimur, non solemus dicere: huc pervenit Maria, sed: eo nemo pervenit, quo Maria. Joannes Gerson cancellarius parisiensis censet, beatam Virginem solam constituere separatam hierarchiam

(3) Tract. de laud. Virg.

(4) Gen. xvii, 17.

sub Deo trino et uno hierarcha primo (1).

En domina mulier mulieris dominæ victrix. Juxta suavem igitur mirabilemque divini systematis œconomiam assumpta Deipara debet callidi serpentis conterere caput, qui denuo vetus illud protoparenti directum audire facit rationalisticum *Cur* (2), *Cur Deus? Cur Christus? Cur Ecclesia? Cur Sacramenta? Vere digitus Dei est hic: Assumptionis dogma rationalisticam viperam tricuspede lingua furentem in suo gutture terit, vexat, trucidat.*

Cum tantam in Virgine Deipara utilitatem epitheton *Domina* gignat, jure merito Calvinus se nobis objicit; Catholicam Ecclesiam quæ B. V. Mariam passim *Dominam* appellat, sic arguit: « Ipsa Virgo se ancillam vocat: Ecce ancilla Domini (3). Perperam ergo papistæ *Dominam* nominant (4). » — O barbarum et stolidum argumentum! Numquid Bethsabee, uxor ipsius David, regina non erat, cum ancillam David se profiteretur (5)? Numquid Esther regina et domina non erat, et tamen ancillam regis persarum et medorum se vocabat (6)? Ridiculum igitur et ineptum est Calvini argumentum. Nam ista ratione Matrem Dei nec sanctam et ne virginem quidem vocare debemus; quia ipsa se non Matrem Dei, non sanctam, non virginem, sed ancillam nominat. Facessat igitur hæreticorum phantasia. — Sed eo unde digressi sumus, revertamur.

(1) Tract. 4 in *Magnificat.*

(2) Gen. III, 1.

(3) Luc. I, 38.

(4) Cf. Justinum Miechoviensem disc. Xc, n. IV.

3. Magistro Goëthe, Fevrbach conqueritur quod ex suis aris, Cruce radiante, Venus corruerit. Dux sordidæ sectæ quæ in Germania obtinet, renovat ethnicam superstitionem cum omnibus suis ritibus, immunditiis, et perditorum hominum magister ex cathedra docet: « Nostrarum institutionum finis est restauratio materiæ, sua in quolibet jure redintegratio: nos constituimus democratiam Deorum terrestrium in sanctitate ac beatitudine parium (7). » Nostro præterea sæculo impia schola τὸν Père Enfantin colit fœminam, cujus absolutam libertatem prædicat; imo præstolatur *mulierem Messiam*.

Mulier aliquo jure Messias nostris hisce temporibus assumpta Virgo est. Hominum quippe caro a Virginis carne redimitur, quum ista scholam ethices aperiat. Tanta fuit in hoc vitæ curriculo ejus sanctitudo, tanta nituit ejus puritas et candor, ut cum anima et corpore præ cæteris hominibus æternam promeruerit ingredi Civitatem. Mulieri præsertim quæ causa malorum est, ethices schola dirigitur: ad pietatem melioremque frugem confidimus eam, assumptæ Virginis ope, reversuram. Matthæus commemorat, mulierem hæmorrhossam ex contactu fimbriæ vestimenti Christi fuisse sanatam. Et nos in historia temporum perlegemus, mulierem rationalisticæ lue contabentem ex mystico contactu carnis assumptæ Virginis (quæ carum Virginis, tum Christi pretiosissimum quodammodo vestimentum

(5) III, Reg. I, 13-17. (6) Esth. XIV, 18.

(7) In *Revue des deux Mondes*, 1 Mars 1834, article de M. Henri Heine.

est) mire sanātam, vere respicientem, et ad Deum, ad Christum, ad Ecclesiam plene revocatam. Quā ob causam Deus *non vult mortem rationalistae, sed ut convertatur et vivat.*

### Caput II.

Assumpta Virgo destruet epicureismum, divinum cultum destruentem, et penas quas propter illum allaque facinora juste meremur, avertet aut mulcebit.

1. Princeps sane legitimusque materialismi surculus epicureorum grex est, qui rerum spiritualium pertaesus, tamquam filii Israel in deserto, manna fastidit, *atque in mentem illi veniunt cucumeres et pepones, porrique, et caepe et allia* (1), quae comederat in Aegypto. Hac potissimum aetate cancer iste proserpit, in cuius perniciem sic invehitur, ut pene totam hominum infatuatam esse naturam, et quavis mollitiei libidinisque foeditate corruptam esse videatur. Quamobrem dictitant epicurei, prout divina testantur eloquia: *Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxurice nostrae: ubique relinquamus signa laetitiae: quoniam haec est pars nostra, et haec est sors,* etc. (2).

In assumpta Deipara magnum Ethice sacra medium reperiet, ut os sublime valeant homines in caelum attollere,

(1) Num. xi, 5.

(2) Sap. ii, 8 seqq.

(3) Haec isthic: "La morale trova un altro appoggio a determinare la volontà dell'uomo alla virtù, perchè nella glorificazione dell'eminente santa vede non solo l'anima principio effettivo dell'azione virtuosa, ma anche il corpo compagno dell'anima premiato. Si che non ago-

divinumque caelicalarum haurire dulcorem. In glorificatione siquidem eminentissime Sanctae nedum animam principium virtutis effectivum, sed etiam corpus animae comitem inenarrabili praemio fruens conspiciet. Et ideo non amplius discupient sensibiles voluptates prout unicum sui finis objectum, sed verum supernaturale gaudium, inenarrabilemque felicitatem, qua satiabitur anima et corpus, cum apparuerit gloria Dei. Argumentum hoc jam dudum confecit Gaspar De Luise Supremae Congregationis Qualificator (3). In eandem sententiam concessit Aloysius Vaccarius. Iste, breviter exposito nostrorum temporum epicureismo, subdit: «Hac quippe definitione decreta (h. e. circa Deiparentis Assumptionem), ad Mariam gentes respicient, ipsam ter quaterque beatam dicent omnes generationes, illam antiqua religione colent, suaviter eandem invocabunt, dulciorique erga eam cordis amore trahentur. Nil, Maria duce, desperandum; omnia auspice Dei Matre expectanda. E vitiorum coeno, Maria suadente, homines emergent, ad honestam vitae rationem, Deique cultum homines convertentur: operi manuum suarum Deus tunc porriget dexteram, qui creaturae suae benigno ore arridet, iterumque illi, ut olim in Eden, benedicet (4).» Assumptionis igitur

gna allora il corpo ai piaceri sensibili come obietto della sua esistenza in questa terra, come brutalmente insinuano i positivisti, ma ad un soprannaturale gaudio ed una felicità oltre mondana, onde sarà inebriato, e la trasfusione della gloria dell'anima nel corpo stesso. «L'Assunzione di Maria, pag. 134, Conclusione.

(4) De corporea Deip. Assumpt. art. XLVI.

dogma de terra in caelum humana corda sublimiter evehit, ut quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Tantae veritatis tantique dogmatis coruscante luce defaecata gaudebit humana societas, et cum Resurrectione et Assumptione Virginis Deiparae moribus incorrupta, deque putidis integra maculis resurget et extolletur.

2. Difficile admodum relatu est, quantum mancipio supprimat libido genus humanum. Cum carne spiritus lethale pepigit foedus, ut, quod caro blanditur, spiritus nulla ratione perhorrescat. Merito quidem cum nostris temporibus omnis caro corruperit viam suam, iterum Deum poenituisse videtur quod hominem creaverit atque redemerit, ita, ut velata solis facie coruscare fulgura persecutionum, mugire tonitrua pugnarum, malorumque diluvium ruere super faciem terrae videatur: Aquae hujus diluvii cooperiunt sublimiores etiam montes, i. e. septem ferreos et adamantinos Civitatis imperiturae colles. At ponet Deus in nubibus arcum, h. e. Virginis assumptae corpus, mille trahens varios adverso Justitiae Sole colores, et malorum diluvium cessabit. Iterum alloquetur Dominus Noemum christiandum arca Vaticana egredientem: *Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foederis inter me, et inter terram* (1). Nec mirum: hanc ob causam assumpta est Maria in caelum, ut sive mala cuncta pellat, sive bona cuncta poscat. Ven. Beda presbyter ait: «Hodie, fratres charissimi, celebramus festivitatem sanctae Mariae

Dei Genitricis, quae hodie translata est in caelum de mundo, ut pro nobis oret Filium, quia mundus deletus esset, nisi per preces Mariae sustineretur (2).» Et Ecclesia in festo Assumptionis precatur: «Subveniat, Domine, plebi tuae Dei Genitricis oratio, quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in caelesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus.» Anno 847 Leo IV mortiferum Roma basiliscum ita fugavit assumptae Virginis ope, ut ultra in illis locis nulla laesionis ejus apparuerit macula. Quam ob rem, uti memorat Anastasius Bibliothecarius, instituit Romanus Praesul Octavam Assumptionis. In spem erigimur, alium quoque Leonem alium lethiferum Roma basiliscum, assumpta Virgine pariter opitulante, fugaturum.

3. Rem solide conficimus, si naturam ipsam diligenter inquiremus. Inquit enim Tertullianus: «Magistra, natura; anima, discipula: quidquid aut illa edocuit, aut ista perdiscit, a Deo traditum est, Magistro scilicet ipsius Magistrae (3).»

Sol per zodiacum discurrens in signo leonis est ardentissimus, et animalium corpora nimio calore languida reddit; sed ingrediens signum virginis, mitigatur. Ita Sol justitiae, Deus noster in vet. Testamento erat ut leo rugiens, Deus ultionum, peccatores terribiliter puniens: sed ferventissimo amoris calore aestuans, et in uterum Virginis Mariae veniens, factus est totus benignus, clemens, suavis ac misericors.

(2) Serm. de Sancta Maria.

(3) Lib. de testim. anime, cap. 5.

(1) Gen. ix, 13.

Famosus ille monoceros, cujus tanta est feritas, Plinio teste, ut nec arte ulla venatoria nec aliis quibuscumque mediis valeat prehendi, ad solam in agris expositam virginem properecurrit, ejus manui eum demulcentis mansuefactus succumbit, adeo dulciter in ejus sinu recumbit, ut se nexibus indui, ac pedicis irretiri patiatur: quod etiam S. Gregorius (1) memorat. Deus ob peccatum olim tam ferox humano generi fuit, ut ejus severitatem nulla vel precum instantia vel sacrificiorum oblatio domare potuerint, donec tandem in almæ Virginis sinum inclinatus et quasi mansuefactus se ligare permisit. Hujus quoque rei typus fuit egregius Samson qui nullis nervis ligari, nullis potuit armis expugnari, donec ipse reclinatus in gremio Dalilæ, vinciri se ultro passus est, sponteque sua valida illa brachia, fortes illas manus in vincula dedit.

Nunc vero temporis in tot tantisque versamur ærumnis, ut cum igne sui furoris Sol justitiæ in signum leonis rediisse videatur. Si proinde velimus, ut iste Sol cum amoris dulcissima flamma iterum virginis signum ingrediatur, in signo virginis Virgo glorificetur oportet, illius videlicet Assumptio (cujus festum colitur die xv augusti qua sol in signo virginis reperitur), illius Assumptio, inquam, dogmatico præfinita decreto. Et hac ratione Virginem hortamur et allucimus; Virgo Christum hortatur et allucit, ut in ejus sinum tamquam in signum virginis iterum cum igne sui

amoris revertatur, et homines glaciali frigore plenos blanda dulcique flamma calefaciat. Sic beatissima Virgo in cælum assumpta tot a nobis infortunia quorum sarcina premimur, averruncet. Alio hinc plane sensu, meliori tamen mente cum celebri Marone canemus:

Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna.  
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo (2).

4. Nec misterio vacat, quod virgo cæleste signum inter leonem libramque constituta sit. Nam ad eundem prope modum Virgo *magnum signum* quod *apparuit in cælo* (3), leonis iram de quo dicitur: *Vicit leo de tribu Juda* (4), justitiæque rigorem disjungit, et quasi collocata in medio utrumque temperat. Quid enim supplicii non inferret leo conjunctus libræ, Deus iratus justitiam exercens? Hujusce leonis B. Virgo Maria nunc cohibet iram, rigoremque justitiæ mulcet, quemadmodum olim adeo per Virginem iram deposuit, ut manus sibi omnino teneri, vinciri, et in cruce, quid dicam? fixas esse voluerit; dummodo Virginem hanc in eodem quod nobis natura suppeditat misterio quodque tantam depromit misericordiam pietatemque, videlicet in signo virginis, aut, si magis lubet, in Virginis Assumptione novo quasi modo glorificare conemur.

Præterea: Virginem laudare monumentis vel in ejus Conceptu, vel in ejus Maternitate, vel in aliis ejus-

(1) Lib. 31 Moralium. (2) Virg. Eclog. iv.

(3) Apoc. xii, 1.

(4) Apoc. v, 5.

demodi prærogativis, est summis labiis degustare misericordiam: at laudare monumentis Virginem in ejus ad cælum Assumptione, idem est ac ex fonte de quo scaturit, illius dulcissimam haurire pietatem. Nam, si tam clemens, tamque fuerit misericors in hac vita Deipara, quanto magis clemens et misericors est in cælum assumpta? D. Bonaventura misericordiam Virginis assumptæ longe majorem esse confirmat, quam fuerit, dum esset in terris, eique accommodat illud Ruth: *Benedicta es a Domino, filia, et priorem misericordiam posteriore superasti* (1). Magna, inquit, fuit misericordia Virginis exultantis in mundo, sed longe major est misericordia ejus regnantis in cælo. Majorem per innumerabilia beneficia nunc ostendit omnibus misericordiam, quia magis nunc videt innumerabilem hominum miseriam. Unde pro splendore prioris misericordiæ fuit Maria pulchra ut luna, pro splendore vero posterioris misericordiæ est electa ut sol. Quemadmodum quippe sol lunam superat magnitudine splendoris; sic priorem Virginis misericordiam superat magnitudo posterioris (2).

Eapropter, si B. Virgo in ejus ad cælum Assumptione receperit imperium super bona Filii, rutilisque summæ misericordiæ lauris sua tempora cinxerit, optime poterit nostris necessitatibus opitulari. Romanus proinde Pontifex qui corpoream Deiparentis Assumptionem ex qua tot opimi fructus progerminant, uti dogma catholicum declarabit, mirifice se pro-

det tamquam illius Vicarium qui *patienter agit..... nolens aliquos perire* (3).

Pius IX (fel. mem.) fere nobis in hac cogitatione præivit. Tribus iste diebus ante festum Assumptionis an. 1873 proposuit Urbi et Orbi publicas preces, ut super sidera Virgo Deipara scandens, gravatis humeris pondere precum totius Ecclesiæ, mulceret justum Dei furorem, et tot innumeras pœnas quas juste meremur, averruncaret. En verba supremi Pastoris: «Voluntas orandi non solum est laude digna, sed etiam necessaria his præsertim temporibus. Nam Ecclesia Catholica undique turbatur, divexatur infernali conatu. Rogemus ergo, ut liberet Deus Ecclesiam suam de laqueo venantium, et de gladio persecutoris. Benedicat Deus Fideles suos, et det eis semper spiritum gratiæ et precum, ut tandem audire possint vocem ejus, quæ imperat ventis et mari, et post turbines facit tranquillitatem.» Die 24 maji 1873. — Ex audientia SS<sup>mi</sup> die 30 maji 1873: «Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX, quoad tempus universalis supplicationis peragendæ, dies 12, 13 et 14 mensis augusti hujus anni præfinit, et quoad preces, Litanias Sanctorum assignavit. Præterea omnibus Christianis fidelibus, qui illas devote recitaverint, indulgentiam septem annorum pro unoquoque die; qui vero singulis diebus prædictis easdem preces fuderint ac vel uno ex prædictis diebus, vel die festo Assumptionis, vel infra Octavam vere pœnitentes confessi ac

(1) Ruth iii, 10. (2) In Speculo Virg., c. 8.

(3) II. Petri iii, 9.

sacra Communionem refecti fuerint, plenariam Indulgentiam benigne concessit.

« CONSTANTINUS Card. Vic. »

Cfr. Em̄ Bartholomæum D'Avanzo qui hanc rem mirifice collustrat (1). Jam vero si publicis precationibus erga SS<sup>mam</sup> Virginem Deiparam assumptam confidit cor altum Pii Pp. IX

(1) Pauca sua verba dabimus: « Avendo Noi dal Supremo Pastore appresa la cagione di tanti flagelli, ricorriamo fidenti ed animosi al rimedio da Lui stesso proposto, alla preghiera; la quale acciocchè sia maggiormente efficace Egli vuole che sia universale e simultanea in tutto l'orbe cattolico nel triduo precedente la solennità dell'Assunzione di Maria Santissima, affinché la Madre di Gesù e Madre nostra Maria ascenda al cielo quasi gravate le spalle dalle preghiere di tutta la Chiesa e con maggior fiducia interceda presso del Padre celeste e ne disarmi lo sdegno.

« XII. E sì che niente altro potrà essere più grato alla Santissima Vergine, quanto l'intercedere per la Chiesa, la quale, essendo il Corpo di Cristo e l'Umanità santa del Figliuol suo, ancora Essa fu misticamente generata dalle sue viscere, e della quale Ella è da' Padri riconosciuta il più magnifico Simbolo. Nè l'occasione è meno propizia; giacchè il privilegio dell'Assunzione di Maria al Cielo anche col corpo glorioso prima del dì della generale risurrezione è compimento dell'altro privilegio dell'Immacolato Concepimento: conveniva infatti che Co-

fore, ut tandem audire possint fideles vocem ejus, quæ imperat ventis, et post turbines facit tranquillitatem; quanto magis id ipsum speratur ex catholico Virginis assumptæ dogmate? quale mirum! en extremis ætatis nostræ malis supremum validumque remedium, en cælestis prope philosophia quæ sine dolore pœnarum quas juste mereremur, Evangelio nos gignit.

« lei, la quale aveva avuto il privilegio della Redenzione dell'anima pria del contagio, avesse anche l'altro privilegio della Redenzione del corpo pria della corruzione. Ora non è la Chiesa a' di nostri che ha elevato a domma l'Immacolata Concezione? E quale altra festività con maggiore esultanza celebra la Chiesa Cattolica, che l'Immacolato Concepimento e l'Assunzione di Maria? Epperò abbiamo ferma fiducia che la gran Madre di Dio vorrà renderci il contraccambio ottenendoci la grazia implorata dal suo Figliuolo e Dio, affinché accettando l'espiazione de' buoni a cagione de' flagelli da loro non meritati, condoni la pena temporale dovuta al gran misfatto della persecuzione della Chiesa; e faccia che i persecutori si convertano e vivano; e cessando da' flagelli ci faccia udire finalmente la voce sua onnipossente che comanda a' venti ed al mare, e torni la bonaccia, e la Chiesa Cattolica col suo capo trionfi nella pace de' Figliuoli di Dio. » *Sacra Notificazione di un solenne triduo in preparazione alla festività di Maria Ss. assunta in cielo (1 agosto 1873), di M. gr. Bartolomeo D'Avanzo tuttora Cardinale.*

## PARS TERTIA

# THEOLOGUMENA

### PRELUDIUM

Isthæc Joannes Bapt. Franzelin: « Hæc fidei divinæ scientia est sacra theologia, quæ secundum formam accidentalem, secundum amplitudinem etiam et profunditatem potest esse varia variis ætatibus, simpliciter tamen nunquam potest in Ecclesia Dei deficere, quia custodes fidei ex divina institutione sunt etiam doctores fidei, et quia ex suavi divina providentia ad custodiam depositi elementum humanum requiritur sub assistentia Spiritus sancti eo ipso, quod Ecclesia non perpetuis novis revelationibus et proprie dicta inspiratione, sed per assistentiam Spiritus sancti regitur (1). » Diebus istis malis verax erga sacram Theologiam studium refriguit: quoniam iis in locis ac nationibus, ubi potissimum florere solebat, vel fuit radicitus eversum, vel magna ex parte dissipatum.

Assumptionis tamen dogma, tamquam radius e cælo dilapsus in intellectu caligante patefaciet omnium sacrorum dogmatum cæleste jubar, quemadmodum in profunda tenebrosa nocte lumen cadentis stellæ totum

cælum irradiat. Re sane vera: de Christo et Maria una eademque sacra scientia est. Horum utraque cognitio putatur tamquam rota in medio rotæ, ita, ut altera ex altera divelli aut dirumpi nullatenus queat. Divinitas enim Verbi, ne dicam ipsum Verbum adæquate non potest agnosci, nisi divinitas Patris agnoscat, Christo attestante: *Qui videt me, videt et Patrem meum* (2); ita neque Christi humanitas, imo nec ipse Christus agnosci complete poterit, nisi cognita Matre. Quantum exinde lumen acquirit, et quantam mutuetur firmitatem illa scientiarum princeps Theologia, luculenter patet. Inspice thesin: « B. Virgo Maria proprie vocatur et est sacra Theotocos, » quæ in medio sacrorum dogmatum reperitur. Hanc si forte demas, totum ruit ædificium theologicæ disciplinæ, quod impius Nestorius gerere frustra molitus est. Omnes porro B. Mariæ Virginis prærogativæ ab hac thesi proficiscuntur, non secus ac radii a sole, lineæ a centro, rivi a fonte dimanant. Fons autem, centrum atque sol in rivis, in

(1) De habitudine rationis humane ad divinam fidem, cap. II, n. 3; De traditione th. xxv.

(2) Joan. xiv, 9.

sacra Communionem refecti fuerint, plenariam Indulgentiam benigne concessit.

« CONSTANTINUS Card. Vic. »

Cfr. Em̄ Bartholomæum D'Avanzo qui hanc rem mirifice collustrat (1). Jam vero si publicis precationibus erga SS<sup>mam</sup> Virginem Deiparam assumptam confidit cor altum Pii Pp. IX

(1) Pauca sua verba dabimus: « Avendo Noi dal Supremo Pastore appresa la cagione di tanti flagelli, ricorriamo fidenti ed animosi al rimedio da Lui stesso proposto, alla preghiera; la quale acciocchè sia maggiormente efficace Egli vuole che sia universale e simultanea in tutto l'orbe cattolico nel triduo precedente la solennità dell'Assunzione di Maria Santissima, affinché la Madre di Gesù e Madre nostra Maria ascenda al cielo quasi gravate le spalle dalle preghiere di tutta la Chiesa e con maggior fiducia interceda presso del Padre celeste e ne disarmi lo sdegno.

« XII. E sì che niente altro potrà essere più grato alla Santissima Vergine, quanto l'intercedere per la Chiesa, la quale, essendo il Corpo di Cristo e l'Umanità santa del Figliuol suo, ancora Essa fu misticamente generata dalle sue viscere, e della quale Ella è da' Padri riconosciuta il più magnifico Simbolo. Nè l'occasione è meno propizia; giacchè il privilegio dell'Assunzione di Maria al Cielo anche col corpo glorioso prima del dì della generale risurrezione è compimento dell'altro privilegio dell'Immacolato Concepimento: conveniva infatti che Co-

fore, ut tandem audire possint fideles vocem ejus, quæ imperat ventis, et post turbines facit tranquillitatem; quanto magis id ipsum speratur ex catholico Virginis assumptæ dogmate? quale mirum! en extremis ætatis nostræ malis supremum validumque remedium, en cælestis prope philosophia quæ sine dolore pœnarum quas juste mereremur, Evangelio nos gignit.

« lei, la quale aveva avuto il privilegio della Redenzione dell'anima pria del contagio, avesse anche l'altro privilegio della Redenzione del corpo pria della corruzione. Ora non è la Chiesa a' di nostri che ha elevato a domma l'Immacolata Concezione? E quale altra festività con maggiore esultanza celebra la Chiesa Cattolica, che l'Immacolato Concepimento e l'Assunzione di Maria? Epperò abbiamo ferma fiducia che la gran Madre di Dio vorrà renderci il contraccambio ottenendoci la grazia implorata dal suo Figliuolo e Dio, affinché accettando l'espiazione de' buoni a cagione de' flagelli da loro non meritati, condoni la pena temporale dovuta al gran misfatto della persecuzione della Chiesa; e faccia che i persecutori si convertano e vivano; e cessando da' flagelli ci faccia udire finalmente la voce sua onnipossente che comanda a' venti ed al mare, e torni la bonaccia, e la Chiesa Cattolica col suo capo trionfi nella pace de' Figliuoli di Dio. » *Sacra Notificazione di un solenne triduo in preparazione alla festività di Maria Ss. assunta in cielo (1 agosto 1873), di M. gr. Bartolomeo D'Avanzo tuttora Cardinale.*

## PARS TERTIA

# THEOLOGUMENA

### PRELUDIUM

Isthæc Joannes Bapt. Franzelin: « Hæc fidei divinæ scientia est sacra theologia, quæ secundum formam accidentalem, secundum amplitudinem etiam et profunditatem potest esse varia variis ætatibus, simpliciter tamen nunquam potest in Ecclesia Dei deficere, quia custodes fidei ex divina institutione sunt etiam doctores fidei, et quia ex suavi divina providentia ad custodiam depositi elementum humanum requiritur sub assistentia Spiritus sancti eo ipso, quod Ecclesia non perpetuis novis revelationibus et proprie dicta inspiratione, sed per assistentiam Spiritus sancti regitur (1). » Diebus istis malis verax erga sacram Theologiam studium refriguit: quoniam iis in locis ac nationibus, ubi potissimum florere solebat, vel fuit radicatus eversum, vel magna ex parte dissipatum.

Assumptionis tamen dogma, tamquam radius e cælo dilapsus in intellectu caligante patefaciet omnium sacrorum dogmatum cæleste jubar, quemadmodum in profunda tenebrosa nocte lumen cadentis stellæ totum

cælum irradiat. Re sane vera: de Christo et Maria una eademque sacra scientia est. Horum utraque cognitio putatur tamquam rota in medio rotæ, ita, ut altera ex altera divelli aut dirumpi nullatenus queat. Divinitas enim Verbi, ne dicam ipsum Verbum adæquate non potest agnosci, nisi divinitas Patris agnoscat, Christo attestante: *Qui videt me, videt et Patrem meum* (2); ita neque Christi humanitas, imo nec ipse Christus agnosci complete poterit, nisi cognita Matre. Quantum exinde lumen acquirit, et quantam mutuetur firmitatem illa scientiarum princeps Theologia, luculenter patet. Inspice thesin: « B. Virgo Maria proprie vocatur et est sacra Theotocos, » quæ in medio sacrorum dogmatum reperitur. Hanc si forte demas, totum ruit ædificium theologicæ disciplinæ, quod impius Nestorius gerere frustra molitus est. Omnes porro B. Mariæ Virginis prærogativæ ab hac thesi proficiscuntur, non secus ac radii a sole, lineæ a centro, rivi a fonte dimanant. Fons autem, centrum atque sol in rivis, in

(1) De habitudine rationis humane ad divinam fidem, cap. II, n. 3; De traditione th. xxv.

(2) Joan. xiv, 9.



lineis atque radiis quadam indivisibilitate coexistunt. In omnibus igitur Deiparentis Mariæ prærogativis hæc rutila thesis invenitur, quæ ex istius nitore cooriri suapte natura videantur. Quam ob causam tum divinæ Maternitatis propositio, tum aliæ quæ ab illa profluunt, copiosam lucem sibi vicissim afferunt: hinc Assumptionis dogma, licet a thesi divinæ Maternitatis præclarissimum lumen accipiat; nihilo tamen secius mirificum in illa splendorem offundit, et in universa proinde theologica disciplina, quæ, veluti præfati sumus, in magna illa, ut sic loquar, almæ Deiparentis veritate fulcitur.

Præclarum invenimus thesaurum, fulgentesque nos divitias reperire delectamur. Id namque dogma Virginis assumptæ in omnes pene Tractatus sacræ Theologiæ quam tripartitur in Theologiam *parascerasticam*, Theologiam *dogmaticam*, et *pseudo-theologiam*, magnum et peculiarem exercebit influxum. Pauca de singulis.

## ORATIO I.

THEOLOGIA  
PARASCEVASTICA

## Caput I.

Assumptio Virginis tractatum DE VERA RELIGIONE  
collustrat.

1. Totus *De Vera Religione* tractatus a motivis credibilitatis suam haurit vim. Ea namque fortiter ac suaviter inducunt ad illam, e cælo dilapsam, unice veram salvificam Religionem certo ac tuto dignoscendam,

veracique cordis affectu diligendam. Hæc autem credibilitatis motiva, seu *notæ*, omnium consensu duo præcipua sunt: miracula et prophetiæ eventu comprobata.

Præprimis Resurrectio Virginis quæ in ejus includitur Assumptione, prophetia vocari quodammodo potest. Etenim, si prophetia juxta suum etymon faciat *procul videre*, assumpta Virgo facit nostram *procul videre* sua Resurrectione resurrectionem, et quasi nos alloquitur: Humiliata ossa resurgent, et ea videbitis aliquando, prout in me vidistis, de morte transire ad vitam. Heic oggeruntur tria notata digna. a) Verum omnino est, etymon prophetiæ nullatenus significare *procul videre*, quemadmodum origo providentiæ significat, sed satius *procul fari*, ut plerique autumant. Verumtamen qui *procul fatur*, *procul videt*. Unde prophetia convertitur cum providentia; nam providet rebus humanis qui prophetiam exhibet. b) Memorata Virginis assumptæ prophetia magno firmitatis robore pollet. Apostolus ratiocinabatur, inquiens: *Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est* (1)? Pro Assumptione Virginis idem redit argumentum vel enthymema: Beatissima Virgo resurrexit a mortuis: igitur omnes aliquando resurgemus a mortuis. c) Firmitatem ipsam quæ gaudet argumentum Apostoli, nostrum enthymema conquiret, si Virginis Assumptio dogmatico catholico sublimaretur. Ascensio nam-

(1) I. ad Cor. xv, vers. 12.

que Christi dogma catholicum est, haud peculiari definitione, verum tota unanimiter conspirante traditione constabilitum. d) Si ejus Assumptione B. Virgo cunctas profligat hæreses, uti vidimus et videbimus, eventu comprobata demonstrat primam veterrimam mirificamque prophetiam, nuncupatam hac ratione *Protovangelium*; quandoquidem si Christus ejus passione ac morte vicerit antiquum serpentem — *Ipsum* (semen) *conteret caput tuum*; beata quoque Virgo ejus Imm. Conceptu et Assumptione ipsummet antiquum serpentem strenue victura commonstratur — *Ipsa* (mulier) *conteret caput tuum*.

Quæ cum ita se habeant, assumpta Virgo mirabiliter illustrat tractatum *De Vera Religione*. Corinthios perstringebat Apostolus: *Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra* (1). Eadem pro Virgine Paulina verba repetamus: Quod si B. Virgo non resurrexit, hanc enim resurrectionem fides nostra tenet, vana fesset hæc nostra fides, nostra nimirum unice vera Religio.

2. Deiparæ Virginis Resurrectio quæ in ejus concluditur Assumptione, quæque magnum nobis miraculum exhibet, post Resurrectionem Christi Religionem supernaturalem atque divinam mirifice prodit. Duo sunt heic digna notatu, Virginis nempe Resurrectionem tum inter miracula, tum clariora inter miracula reperiri. a) Deiparentis Resurrectio in albo miraculorum recensetur. Tria sane pro vero

(1) I. ad Cor. xv, vers. 12.

(2) In lib. II Sent., dist. xviii, q. 1, a. 3 ad 2.

miraculo cumulative requiruntur. α) Effectus *supernaturalis*, h. e. qui vires totius naturæ creatæ prætergreditur, ita, ut nulla ipsam creatura valeat efficere. Quod Virginis Resurrectioni et Assumptioni plane cohæret: nulla sane creata virtus efficere queit, ut anima et corpus hypostatico nexu coirent, et immortalis gloria cælestique fruenterent. Hoc a sæculo non est auditum. β) Effectus *insolitus*, i. e. ejusmodi, ut excludat solitum naturæ cursum. Inquit S. Thomas: «*Insolitum* quod in definitione miraculi ponitur, non dicit raritatem facti, sed excludit solitum cursum naturæ, unde si quotidie cæci illuminarentur, nihilominus miraculum esset, quia præter cursum naturalem, qui nobis est consuetus, contingeret (2).» Hinc creatio animæ humanæ dici miraculum non potest, quippe quod, etsi vires totius naturæ superet, tamen «non est,» ut ait Benedictus XIV, «præter ordinem naturæ, cum fiat juxta rerum conditionem (3).» Quod in Virginis Resurrectionem optime quadrat. Licet enim omnes homines resurgere debeant cum corporibus suis post consummationem sæculi; una nihilominus Deipara quasi *solitum naturæ cursum* infringit, et post tres dies, ceu phoenix, gloriosa resurgit. γ) Effectus *sensibilis*, i. e. ut manifestus omnibus sit, vel *secundum se*, vel in suis effectibus. Sic Apostolorum scientia miraculum proculdubio fuit, quia, licet *secundum se* manifesta non fuerit, manifestatur tamen in effectibus. Id quoque plane congruit

(3) De Beatif. et Canonizat. Sanctorum. lib. iv, cap. 1.

lineis atque radiis quadam indivisibilitate coexistunt. In omnibus igitur Deiparentis Mariæ prærogativis hæc rutila thesis invenitur, quæ ex istius nitore cooriri suapte natura videantur. Quam ob causam tum divinæ Maternitatis propositio, tum aliæ quæ ab illa profluunt, copiosam lucem sibi vicissim afferunt: hinc Assumptionis dogma, licet a thesi divinæ Maternitatis præclarissimum lumen accipiat; nihilo tamen secius mirificum in illa splendorem offundit, et in universa proinde theologica disciplina, quæ, veluti præfatus sumus, in magna illa, ut sic loquar, almæ Deiparentis veritate fulcitur.

Præclarum invenimus thesaurum, fulgentesque nos divitias reperire delectamur. Id namque dogma Virginis assumptæ in omnes pene Tractatus sacræ Theologiæ quam tripartitur in Theologiam *parascerasticam*, Theologiam *dogmaticam*, et *pseudo-theologiam*, magnum et peculiarem exercent influxum. Pauca de singulis.

## ORATIO I.

THEOLOGIA  
PARASCEVASTICA

## Caput I.

Assumptio Virginis tractatum DE VERA RELIGIONE  
collustrat.

1. Totus *De Vera Religione* tractatus a motivis credibilitatis suam haurit vim. Ea namque fortiter ac suaviter inducunt ad illam, e cælo dilapsam, unice veram salvificam Religionem certo ac tuto dignoscendam,

veracique cordis affectu diligendam. Hæc autem credibilitatis motiva, seu *notæ*, omnium consensu duo præcipua sunt: miracula et prophetiæ eventu comprobata.

Præprimis Resurrectio Virginis quæ in ejus includitur Assumptione, prophetia vocari quodammodo potest. Etenim, si prophetia juxta suum etymon faciat *procul videre*, assumpta Virgo facit nostram *procul videre* sua Resurrectione resurrectionem, et quasi nos alloquitur: Humiliata ossa resurgent, et ea videbitis aliquando, prout in me vidistis, de morte transire ad vitam. Heic oggeruntur tria notata digna. a) Verum omnino est, etymon prophetiæ nullatenus significare *procul videre*, quemadmodum origo providentiæ significat, sed satius *procul fari*, ut plerique autumant. Verumtamen qui *procul fatur*, *procul videt*. Unde prophetia convertitur cum providentia; nam providet rebus humanis qui prophetiam exhibet. b) Memorata Virginis assumptæ prophetia magno firmitatis robore pollet. Apostolus ratiocinabatur, inquiens: *Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est* (1)? Pro Assumptione Virginis idem redit argumentum vel enthymema: Beatissima Virgo resurrexit a mortuis: igitur omnes aliquando resurgemus a mortuis. c) Firmitatem ipsam quæ gaudet argumentum Apostoli, nostrum enthymema conquiret, si Virginis Assumptio dogmati catholico sublimaretur. Ascensio nam-

(1) I. ad Cor. xv, vers. 12.

que Christi dogma catholicum est, haud peculiari definitione, verum tota unanimiter conspirante traditione constabilitum. d) Si ejus Assumptione B. Virgo cunctas profligat hæreses, uti vidimus et videbimus, eventu comprobata demonstrat primam veterrimam mirificamque prophetiam, nuncupatam hac ratione *Protovangelium*; quandoquidem si Christus ejus passione ac morte vicerit antiquum serpentem — *Ipsum* (semen) *conteret caput tuum*; beata quoque Virgo ejus Imm. Conceptu et Assumptione ipsummet antiquum serpentem strenue victura commonstratur — *Ipsa* (mulier) *conteret caput tuum*.

Quæ cum ita se habeant, assumpta Virgo mirabiliter illustrat tractatum *De Vera Religione*. Corinthios perstringebat Apostolus: *Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra* (1). Eadem pro Virgine Paulina verba repetamus: Quod si B. Virgo non resurrexit, hanc enim resurrectionem fides nostra tenet, vana fesset hæc nostra fides, nostra nimirum unice vera Religio.

2. Deiparæ Virginis Resurrectio quæ in ejus concluditur Assumptione, quæque magnum nobis miraculum exhibet, post Resurrectionem Christi Religionem supernaturalem atque divinam mirifice prodit. Duo sunt heic digna notatu, Virginis nempe Resurrectionem tum inter miracula, tum clariora inter miracula reperiri. a) Deiparentis Resurrectio in albo miraculorum recensetur. Tria sane pro vero

(1) I. ad Cor. xv, vers. 12.

(2) In lib. II Sent., dist. xviii, q. 1, a. 3 ad 2.

miraculo cumulative requiruntur. α) Effectus *supernaturalis*, h. e. qui vires totius naturæ creatæ prætergreditur, ita, ut nulla ipsam creatura valeat efficere. Quod Virginis Resurrectioni et Assumptioni plane cohæret: nulla sane creata virtus efficere queit, ut anima et corpus hypostatico nexu coirent, et immortalis gloria cælestique fruenterentur. Hoc a sæculo non est auditum. β) Effectus *insolitus*, i. e. ejusmodi, ut excludat solitum naturæ cursum. Inquit S. Thomas: « *Insolitum* quod in definitione miraculi ponitur, non dicit raritatem facti, sed excludit solitum cursum naturæ, unde si quotidie cæci illuminarentur, nihilominus miraculum esset, quia præter cursum naturalem, qui nobis est consuetus, contingeret (2). » Hinc creatio animæ humanæ dici miraculum non potest, quippe quod, etsi vires totius naturæ superet, tamen « non est, » ut ait Benedictus XIV, « præter ordinem naturæ, cum fiat juxta rerum conditionem (3). » Quod in Virginis Resurrectionem optime quadrat. Licet enim omnes homines resurgere debeant cum corporibus suis post consummationem sæculi; una nihilominus Deipara quasi *solitum naturæ cursum* infringit, et post tres dies, ceu phoenix, gloriosa resurgit. γ) Effectus *sensibilis*, i. e. ut manifestus omnibus sit, vel *secundum se*, vel in suis effectibus. Sic Apostolorum scientia miraculum proculdubio fuit, quia, licet *secundum se* manifesta non fuerit, manifestatur tamen in effectibus. Id quoque plane congruit

(3) De Beatif. et Canonizat. Sanctorum. lib. iv, cap. 1.

Virginis Resurrectioni. Licet quandoquidem Apostoli cæterique fideles Virginem Mariam non aspexerint resurgentem, in effectu tamen illam contuiti sunt, quum corpus illud quod cernere prius delectantur, posthac nullimode cernant.

b) Virginis Resurrectio, quod pariter evincendum constituimus, clariora inter miracula reperitur. Jamvero tres gradus in serie miraculorum designari congrue possunt, quorum *supremum* tenent miracula *quoad substantiam*, h. e. in eo quod fit; *medium* miracula *quoad subjectum*, i. e. in quo fiunt; *infimum* miracula *quoad modum*, h. e. in modo, quo fiunt. Eandem doctrinam disparibus verbis tradit Aquinas. Miraculum iste partitur in *supra*, *contra* et *præter* naturam. α) Miraculum *supra* naturam fieri dicitur, cum patet illud superare vires totius naturæ creatæ, eo quod natura quævis illum effectum vel omnino producere non potest, vel illum producere non potest in eo subjecto, in quo productum conspicitur. β) Miraculum *contra* naturam patrari dicitur, si in rebus in quibus fit, « remanet, » ut S. Thomas ait (1), « dispositio contraria effectui, quem Deus facit. » γ) Miraculum *præter* naturam est ille quidem effectus, quem potest natura producere, sed non in illo modo quo revera producitur.

Virginis porro Resurrectio magnum revera miraculum est, quum ad primum et secundum miraculorum gradum, vel, ut ait Aquinas, ad miraculum *supra* naturam pertinere con-

(1) Qq. dispp. de Pot., q. vi, a. 2 ad 3.

tingat. Ad secundum quidem; nulla quippe creata virtus poterat in Virgine tribuere vitam, quamquam in alio valeat subjecto, quum vivens a vivente gignatur, eique lumen vitale suppeditetur. Ad primum quoque gradum pertinet: tam grande siquidem est mirumque vitam immortalem et gloriosam præbere cuiquam, ut a creatura qualibet id fieri nulla prorsus ratione valuerit. Resurrectio proinde Virginis est quoddam divini Regis super Christi portenta signaculum, novumque suppeditat divinæ atque supernaturalis Revelationis argumentum.

3. Isthæc Cyrillus Alex.: « Cum vero error se latius spargeret, vitium illud correxit egregium par virorum Petrus et Paulus Ecclesiæ Præsules illuc appulsi, Simonemque, illum videlicet opinione Deum superbe se ostentantem subita morte perculerunt. Nam cum pollicitus esset Simon, se sublimem in cælos elatum iri, ac dæmonum vehiculo sublatus per aera ferretur, genibus provolvi servi Dei, concordiamque illam demonstrantes, de qua Jesus dixerat: si duo ex vobis concordarint, de omni re quodcumque petierint, fiet eis: concordiae telo per precationem adversus magum immisso præcipitem ad terram dejecerunt. Neque tibi res illa mira videatur, tametsi alioqui admiranda; Petrus namque erat is, qui cæli claves circumferebat (2). » At, si Petri voce magus ille superbia tumens in ejus ad cælum super igneas quadrigas assumptione miserere ruit ac misere periit, divina tamen

(2) Cyrill. Cateches. 6.

Religio majori lumine fulsit; irretractabili verbo alii Petri, clavibus regnum cælorum aperientis, humilis Ancilla Domini in medio pariter Urbis mystice tolletur in aerem, et ejus, quantum concipi potest, gloriosa in cælos Assumptione illam quæ de corde ac mente plurimorum recessit, supernaturalem atque divinam Religionem hominibus remeare conspiciemus. Assumptionis dogmate vera Religio christiana vero miraculo fulcita micabit, et falsa Religio christiana falsis innixa portentis corruet, ut corruit Simon magus. Unde qui veræ Religioni contraret, veræ rationi contraret (1). Solus namque Deus patrare vera miracula potest juxta Psaltem: *Qui facis mirabilia magna solus*. Mirabile porro magnum quod solus Deus facere potuit, Resurrectio Virginis est, quæ non potest ab ejus Assumptione divelli. Quod isto momento roboramus. Christum Scribæ quidam et Pharisei sic interpellant: *Magister, volumus a te signum videre*. Quibus ille respondit: *Generatio mala et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ* (2). Volebat enim, ut inquit Hieronymus, *vel in morem Elicæ ignem de sublimi venire; vel in similitudinem Samuelis, tempore cæstivo contra naturam mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere*. Videns autem Jesus, propter eorum superbiam et obstinationem fore ut, quamvis signa de cælo vidissent, non

(1) Hanc in rem Gaspar De Luise: « Hinc sequitur quod pagani imperatores lædebant jus hominis connaturale persequendo Christifideles, dum et Divinitatis signa evidentia in christiana religione adspiciebant, et ridiculosa inventa in

tamen crederent, sed ea ipsa vel occultis naturæ causis tribuerent, vel potestati fraudibusque dæmonis qui pariter ignem ac ventum in cælo ad fortitudinem Jobi frangendam suscitavit, et in Ægypto prodigia Moysis aliqua imitatus erat, propter quod in sac. Bibliis princeps potestatis aeris hujus appellatur (3); noluit eis signum quod petebant, ostendere, sed longe majus quam ipsi postulabant, se facturum prædixit; quod et a diabolo fieri nullo modo poterat, suam scilicet post triduum Resurrectionem quæ in Jonæ prophetæ casu prænuntiata subobscura fuit. Quare Bellarminus: « Animæ hominum solutæ corporibus naturalem habent ordinem, et propensionem ad corpora, quorum formæ fuerunt; nec tamen iterum conjungi corporibus, sine supernaturali auxilio poterunt (4). »

Quæ cum ita sint, Resurrectio Virginis quæ verum maximumque portentum est, et de qua nulla suboriri dubitatio potest, unice veram salvificam Religionem ostendit: hæreticorum igitur miracula quæ vera minime sunt; unice veram salvificam Religionem minime demonstrant.

## Caput II.

Assumptio Virginis tractatum DE VERA CHRISTI ECCLESIA splendore perfundit.

1. Isaac Newton mathesis et astronomiæ magister princeps hanc constituit regulam: natura tot virjum

paganismo confitebantur. Cf. Jus publicum seu diplomaticum, tit. x.

(2) Matth. xii, 38.

(3) Ad Ephes. ii, 2.

(4) Lib. de Grat. prim. hom., cap. 7.

copia quot in creatione recepit, nec regere potest, nec absque ullo perdurare miraculo. Bene multos in Anglia sibi peperit asseclas et in Germania magnum illum philosophiae cultorem Guilielmum Leibnitz (1). Huic sententiæ favent PP. atque DD. scholastici, sic, ut sine Creante remanere creaturæ non possint. Hæc regula mundi physici christiano mundo aptari quodammodo potest. Deus omnium Conditor in naturam descendit, ut eidem suam porrigeret manum, ne laberetur in nihilum; Deus omnium Redemptor in Ecclesiam descendit, ut hanc suo ipse præsidio tueretur, ne inferorum portæ prævalerent adversus eam. Attamen nunc temporis in Ecclesiam occæpit hæc tria diffundere dæmon. a) Quod ipsa ex suis errarit originibus, et principiorum non retineat veritatem. b) Quod in medio sui cursus deviata constiterit, in populis vitam amittens. c) Quod in suo centro et suo quodammodo corde refriguerit, evanuerit. Hinc inficiatur Ecclesiæ tres snos constitutivos characteres, Apostolicitatem, Catholicitatem, Romanitatem. En a vigili hoste conflictus.

Verum Ecclesia, corpoream Dei-parentis Assumptionem definiens, a nostro sæculo sese ad Christi sæculum attollit, et mirabiliter evincit, se habere origines firmas ab ipsis auctoribus quorum fuit res, et ait: *Mea est possessio, olim possideo, prior possideo... Ego sum hæres Apostolorum* (2). Ita suam renovat Apostoli-

(1) In epist. 2 ad Clark.

(2) Tertull. De Præscriptionibus adversus hæreses, cap. XXXVI.

citatem, *proferens de thesauro suo nova et vetera*. — Totum Ecclesia peragrat orbem, et ex cunctis populis et nationibus et tribus veritatem Assumptionis dignoscit. Ita suam roborat catholicitatem. — In suo Ecclesia centro cunctos alloquitur populos et docet Assumptionem, cunctique populi suam audire vocem delectantur. Ita suam comprobant ubique Romanitatem.

Asseclæ Photii nequeunt assurgere nisi ad sæculum IX; in latinam posthac communionem redeuntes in Concilio 2º Iugdunensi, schisma perfece-runt sæculo XIII. Petrus Valdes et sua propago, licet ad pervetustam desiderio pertingant ætatem, sæculo XII nati sunt. Lutheri et Calvinii multitudo in lucem prodierunt sæculo XVI. Non sic Ecclesia, non sic. Ipsa doctrinam Assumptionis recipit ab ipso apostolico ævo. Apostolica proinde nuncupatur et est. — Ad eum pene modum quo Ecclesia cum apostolica sit, antiqua constituitur omniumque temporum; cum catholica sit, generationum omnium, omniumque locorum regina dominatur. Sed protestantismus qui ad Apostolicitatem Ecclesiæ labefactandam, male viventium turbam vocat ab hoc sæculo; ad Catholicitatem Ecclesiæ concutiendam male potentium catervam dehortatur et cogit. Hinc Ecclesia schismatica in Russiis, Ecclesia episcopalis in Anglia, Ecclesia presbyteriana in Scotia, Ecclesia evangelica in Prussia, et aliæ id genus quamplurimæ. Sed, Assumptionis dogmate constituto, super alas electrici fluxus verbum Ecclesiæ totum

penitus orbem invadit, qui Virginem assumptam veneratur et colit. Constituta Definitio verteretur, versa prouti fuit celebris illa Bulla *Ineffabilis Deus*, clar. Abbate Sire cooperante, in tercentum linguas quibus totus terrarum orbis nunc loquitur (1). — Ecclesia quæque tempora complectens, apostolica fit, cunctosque locos pervadens, catholica statuitur. Quemdam tamen locum conquirat, ex quo sua verba transmitteret in proponendis veritatibus, in dirimendis controversiis, in instituendis populis sibi creditis vivo ac jugi magisterio suo. Hunc divina Providentia locum constituit, mirificam terram, omnique splendore coruscantem, Romam. Heic primus Christi Vicarius occæpit, heic istius Vicarii successores Ecclesiam Dei gubernare non destiterunt. *Sum civis romanus*, ajebat Tertullianus; *Romanitas omni salus* (2). Verum, si protestantismus in Apostolicitatem male viventes, in Catholicitatem male potentes, in Romanitatem male politicos vocare connititur. Hi filii tenebrarum dominatores se jactant esse domus Dei, quia sanctam civitatem Jerusalem jugo servitutis subjecerunt, et Pium ac Leonem fidei morumque Magistros, atque universi orbis patres, duces, pastores opprimunt mancipio. Ad instar Attilæ vocem auscultant: *I præ*. Sed alius Leo in alium Attilam incurrit, et ait: *I retro*. Nam Assumptionis dogma constituens, omnes

(1) Monumentum hoc splendido volumine compactum sub titulo: *Ricorão linguistico monumentale*, auro, argento, gemmis atque pictura mirabiliter exornatum, Pius Pp. IX lubenter excepit,

Romam populi læto vultu contuerentur, venerarentur cernui; omnes sacrorum Antistites Romam vel suffragia mitterent, vel frequentes convenirent; omnis Ecclesiæ cor atque centrum Romanus Episcopus mirifice se proderet. Jure proinde merito ajebat Augustinus: « Possumus digito demonstrare Ecclesiam Christi, et sunt cæci qui eam non vident (3). »

Hinc veræ Christi Ecclesiæ proprietates ac notæ uni Romanæ Ecclesiæ adamussim congruunt, quum sine ipsis ad instar hæreticorum tenebris doctrinam Assumptionis obvolveret. Christus insuper unam Romanam Ecclesiam illis munivit prærogativis quas *dotes* nuncupare consuescimus, *Indefectibilitate* nimirum in existendo, *Infallibilitate* in docendo, et *Auctoritate* in regendo: alioquin veritatem Assumptionis citra ullam oppositi formidinem nobis declarare nequiret. Rom. Pontifex per beatum Petrum honoris ac jurisdictionis honorem in universam Ecclesiam immediate recepit: alioquin R. Pontifex qualiter eo auctoritatis devenire poterit, ut Assumptionis veritatem immobili firmaverit assensu, et quolibet ad ejus venerationem fideles coercuerit?

2. Agnita per *notas* et *dotes Vera Christi Ecclesia*, istius nunc constitutionem videamus. Quum Christus Ecclesiam suam veluti moralem personam seu societatem instituerit, ad instar humani individui, sive, ut aliis lubet, ad instar sui, seu Dominicæ

ipsi exhibitum an. 1867, 29 Junii. Vid. *Civ. Catt.*, ser. VI, vol. VIII, pag. 729; et vol. XI, pag. 361.

(2) De Pallio cap. III.

(3) Tract. I in Joan.

Incarnationis, inde sequitur, quod Ecclesia vocari quodammodo potest Incarnatio, vocarique potest quilibet ipsius Ecclesiae minister Christus, per quamdam tamen imaginem, per quamdam tamen participationem. In sac. Litteris saepe contingit, nuncupari filios etiam illos a quodam stipite magno temporis intervallo longinquos: interpretandi hanc regulam nobis Hermeneutica praebet. Nil proinde mirum, si ministri pariter Ecclesiae filii Virginis, alique prope modum Christi vocitentur. Haec tamen spiritualis filiatione cum vera realique Virginis filiatione connectitur, adeo, ut Deiparae corpus quod ad caelica palatia fatemur assumptum, totius Ecclesiae constituatur origo, nec non oculis intellectus e sinu Virginis quem nunc glorificatum credimus, totam Ecclesiam cum divino simul Puerulo nascentem contueri possimus.

Conspice sacerdotem ad sacrum altare litantem. Hoc penes altare, non secus ac penes crucem, stat Mater Christi, Mater sacerdotis, Maria, e cujus glorificato Sinu genitus est uterque, carnaliter ille, spiritualiter iste. Sacerdos! novus ecce creator, vel, si lubet, plus quam creator; iste namque dicendo: *fiat lux*, fecit illico lucem, ille dicendo: *hoc est corpus meum*, quid dicam? quasi Creatorem creat. At, non secus ac juxta crucem, juxta sacrum altare quod est incruenta veluti crux, repetit cum sacerdote Maria: hoc est corpus meum, hoc os de ossibus meis, et caro de carne mea. Quin imo, quemadmodum cruenta Christi Summi Sacerdotis oblatio ex

(1) Luc. vii, 49.

(2) Luc. v, 21.

Virginis *fiat* pependit; incruenta pariter sacerdotum quorumvis oblatio ex Virginis *fiat* dependere quodammodo pergit, adeo, ut Virginis corpus in aetherea sede coruscans, Christi corpus in altare nobis iterum iterumque porrigere videatur.

Intuere sacerdotem ad sacrum Poenitentiae tribunal divina praeditum auctoritate sedentem: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit* (1)? plerique clamant. Et iterum: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus* (2)? Nihilominus sacerdos peccata dimittit, et quidem ex potestate propria, licet divinitus accepta: non enim nudum exercet ministerium, ut tridentina Synodus definivit. En Christi personam gerit confessarius, dum tribunal erigit, et sententiam absolutionis pronuntiat: *Dedit nobis ministerium reconciliationis* (3)! Unde tot miris pressi fideles inclamare coguntur erga Christum, non secus ac mulier illa de turba: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti* (4): venter et ubera caelesti beatitate perfruente, venter et ubera quae Christum per ipsum Christum in sacerdotibus mirifica praecellentique gaudentibus auctoritate quotidie gignunt.

Et, ut materiam hanc, prout nostra patitur tenuitas, sensibilem reddamus, id simplex ante oculos praebemus exemplum. Mater cujuspian qui tractu temporis evadit sapiens vel dux exercitus, recte dicitur *in concreto* mater sapientis vel ducis exercitus, quamquam genuerit eum dumtaxat ut hominem. Virgo pariter, Christum gignens qui postmodum caput

(3) II. ad Cor. v, 18.

(4) Luc. ii, 27.

totius evadit Ecclesiae, Mater hujusce capitis totam in totum Ecclesiae corpus motivam virtutem conferentis proprie vereque nuncupatur, ita, ut Deiparae corpus, caelesti beatitudine fruens, tamquam remota causa seu mater vitae Matris Ecclesiae concipi queat. Unde scholastici TT. dictabant: *Qui est causa causae, est causa causati*.

Contueamur Episcopum qui Dominicum gregem, arma lucis arripiens, tuetur, caelica pascit alimonia sapientique cura gubernat. Qualemcumque tamen Episcopum in persona Joannis videtur alloqui Christus e cruce dependens: *Ecce mater tua*; ex hujusmodi Matris utero qui me in tempore gignens, perpetuam quasi recepit fecunditatem ex utero Patris, qui *ante luciferum genuit me*, ex illo, repetam, divinae Matris utero nunc temporis caelesti gloria perfructe spiritaliter erumpis: *Accipe proin Evangelium et vade, praedica populo tibi commisso* (1). Sub tantae Matris custodia nil mirum, si quilibet Episcopus, tamquam Joannes, caelestem plane doctrinam disseminet, ac populos sibi concreditos luce veritatis illustret (2).

Nostra lumina convertamus ad perfectiorem imaginem Christi, nobilio-remque proin Deiparae filium, Romanum Pontificem, quem divina virtute pollentem in Septem Collium praesepe pastores et Magi, h. e. episcopi, reges et sapientes cum opimis donis ad terram

(1) Evangelium imponitur super cervicem Episcopi et in ejus traditur manu, ut in Pontificali Romano de consecratione Episcopi.

(2) Credibile satis est, Joannem episcopum et apostolum plura sublimioraque de Christi divini-

ruentes propter summum in totam visibilem Ecclesiam Primatus honorem venerantur: eum tamen reperiunt in glorificato sinu Virginis Mariae, qui de caelesti Conclavio per Christum in caelo regnantem alium Christum in terra piscantem ad trinam gloriae fastigium peperit. — Super cathedram Moysis sedebat Christus duodennis infallibiliter loquens in medio doctorum: sed, ecce! subter Mater ejus, tamquam colloquentis aeterni Solis aurora coruscans. Super eandem Mosis cathedram sedet Christi Vicarius aliusve Christus infallibiliter docens in medio Doctorum, Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum: sed, ecce! desuper Mater ejus, cujus venter glorificatus, tamquam stella rutilans, eo quod *Lumen aeternum in mundo effudit*, per id lumen radium aeternae Veritatis in Romano Praesule mire ac pulcre coruscantem generavit. — Primogenitus ille spiritualis Deiparae filius formidine pollet propter Herodem lethali ferro nigra consilia minitantem? En Mater ejus incunctanter descendit de caelo, et eum in suo glorificato sinu complectens, tutum in longinquam terram ducit, ut tutum eo unde discessit, reducat. — Quærit pro grege sibi credito conversionem aquae frigidæ in calidum viuum charitatis? En Mater de caelesti convivio utriusque filio, Christo scilicet atque Christi Vicario glorificata sua patefacit ubera, illi ut gratiam obtineat, huic

tate mysteria ex Virgine Deipara didicisse. In hac mente fuit D. Ambrosius: "Mirum non est praeteris Joannem locutum fuisse divina mysteria, cui praesto erat aula caelestium sacramentorum.", Lib. de inst. virg., cap. 7.

ut suum agnoscat amorem, statimque per omnem, ut sic dicam, terrarum orbem hydrias divini liquoris effandit. — In re prorsus ancipiti quid consilii capiat, petit? Enjindutus Ephod (1) ante arcam Dei viventem de terra in cælum sublimatam accedit, ibi manibus deprecatur expansis, et *Sancta Sanctorum* ingrediens ac simul intrōspiciens, illud nempe dulcissimum ac peramabile Cor in quo beatissima Virgo Christi verba *conferebat*, tota protinus evanescit difficultas, et *contrahit manus*.

3. Quo tamen res luculentior innotescat, summam non pigeat Ecclesiae genesis contueri. E Virginis sinu quem modo glorificatum colimus, ex Dei prouti monte, genita mira petra fuit (*petra autem erat Christus*). Hæc petra petram aliam genuit, cum ait: *Tu es Petrus*, vel juxta textum originale: *Tu es Petra* (2): super hanc vero petram ædificata est Ecclesia, super hanc petram fons aquæ reperitur salientis in vitam æternam, adversus hanc petram inferorum portæ prævalere nullimode poterunt. Hæc est, opinor, tota ratio, quare vaferrimus anguis qui virgineum calcaneum mordere non desinit, ut Ecclesiae infrangibilis *petræ* radicem evelleret aut quateret, per ejus semen nestorianam velit sæpe sæpius repetere vocem. Dogmaticum eapropter de Virginis Assum-

(1) I. Reg. xiv, 18.

(2) Christus, sive chaldæo sermone loqueretur, sive potius syriaco, uti morans in Galilea, secus dicere non potuit quam: *Tu es Petra*, et super hanc *petram*, etc. Vox namque *Kepha* qua utitur, apud syros et chaldæos nullam patitur mutationem, ut personæ valeat aptari: significat autem *petram*,

ptione decretum tantam proculdubio pareret utilitatem, ut per illud summa cum Virginis laude totius Ecclesiae solidetur origo.

### Caput III.

Assumptionis dogma magnum exercebit influxum in inceptam Synodum vaticanam.

1. Tam nigra temporibus hisce nostris errorum criminumque caligo diffanditur ubilibet, ut ad apostolicam epocham mundum rediisse videatur. Tunc invaluit polytheismus quo plura colebantur ut Deus; nunc obtinet pantheismus quo ut Deus omnia coluntur. Tunc philosophorum tumor, avaritia sacerdotum regumque politica christianæ veritati nitebantur obsistere: nunc philosophi pariter, hæretici et ipsimet reges catholicam fidem quæ nobis sola remansit, radicibus evellere conantur. Tunc Romæ Caput Ecclesiae tenebricoso in carcere vincus cruento vexabatur martyrio: nunc Romæ princeps Ecclesiae (quem tenerrima veneramus observantia et ardenti complectimur amore) mœrenti pene carcere clausus vivens Martyr in cruento martyrio coronatur.

Si nostris igitur temporibus illa tam metuenda redierit, ut ita loquar, apostolica ætas, oportet ut fidelis qualemcumque pro christiana Religione tristitiam pateretur, Episcopus apo-

stolicum, non qualemcumque, sed *saxum solidum et infrangibile*. Quare versiones omnes orientales hunc sensum enucleant; et veterrimum persarum Evangelium (tom. vi Scripturæ Waltonianæ) hanc nobis paraphrasin exhibet: *Tu es Petra meæ religionis, et fundamentum Ecclesie meæ aedificabitur super te*.

stolica virtute confisus Evangelium usquequaque diffunderet, et Concilia pro melius adstruenda veritate cogentur. Quantum vero, ut alia id genus omittam, juvamen B. Virgo primis Conciliis attulit? magnum sane, multiplicem. Me linguis favente, graves hoc pro me testentur auctores. Rupertus pie sane ac probabiliter opinatur, Virg. Deiparam Concilio jerosolymitano Apostolorum temporibus interfuisse, atque illius Decreti de servandis cæremoniis sanctissimam Deiparam magistram magistrorum extitisse, illam Apostolis omnique conventu consulentibus (1). Petrus autem Canisius, Deiparæ Virginis egregius encomiastes, putat hanc Virginem in illa Synodo jerosolymitana præfuisse, omnia dubia enucleasse, illamque judaicarum cæremoniarum quæstionem perdifficilem suo verbo dissolvississe (2). Hoc tamen dictum magis pium quam solidum censeo. Mulieribus enim in ecclesiis aut publicis conventibus non est permissum dicere, sed cum silentio tacere et orare, ut Apostolus scribit (3). Meliori proinde ratione dicendum est Mariam, cum non esset de Hierarchia, non publice et auctoritative, sed privatim et per consilium sive ad istam sive ad illam quæstionem illis temporibus obtinentes dedisse responsum.

Hisce porro rite perpensis, ita paucis ac nitide fas est perloqui. Tanto B. Virgo Dei Parens erga Ecclesiam amore prosequitur, ut eandem operam quam in illa jerosolymitana Sy-

(1) Lib. 1 in Cantica.

(2) Lib. 5 de B. V. Deipara.

(3) I. ad Cor. xiv; I. ad Tim. ii.

nodo præstitit, nuperrimæ atque suspensæ vaticanæ Synodo arcana ferme ratione præstiterit. Heic tamen animadvertas velim: B. Deipara ut humanis necessitatibus opuletur, necessum est, ut grato celebretur obsequio, nec non ut ardenti prece colatur. Ast poterit B. Virgini, secus ac in optati dogmatis celebratione de suo in cælum glorioso triumpho, melius obsequium melioremque cultum impendi? Cum anima et corpore Virginem Deiparam in terris coluerunt apostoli ceterique fideles, et eam in rerum conciliarium jerosolymitanarum actionibus solertem adjutricem tenere; nunc venerans in cælis Ecclesia sacro dogmate Virginem Deiparam cum anima et corpore, in vaticana Coitione Deiparam ipsam singulariter habebit opitulatricem. Tantum igitur Assumptionis dogmaticum decretum, prout confidimus, juvamen feret, ut inter cetera magnum in inceptam vat. Synodum influxum exercuerit.

2. Alia quoque ratio in subsidium venit. Prædicta vat. Synodus tridentinæ Synodi typum gerit. Hic plura et magna negotia quæ ad fidem, mores et ecclesiasticam disciplinam pertinebant, agitata sunt atque definita; ibi plurima quoque ac magna negotia quæ fidem, mores et ecclesiasticam disciplinam attingunt, discutienda et definienda proponuntur. Insignes pro Concilio tridentino floruerunt Patres, clarissima pro vaticano Concilio theologorum ingenia torquentur. Pontifices insigni nomine conspicui tridentino præfuerunt Concilio; Pontifices immortali gloria præfulgentes vaticana

ut suum agnoscat amorem, statimque per omnem, ut sic dicam, terrarum orbem hydrias divini liquoris effandit. — In re prorsus ancipiti quid consilii capiat, petit? Enjindutus Ephod (1) ante arcam Dei viventem de terra in cælum sublimatam accedit, ibi manibus deprecatur expansis, et *Sancta Sanctorum* ingrediens ac simul intrōspiciens, illud nempe dulcissimum ac peramabile Cor in quo beatissima Virgo Christi verba *conferebat*, tota protinus evanescit difficultas, et *contrahit manus*.

3. Quo tamen res luculentior innotescat, summatim non pigeat Ecclesiae genesis contueri. E Virginis sinu quem modo glorificatum colimus, ex Dei prouti monte, genita mira petra fuit (*petra autem erat Christus*). Hæc petra petram aliam genuit, cum ait: *Tu es Petrus*, vel juxta textum originale: *Tu es Petra* (2): super hanc vero petram ædificata est Ecclesia, super hanc petram fons aquæ reperitur salientis in vitam æternam, adversus hanc petram inferorum portæ prævalere nullimode poterunt. Hæc est, opinor, tota ratio, quare vaferrimus anguis qui virgineum calcaneum mordere non desinit, ut Ecclesiae infrangibilis *petræ* radicem evelleret aut quateret, per ejus semen nestorianam velit sæpe sæpius repetere vocem. Dogmaticum eapropter de Virginis Assum-

(1) I. Reg. xiv, 18.

(2) Christus, sive chaldæo sermone loqueretur, sive potius syriaco, uti morans in Galilea, secus dicere non potuit quam: *Tu es Petra*, et super hanc *petram*, etc. Vox namque *Kepha* qua utitur, apud syros et chaldæos nullam patitur mutationem, ut personæ valeat aptari: significat autem *petram*,

ptione decretum tantam proculdubio pareret utilitatem, ut per illud summa cum Virginis laude totius Ecclesiae solidetur origo.

### Caput III.

Assumptionis dogma magnum exercebit influxum in inceptam Synodum vaticanam.

1. Tam nigra temporibus hisce nostris errorum criminumque caligo diffanditur ubilibet, ut ad apostolicam epocham mundum rediisse videatur. Tunc invaluit polytheismus quo plura colebantur ut Deus; nunc obtinet pantheismus quo ut Deus omnia coluntur. Tunc philosophorum tumor, avaritia sacerdotum regumque politica christianæ veritati nitebantur obsistere: nunc philosophi pariter, hæretici et ipsimet reges catholicam fidem quæ nobis sola remansit, radicibus evellere connituntur. Tunc Romæ Caput Ecclesiae tenebricoso in carcere vincus cruento vexabatur martyrio: nunc Romæ princeps Ecclesiae (quem tenerrima veneramus observantia et ardenti complectimur amore) mœrenti pene carcere clausus vivens Martyr in cruento martyrio coronatur.

Si nostris igitur temporibus illa tam metuenda redierit, ut ita loquar, apostolica ætas, oportet ut fidelis qualemcumque pro christiana Religione tristitiam pateretur, Episcopus apo-

stolicum, non qualemcumque, sed *saxum solidum et infrangibile*. Quare versiones omnes orientales hunc sensum enucleant; et veterrimum persarum Evangelium (tom. vi Scripturæ Waltonianæ) hanc nobis paraphrasin exhibet: *Tu es Petra meæ religionis, et fundamentum Ecclesie meæ aedificabitur super te*.

stolica virtute confisus Evangelium usquequaque diffunderet, et Concilia pro melius adstruenda veritate cogentur. Quantum vero, ut alia id genus omittam, juvamen B. Virgo primis Conciliis attulit? magnum sane, multiplicem. Me linguis favente, graves hoc pro me testentur auctores. Rupertus pie sane ac probabiliter opinatur, Virg. Deiparam Concilio jerosolymitano Apostolorum temporibus interfuisse, atque illius Decreti de servandis cæremoniis sanctissimam Deiparam magistratam magistrorum extitisse, illam Apostolis omnique conventu consulentibus (1). Petrus autem Canisius, Deiparæ Virginis egregius encomiastes, putat hanc Virginem in illa Synodo jerosolymitana præfuisse, omnia dubia enucleasse, illamque judaicarum cæremoniarum quæstionem perdifficilem suo verbo dissolvississe (2). Hoc tamen dictum magis pium quam solidum censeo. Mulieribus enim in ecclesiis aut publicis conventibus non est permissum dicere, sed cum silentio tacere et orare, ut Apostolus scribit (3). Meliori proinde ratione dicendum est Mariam, cum non esset de Hierarchia, non publice et auctoritative, sed privatim et per consilium sive ad istam sive ad illam quæstionem illis temporibus obtinentes dedisse responsum.

Hisce porro rite perpensis, ita paucis ac nitide fas est perloqui. Tanto B. Virgo Dei Parens erga Ecclesiam amore prosequitur, ut eandem operam quam in illa jerosolymitana Sy-

(1) Lib. 1 in Cantica.

(2) Lib. 5 de B. V. Deipara.

(3) I. ad Cor. xiv; I. ad Tim. ii.

nodo præstitit, nuperrimæ atque suspensæ vaticanæ Synodo arcana ferme ratione præstitit. Hæc tamen animadvertas velim: B. Deipara ut humanis necessitatibus opituletur, necessum est, ut grato celebretur obsequio, nec non ut ardenti prece colatur. Ast poterit B. Virgini, secus ac in optati dogmatis celebratione de suo in cælum glorioso triumpho, melius obsequium melioremque cultum impendi? Cum anima et corpore Virginem Deiparam in terris coluerunt apostoli ceterique fideles, et eam in rerum conciliarium jerosolymitanarum actionibus solertem adjutricem tenere; nunc venerans in cælis Ecclesia sacro dogmate Virginem Deiparam cum anima et corpore, in vaticana Coitione Deiparam ipsam singulariter habebit opitulatricem. Tantum igitur Assumptionis dogmaticum decretum, prout confidimus, juvamen feret, ut inter cetera magnum in inceptam vat. Synodum influxum exercuerit.

2. Alia quoque ratio in subsidium venit. Prædicta vat. Synodus tridentinæ Synodi typum gerit. Hic plura et magna negotia quæ ad fidem, mores et ecclesiasticam disciplinam pertinebant, agitata sunt atque definita; ibi plurima quoque ac magna negotia quæ fidem, mores et ecclesiasticam disciplinam attingunt, discutienda et definienda proponuntur. Insignes pro Concilio tridentino floruerunt Patres, clarissima pro vaticano Concilio theologorum ingenia torquentur. Pontifices insigni nomine conspicui tridentino præfuerunt Concilio; Pontifices immortali gloria præfulgentes vaticana

in Synodo clarent; eos sat erit ostendere: Pius IX, Leo XIII. Fuit illud indictum, ut errorum colluvies deflecteretur, et ecclesiastica disciplina ferme dilapsura reformaretur. Ista coacta fuit, ut post noctem tot errorum sol veritatum coruscaret, et ecclesiastica disciplina collabens refloreret, suumque posset iterum recuperare splendorem. In litteris Apostolicis quibus ordo generalis in sacrosancti oecumenici Concilii vaticani celebratione servandus constituitur, hæc sunt: « Quare veterum Conciliorum ac Tridentini nominatim vestigiis inhærentes, hortamur illos omnes in Domino, ut, etc. »

Divina tamen Providentia salubriter disposuit, ut tridentinum Concilium, gratia Virginis opitulante, celebraretur. Et mihi cl. Justinum Miechoviensem hac in re prævisse delector: « Porro quantum ex renovatione Rosarii Ecclesiæ utilitatis accesserit, rei probavit eventus. Hac enim renovatione facta, et per orbem promulgata, mox Deus (rogante Virgine) summorum Pontificum ac aliorum Ecclesiæ prælatorum zelum ad morum reformationem excitavit, qui indicto Concilio tridentino catholicæ fidei veritatem contra recentiores hæreticos explanarunt, et disciplinam ecclesiasticam, quæ jam prorsus collapsura erat, mirifice restituerunt (1). »

Cum igitur vaticana Synodus tridentinæ Synodo tam plane cohæreat, divinam Providentiam quæ perpetua sapientique mundum ratione gubernat, disponere pie fatendum est, ut vaticanæ

(1) Litanie Lauretanæ vol. 2, disc. cccxvii.

pariter Synodo potenti pietate præsto Deipara sit. At, quemadmodum ob Rosarii promulgationem pro tridentino Concilio suum non denegavit auxilium et protectionem; ita plurimum refert, Assumptionis veritatem pontificio decreto sanciri (meliorem enim occasionem nequimus ad Deiparæ Virginis erga nos suppetias implorandas nancisci), ut ipsa cum Sole divino tamquam stella sub vaticano cælo tremula micantique luce coruscaret. Quare Bartholomæus Card. D'Avanzo blande solatur Episcopus helvetios hæc spe, futurum ut per Mariam Virginem Immaculatam quæ *in cælum assumpta*, est semper vivens ad interpellandum pro nobis, iterum possent in vaticana Synodo pacifice congregari, simulque possent, gratiarum actionibus Deo redditis, conciliares labores summa tranquillitate perficere. « Laonde raccolti di nuovo nel Vaticano « intuoneremo il cantico sublime di « ringraziamento al Signore per il « conseguito trionfo della libertà « della Chiesa, e proseguiremo liberi « ed uniti i pacifici lavori conciliari (2). »

3. Nec satis: prosequimur enim. In Rosario, in hoc Mariano psalterio, christifideles pio cordis dulcore meditantur tum mysteria Virginis in Christo conglorificatæ et compatentis, tum mysteria Virginis in Christo conregnantis et congaudentis. Sciendum tamen est, malle Deiparam, ut, mortalis suæ vitæ mysteriis haud spretis, immortalis suæ vitæ mysteria christifideles pia meditatione prosequerentur.

(2) Vid. Lettera all'omaggio all'Episcopato Svizzero. n. x, 1871.

rentur. Id aperuit S. Thomæ Cantuariensi (1).

Quænam porro sint mysteria vitæ Deiparæ immortalis seu mysteria Virginis in Christo conregnantis atque congaudentis? ejus Assumptio, ejus a beatissima Triade coronatio. Tot igitur opimos fructus quot in Rosario pullularunt, ob Deiparentis in cælos Assumptionem dumtaxat, ut ita dicam, eadem B. Virgo diffundet. Tres majores tantummodo fructus perstringamus.

a) Quid sanum, quid integrum in statu ecclesiastico illis temporibus erat, cum Rosarium institueretur? Id testantur septemdecim provincialia, et quatuor generalia illis temporibus celebrata Concilia, lateranense I sub Callisto II an. 1133, lateranense II sub Innocentio II an. 1139, lateranense IV sub Alexandro III an. 1180, potissimum vero eboracense sub Cælestino III an. 1196, lugdunense sub Innocentio III an. 1200, lateranense generale sub eodem Pontifice, cui Episcopi 800 interfuere an. 1215, oxoniense in Anglia an. 1222, alaminicum an. 1225, lugdunense sub Gregorio IX an. 1237, viennense sub Clemente V an. 1272, ravennatense sub Nicolao IV an. 1286. Hæc, inquam, nominatim in unum erant intenta, ut cleri præsertim honestati consulerent.

b) In statu politico quid divulgum ab invicem, et convulsum? In Oriente barbara infidelium tyrannis jam dudum occupaverat Asiam et Africam, tam misera rerum facies erat, ut o-

(1) Cf. Bernardinum de Bustis in Marial. p. x, ser. 2, lit. O.

mne pene aut hæreticum, aut schismaticum, aut mixtum ex his, aut apostaticum, aut ethnicum, ac proinde prorsus atheum esset; cum seu trux Persa, seu Turca ferox, seu scythæ barbarus aut hæreticus impius in istis partibus dominaretur.

c) Huic tantæ malorum Iliadi Albigensium hæresim diabolus adjuvit, quæ tam valide pullulare et excrecere in comitatu tolosano cœpit, ut omne fidei triticum in gente illa in lolium erroris versum videretur. Brevi temporis intervallo mille propemodum civitates infecit, adeo quidem, ut si gladiis fidelium repressa non fuisset, brevi temporis interstitio universam corrupisset Europam.

S. Patriarcha Dominicus, sacræ theologiæ doctor, primus sacri palatii apostolici magister, sacro Rosario divinitus accepto in evertendis hæreticis albigensibus septem annos consumpsit, et centum millia ex eis tum doctrina, tum miraculis ad fidem catholicam convertit, ut tempore suæ canonizationis coram Gregorio IX legitime probatum est. Eodem sacro Rosario peragente, reffloruit ecclesiastica disciplina, novumque receperunt inclinata regna splendorem (2).

Hoc autem triplex bonum quod Rosarium mire produxit, futuram vat. Synodum in cujus corde studium triplicis memorati boni fuit alte repositum, producturam censemus. In hac vat. Coitione Romanum Pontificem Leonem XIII, prout Innocentium III in Concilio lateranensi IV, hunc magnum mihi videtur aperire

(2) Vid. Justinum Miechoviensem in Litanis Lauretanis, Rosa mystica.



sermonem: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam moriar* (1), triplicem nempe conquirere Pascha, i. e. transitum, transitum incredulorum ad fidem, transitum fidelium ad pristinam disciplinam, transitum subditorum et regum ad suum, utrimque posthabitu, obedientiæ providique regiminis officium. Porro, si tanta cum facilitate per Rosarium et per Virginis præsertim Assumptionem quam in eodem Rosario meditatur, ut supra meminimus, hunc triplicem transitum obtinuit Ecclesia; quanta, putas, majori celeritate triplicem hunc transitum posset vat. Synodus consequi, Virginis assumptæ sacro dogmate præeunte?

Nulli autem mirum esse debet, quod Rosarii archiconfraternitas tam salubre, tam efficax sit contra vitia et hæreses antidotum. Oratio enim et doctrina quam abunde Rosarium possidet, sunt contra vitia quælibet ac quaslibet hæreses firmissima præsidia et fortissima propugnacula. Hinc Apostolus fideles rogabat: *Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi* (2). At utrumque, nimirum oratio et doctrina, in Assumptione Virginis sacro dogmati sublimata reperiuntur: id namque dogma non erit pure speculativum, sed speculativo-practicum; practicum qua cultus est, speculativum qua veritas est. Cultus autem nequit ab oratione divelli. — Jure proinde merito SS<sup>mus</sup> noster Leo PP. XIII (f. r.), cum non sit qui pugnet pro eo nisi Dominus

(1) Luc. xxii, 15.

(2) Ad Coloss. iv, 3.

Deus noster et Regina cæli cum anima et corpore in cælum assumpta, ut sævis gravida procellis nostra tempora sint sua protectione tranquilla, Litteris Encyclicis datis Romæ die 1 septembris 1883 ad omnes VV. FF. Patriarchas, Primate, Archiepiscopos et Episcopos catholici orbis, Virgini SS<sup>mi</sup> Rosarii totum Octobris mensem dicavit, præcipiens ut quotidie Rosarium ubique, publice ac devote recitaretur a fidelibus, totumque per orbem ejus festum solemniori cultu nec non cleri populique ferventiore pietate concelebraretur. Meminerint vero lectores, in Rosario quartum et quintum gaudiosa mysteria, scilicet Assumptionem et Coronationem magis placere Deiparæ, tum quia memoratis gaudiis fruitur nunc temporis in cælo, tum quia censentur hæc mysteria omnium Virginis ipsiusmet gloriarum complementum et apex.

4. Hoc videtur innuere vaticanum ipsum Concilium. In litteris enim Apostolicis quibus ordo generalis in sacrosancti œcumenici Concilii vaticani celebratione servandus constituitur, sunt hæc: « Gaudium autem in Domino jure præcipimus, quod salutare Concilii ejusdem conventus solemnæ die Immaculatae Dei Matris semper Virginis Conceptioni sacro, atque adeo sub potentibus maternisque auspiciis ejus aggressuri sumus, eosque in Vaticana Nostra Basilica iniri, etc. » SS<sup>mus</sup> Dominus Pius IX allocutione habita in Congregatione generali ante 1<sup>am</sup> Sessionem, die 11 decembris anno MDCCCLXIX, ad Episcopos catholici orbis qui Romam convenerunt, nihil opportunius præloqui, nihilque ju-

cundius existimavit: « Hoc autem illud est, VV. FF., quod, Deo et Immaculata Deipara votis Nostris annuente, hodierno die in amplissimo hoc Vestro conventu peragimus, etc. » Et in Sess. prima, celebrata die viii decembris: « Illuxit tandem auspiciatissima dies octava mensis decembris Mariæ Virginis Immaculatae sacra, etc. »

Porro, si Concilium suas noluerit actiones inchoare, nisi sub influxu *Immaculatae Deiparæ* (Immaculatae profecto quoad animam perpetua gratia coruscantis), ut ab ista, propemodum hac magis alliciente prærogativa, congruas suppetias deposeret; quæ fausta quæ læta Synodus ominaretur, si eam maluerit suppliciter invocare sub titulo *Immaculatae Deiparæ*, sed Immaculatae quoad animam et quoad corpus sacro dogmate proclamatae, sub titulo nempe quod utrumque complectitur, *Assumptæ Deiparæ*? Hæc princeps causa fuit, quamobrem vaticani Patres fere ducenti quos inter plurimi S. R. E. Cardinales *Postulatum*, cujus auctor erat Ex<sup>mus</sup> ac Ill<sup>mus</sup> Aloysius episcopus Synopes Vaccarius, obfirmaverant, ut ad sublimiorem Immaculatae Deiparæ gloriam, majoremque Concilii fructum albo dogmatum fidei catholice, stante Synodo, corporea Virginis præfinitur Assumptio, suffragantibus etiam pene omnibus religiosorum Ordinum Ministris Generalibus. Verum, abrupto vaticano Concilio, et urbe Roma infandum capta, hæc spes evanuit. Quemadmodum vero sæculum sæculo eructat verbum, et ætas ætati scientiam indicat, peropportunum duximus præparare mentes hominum ad hanc defi-

nitionem quæ magnum exercebit influxum in inceptam vat. Synodum, quum per illam, ut ante tenuiter exposuimus, divino providente Numine, nascatur et rutilet horizon christianæ restorationis.

Hæc læta, hæc fausta diebus nostris ominamur, quibus assumpta Deipara suaviter ac dulciter aspiret, suis ipsa precibus aulam conciliaris Congregationis aperiens.

## ORATIO II.

## THEOLOGIA DOGMATICA

## Caput I.

Assumptio Virginis, in tractatus DE DEO UNO SECUNDUM NATURAM ET DE DEO TRINO SECUNDUM PERSONAS CELESTE JUBAR OFFUNDIT.

1. B. Virgo Deipara fuit istius mundi finis et exemplar. Cum enim Deus mundum esset conditurus, eo libentius fecit, quia Jesum et Mariam in eo lucem aspecturos prævidit. Probat id Galatinus ex propheta Jeremia cap. xxxiii, 20, ubi nostra Vulgata legit: *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte, ut non sit dies, et nox in tempore sue.* Cabalistæ hæc verba ita convertunt: *Nisi pactum meum esset, diem ac noctem, leges terræ ac cælo non posuissem.* Quæ ita interpretantur, ut notat Galatinus: « Nisi amore mei Jesu et Mariæ diem et noctem, leges cælo et terræ non posuissem, hoc est mundum non creassem (1). » Clarius idem docet Rabbi Anselmus apud eundem Galatinum, dum in glossa chaldaica super illud Geneseos 1, *In principio*

(1) Lib. 7 Arcanorum, cap. 1.

sermonem: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam moriar* (1), triplicem nempe conquirere Pascha, i. e. transitum, transitum incredulorum ad fidem, transitum fidelium ad pristinam disciplinam, transitum subditorum et regum ad suum, utrimque posthabitu, obedientiæ providique regiminis officium. Porro, si tanta cum facilitate per Rosarium et per Virginis præsertim Assumptionem quam in eodem Rosario meditatur, ut supra meminimus, hunc triplicem transitum obtinuit Ecclesia; quanta, putas, majori celeritate triplicem hunc transitum posset vat. Synodus consequi, Virginis assumptæ sacro dogmate præeunte?

Nulli autem mirum esse debet, quod Rosarii archiconfraternitas tam salubre, tam efficax sit contra vitia et hæreses antidotum. Oratio enim et doctrina quam abunde Rosarium possidet, sunt contra vitia quælibet ac quaslibet hæreses firmissima præsidia et fortissima propugnacula. Hinc Apostolus fideles rogabat: *Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi* (2). At utrumque, nimirum oratio et doctrina, in Assumptione Virginis sacro dogmati sublimata reperiuntur: id namque dogma non erit pure speculativum, sed speculativo-practicum; practicum qua cultus est, speculativum qua veritas est. Cultus autem nequit ab oratione divelli. — Jure proinde merito SS<sup>mus</sup> noster Leo PP. XIII (f. r.), cum non sit qui pugnet pro eo nisi Dominus

(1) Luc. xxii, 15.

(2) Ad Coloss. iv, 3.

Deus noster et Regina cæli cum anima et corpore in cælum assumpta, ut sævis gravida procellis nostra tempora sint sua protectione tranquilla, Litteris Encyclicis datis Romæ die 1 septembris 1883 ad omnes VV. FF. Patriarchas, Primate, Archiepiscopos et Episcopos catholici orbis, Virgini SS<sup>mi</sup> Rosarii totum Octobris mensem dicavit, præcipiens ut quotidie Rosarium ubique, publice ac devote recitaretur a fidelibus, totumque per orbem ejus festum solemniori cultu nec non cleri populique ferventiore pietate concelebraretur. Meminerint vero lectores, in Rosario quartum et quintum gaudiosa mysteria, scilicet Assumptionem et Coronationem magis placere Deiparæ, tum quia memoratis gaudiis fruitur nunc temporis in cælo, tum quia censentur hæc mysteria omnium Virginis ipsiusmet gloriarum complementum et apex.

4. Hoc videtur innuere vaticanum ipsum Concilium. In litteris enim Apostolicis quibus ordo generalis in sacrosancti œcumenici Concilii vaticani celebratione servandus constituitur, sunt hæc: « Gaudium autem in Domino jure præcipimus, quod salutare Concilii ejusdem conventus solemnæ die Immaculatæ Dei Matris semper Virginis Conceptioni sacro, atque adeo sub potentibus maternisque auspiciis ejus aggressuri sumus, eosque in Vaticana Nostra Basilica iniri, etc. » SS<sup>mus</sup> Dominus Pius IX allocutione habita in Congregatione generali ante 1<sup>m</sup> Sessionem, die 11 decembris anno MDCCCLXIX, ad Episcopos catholici orbis qui Romam convenerunt, nihil opportunius præloqui, nihilque ju-

cundius existimavit: « Hoc autem illud est, VV. FF., quod, Deo et Immaculata Deipara votis Nostris annuente, hodierno die in amplissimo hoc Vestro conventu peragimus, etc. » Et in Sess. prima, celebrata die viii decembris: « Illuxit tandem auspiciatissima dies octava mensis decembris Mariæ Virginis Immaculatæ sacra, etc. »

Porro, si Concilium suas noluerit actiones inchoare, nisi sub influxu *Immaculatæ Deiparæ* (Immaculatæ profecto quoad animam perpetua gratia coruscantis), ut ab ista, propemodum hæc magis alliciente prærogativa, congruas suppetias deposeret; quæ fausta quæ læta Synodus ominaretur, si eam maluerit suppliciter invocare sub titulo *Immaculatæ Deiparæ*, sed Immaculatæ quoad animam et quoad corpus sacro dogmate proclamata, sub titulo nempe quod utrumque complectitur, *Assumptæ Deiparæ*? Hæc princeps causa fuit, quamobrem vaticani Patres fere ducenti quos inter plurimi S. R. E. Cardinales *Postulatum*, cujus auctor erat Ex<sup>mus</sup> ac Ill<sup>mus</sup> Aloysius episcopus Synopes Vaccarius, obfirmaverant, ut ad sublimiorem Immaculatæ Deiparæ gloriam, majoremque Concilii fructum albo dogmatum fidei catholice, stante Synodo, corporea Virginis præfinitur Assumptio, suffragantibus etiam pene omnibus religiosorum Ordinum Ministris Generalibus. Verum, abrupto vaticano Concilio, et urbe Roma infandum capta, hæc spes evanuit. Quemadmodum vero sæculum sæculo eructat verbum, et ætas ætati scientiam indicat, peropportunum duximus præparare mentes hominum ad hanc defi-

nitionem quæ magnum exercebit influxum in inceptam vat. Synodum, quum per illam, ut ante tenuiter exposuimus, divino providente Numine, nascatur et rutilet horizon christianæ restorationis.

Hæc læta, hæc fausta diebus nostris ominamur, quibus assumpta Deipara suaviter ac dulciter aspiret, suis ipsa precibus aulam conciliaris Congregationis aperiens.

## ORATIO II.

## THEOLOGIA DOGMATICA

## Caput I.

Assumptio Virginis, in tractatus DE DEO UNO SECUNDUM NATURAM ET DE DEO TRINO SECUNDUM PERSONAS celeste jubar offundit.

1. B. Virgo Deipara fuit istius mundi finis et exemplar. Cum enim Deus mundum esset conditurus, eo libentius fecit, quia Jesum et Mariam in eo lucem aspecturos prævidit. Probat id Galatinus ex propheta Jeremia cap. xxxiii, 20, ubi nostra Vulgata legit: *Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte, ut non sit dies, et nox in tempore sue.* Cabalistæ hæc verba ita convertunt: *Nisi pactum meum esset, diem ac noctem, leges terræ ac cælo non posuissem.* Quæ ita interpretantur, ut notat Galatinus: « Nisi amore mei Jesu et Mariæ diem et noctem, leges cælo et terræ non posuissem, hoc est mundum non creassem (1). » Clarius idem docet Rabbi Anselos apud eundem Galatinum, dum in glossa chaldaica super illud Geneseos 1, *In principio*

(1) Lib. 7 Arcanorum, cap. 1.

creavit Deus cælum et terram, sic ait: « Propter sapientiam creavit Deus cælum et terram, hoc est amore intemeratæ Virginis, quæ est mundi sapientia, creavit Deus cælum et terram. » Id confirmat mellitus doctor Bernardus: « De hac, et ob hanc, et propter hanc (i. e. Virginem) omnis Scriptura facta est; propter hanc totus mundus factus est; et hæc gratia Dei plena est; et per hanc homo redemptus est: Verbum Dei caro factum est, Deus humilis, et homo sublimis (1). »

Quæ cum ita se habeant, creaturæ omnes tamquam radii diriguntur erga Virginem, ut cum Virgine dirigantur erga Deum, universalis harmoniæ centrum. Exinde mirificum unitatis systema, quod perficitur in Assumptione Deiparentis: hæc enim in anima et corpore beatitudine fruens, totam creationem in Deum evexit, habens existentiam cum lapidibus, vitam cum plantis, sensum cum animantibus, intelligentiam cum hominibus et angelis.

Porro, Virginis Assumptio Dei unitatem mirabiliter evincit, cum Dei unitas ex ipso rerum ordine atque structura Universi comprobetur, in quo ita omnia secum apta sunt; et ad unum finem composita, ut non nisi ab uno Deo condi, regique potuerint, ut evidenter demonstrarunt Minucius Felix (2), Athanasius (3), alique magno numero Patres. Socrates martyr occubuit, ut unitatem Dei contra vesanam philosophiam ad eum lethalia venena mittentem roboraret, fueretur; B. Virgo Deipara sacræ

(1) Serm. 1 super *Salve Regina*.

(2) In Octavio.

philosophiæ atque theologiæ doctrix et magistra suavissimam oppetiit mortem, ut unitatem Dei contra polytheistas, tritheistas, dualistas perfectiori modo comprobaret.

2. Nemo sane ignorat, Deum in opere creationis valde omnipotentiam suam manifestasse, cum omnia de nihilo creavit. Nemo inficiatur, in opere justificationis divinam omnipotentiam innotescere, cum filius perditionis in filium Dei transfertur: in opere glorificationis divinam pariter omnipotentiam ostendi, nemo est qui dubitet. Ast multo mirabilius et gloriosius illa in Dei maternitate præfulget; cum Factor ipse sit opus manuum suarum, cum Deus nascatur ex homine, creatura fiat Mater sui plasmatoris, immo filia sui Parentis. Hoc tam mirabile opus, et omnium operum velut absolutissimum ac perfectissimum compendium contemplatus Doctor angelicus, dixit: « Beata V. Maria ex hoc quod est Mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus, et ex parte non potest aliquid fieri melius ea, sicut non potest aliquid melius esse Deo (4). » Porro, quemadmodum una reperitur creatura perfectior, Virgo Maria, qua nec aliam majorem aut supparem invenire poterimus; sic unus Deus est, infinitarum perfectionum pelago fruens, quo nec major aut melior excogitari unquam potest. Totam autem perfectionem in ejus obtinuit Assumptione Deipara. Igitur Deipara in ejus ad cælum Assumptione Dei unitatem patefecit. Assum-

(3) Lib. contra Gentiles.

(4) 1 p., q. 25, art. 6 ad 4.

pta Dei Parens si una non esset, profecto non esset, cum inter creaturas perfectionis culmen attingat: igitur Deus si unus non esset, utique non esset; namque penes illum infinitarum perfectionum plenitudo reperitur. Jure proinde merito Tertullianus ajebat: « Deus si non unus est, non est (1). »

3. Verumtamen, Deus qui secundum naturam unus est, secundum personas trinus est. Hegelius ita de Trinitate sentit: « Deus Pater est idea absoluta in se, est esse absolutum. Deus Filius est esse in sua manifestatione, in sua negatione, in mundo. Deus sanctus Spiritus est esse quod redit ad se, cognitio quæ tollitur in Deum in spiritu humano (2). » Recte doctor Ott animadvertit, Deum hegelianum a Deo christianorum toto plane cælo discrepare. Propulsat has tenebras assumpta Virgo Deipara. Eatenus enim ista glorificata cum corpore fuit, quatenus æternum Filium sine corruptione generavit. Archangelum Gabrielem qui Dei fortitudo nominatur, misit Deus in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth (quemadmodum divina testantur eloquia), et Virginem Mariam his verbis alloquitur: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* a) *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, h. e. Pater æternus generativam suam virtutem tibi quodammodo communicabit, ut generaresuum ipsum Filium posses. Verum, qui generativam habet virtutem, aut, qui

(1) Lib. 1 contra Marcionem, cap. 3.

(2) Cf. opus inscriptum: *Philosophia Religionis*.

generat, est persona citra omnem dubitationis aleam, non *Idea* vel *Idea-Ens*, quæ in se absoluta et indeterminata sit, prout effutire non erubuit philosophus Hegel. b) *Spiritus sanctus superveniet in te*, h. e. concipies de Spiritu sancto, vel sancti Spiritus ineffabiliter operante virtute concipies et paries. Jam vero qui concipere atque parere facit, nequit esse *cognitio quæ tollitur in Deum in spiritu humano*, veluti deblaterare non erubescerat philosophus germanicus. c) *Ideoque quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*, h. e. sine corruptione generabis æternum Dei Filium. Porro, qui generatur sive a Patre in æternitate, sive a Matre in tempore, non potest esse *manifestatio quædam in mundo*, prout impie dixit philosophus Hegelius, sed vera realisque persona. Triadem hanc divinarum Hypostaseon assumpta Virgo in ejus glorificato corpore micantissima luce demonstrat, quemadmodum præfati sumus.

4. Licet imago Dei præfulgeat in anima hominis; in ipso tamen corpore divina propemodum imago relucet, ut observat S. Augustinus (3); unde Poeta:

Pronaque cum spectant animalia cætera terram,  
Os homini sublime dedit, cælumque tueri  
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Quemadmodum vero gratia et gloria non destruunt, sed perficiunt naturam et quodammodo collustrant; ita Dei-

(3) Lib. vi de Gen. ad lit. cap. 12; lib. de Gen. cont. Manich., cap. 17.

paræ corpus quod in cælis glorificatum colimus, perfectiori modo Trinitatem divinam patefacit. Juxta namque Mathesin omne corpus latitudinem habet, longitudinem et profunditatem; profunditatem quæ non est longitudo, longitudinem quæ non est latitudo, latitudinem quæ non est neque longitudo, neque profunditas: et tamen hæc tria unum corpus sunt. Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes: alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas.

5. In ipsa Deiparentis Assumptione divelli Summa Trias nequit. Ex phrasæologia Patrum atque theologorum, Dei Patris omnipotentiam summopere decuit, Virginis Deiparæ gloriosum evehere corpus in cælum, ut dilectam Filiam quavis prærogativa muniret. Dei Filii sapientiam magnopere decuit, ut Matrem amantissimam majori quo posset honore prosequeretur. Dei Spiritus sancti bonitatem maximopere decuit, ut immaculatam Sponsam singulari gloria locupletaret. Præstat audire magnum theologum Ordinis Prædicatorum Justinum Miechoviensem:

(1) In Litanis Lavretanis, disc. cccxlix, n. 11.

cissimam, Spiritus sanctus uti Sponsam charissimam aretissimo deitatis suæ complexu firmavit, ac in proximo throno gloriæ sacræ humanitatis Christi supra omnes angelos et beatos eminentissime collocavit. Pater cælestis diadema suæ omnipotentiae ei dedit, ut omnia facere posset, quæcumque vellet. Filius arcana suæ sapientiae ei revelavit, ut deitatem altissime penetraret, et omnes res creatas in ea perspicacissime contueretur. Spiritus sanctus charitatis suæ ac misericordiae donum ei contulit, ut mater misericordiae esset, nostrasque causas coram divina Majestate perageret uti advocata et patrona omnium mortalium. Pater lunam, hoc est universam Ecclesiam militantem sub pedibus illius subiecit; Filius sole suæ clarissimæ visionis eam vestivit; Spiritus sanctus coronam stellarum duodecim, hoc est omnium suorum donorum ac gratiarum ornamenta capiti ejus imposuit (1). » Igitur Assumptio Deiparentis duo rerum intelligibilium et superintelligibilium majora dogmata novis splendoribus irradiata patefacit.

## Caput II.

Assumptio Deiparentis roborat tractatum  
inscriptum: DE DEO CREANTE.

1. Deus creavit hominem ad imaginem et similitudinem suam: ad imaginem, h. e. donis naturalibus præditum; ad similitudinem, i. e. ornamentis gratiæ pollentem, uti sentiunt Irenæus (2), Basilius (3) et alii plures. Brevi protoparentes a statu justitiæ originalis ac felicitatis, in

(2) Lib. iii, cap. 20. (3) Hom. x Hexamer.

quo constituti liberaliter a Deo fuerant, exciderunt per mandati sibi traditi transgressionem, et cunctis obruti pœnis sunt, quas ipsis Deus interminaverat. Hunc lapsum, sive peccatum originale, necnon ejus in posteros transfusionem tum neoterici biblici, tum rationalistæ impugnant, et mythis accensent. Ast perperam. Labem sine labe Virgo primigeniam in omnes homines propinatam mirifice tradit.

Se Deus contuebatur in ea tamquam in candidissimo speculo, quemadmodum eam ipse vocavit *speculum sine macula*. Habuit Virgo naturam humanam qualem Deus condidit integram plane scelerisque puram quinque retro millibus annis. Vetitum illa fructum non comedit, nec igitur comminatæ pœnæ subjacuit: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris* (1), et ut Symmachus vertit: *mortalis eris* (2). Quæ sententia plane congruit cum alia: *Pulvis es, et in pulverem reverteris*. Hanc igitur pœnam evasit beatissima Deipara, sicut ipse Adam cæterique homines evasisent, si Dei mandatum non fuissent transgressi. En igitur originale peccatum in omnium hominum ruinam atque perniciem diffusum propagatumque, Christo dumtaxat et Maria Virgine demptis.

Nec obstat quominus mortua quoque sit Virgo Deipara. Hæc tantummodo mortem gustavit, ut Redemptorem Redemptrix imitaretur, et morte quam introduxit in orbem terrarum serpens antiquus, hujusce caput vir-

(1) Gen. ii, 27.

(2) In græca Versione quam, imperante Commodo, scripsit memoratus Symmachus samarita-

gineo pede contereret. Jure proinde merito Pius Pp. V damnavit propositionem LXXV Baji quæ docet: « Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum. » Opposita igitur propositio vera penitus censenda sit oportet: etenim constat quod, cum aliqua propositio damnatur ab Ecclesia ut falsa, ipsius contradictoria censi debet ut vera; duæ propositiones contradictoriæ nequeunt esse uno eodemque tempore falsæ, ut traditur a Metaphysicis. Ergo sacra Deipara mortua non fuit ob originale peccatum quo caruit, verum ut de morte gloriosior transiret ad vitam. Quare nobis assumpta Virgo insequens epichirema reliquit: corruptionis vulnera meret qui prima culpa inficitur; est enim crimen horrendum: sed una præ cæteris ego illud evasi; immaculate quippe concepta fui: corruptionis igitur vulnera non mereor, et ideo vix mortua, mors aufugit, et æternam ingredior Civitatem. Erubescant proin rationalistæ, obmutescant neoterici biblici, conticescant liberi cogitatores qui adamiticum grande peccatum ejusque transfusionem impugnant et mythis accensent.

2. Verum, si propter originale peccatum homines post mortem corruptione tabescant, in novissimo tamen die resurgent, et iterum vestiti duplicibus apparebunt. Omnis Universi analogia nos ducit ad resurrectionem expectandam. Præclarissime namque

nus, qui ex judæo christianus in hæresim hebionitarum incidit, teste D. Hieronymo in qq. Hebr.

scribit Tertullianus: « Omnia in statum redeunt, quum abscesserint; omnia incipiunt quum desierint; ideo finiuntur ut fiant, nihil deperit nisi in salutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum; operibus enim præscripsit Deus antequam litteris; viribus prædicavit antequam vocibus. Præmisit tibi naturam magistram, submissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiæ discipulus naturæ; quo statim admittas, quum audieris, quod ubique jam videris; nec dubites Deum carnis etiam resuscitatore, quem omnium novisti restitutorem (1). » Quod vero magis mireris est, vel ipsum Senecam (2) in hoc Tertulliano prævisse.

B. Virgo quæ supergreditur eminenti modo naturam, eminenti modo cunctis hominibus suppeditat resurrectionis exemplum. Ipsa namque mortua est, et post tres dies uti phoenix resurrexit, in carne sua videns Deum suum, reponens hanc spem nostram in sinu nostro. Quare futura corporum nostrorum resurrectio semper aluit spem christianam, et ad fortia quælibet facienda et toleranda impulit, unde merito Tertullianus dixit: « Fides christianorum resurrectio mortuorum (3). »

Resurrectio Virginis retundit ac impetit magno splendore sadduceos, simonianos, marcosianos, marcionitas et alios ingenti numero rationalistas et incredulos qui corporum nostrorum resurrectionem ut impossibilem traducunt. Obstruitur os eorum loquentium iniqua: etenim, si Joannes Bapt.

(1) De resurrect. carnis, cap. 12.

Franzelin resurrectionem Christi a mortuis nuncupaverit *velut omnium demonstrationum compendium et evidentem confirmationem* (4); Virginis Deiparæ pariter resurrectionem vocare possemus tum Catholicæ Fidei, tum resurrectionis corporum nostrorum evidentem confirmationem.

3. Principia materiæ primigeniæ, etsi diversam modificationem aut *combinationem* chemicam subeant, prorsus incorruptibilia sunt et indestructibilia; corpus tamen quod ex his principis dimanat, est corruptibile. Virgo dumtaxat Deiparens intuitu gratiæ Christi mirabilem promeruit exceptionem; et, si quævis humana corpora in illam ex qua nati sunt, pulverem revertantur, Deiparæ corpus ex Assumptionis doctrina corruptionis vulnera nescit, et immortalis gloria cum ipsius anima coruscat in cælis. Quantum igitur in resurrectionem corporum illa Virginis exceptio influxum habeat, planum fit: exceptio quippe juxta commune proloquium legem confirmat in contrariis, eamque propemodum illustrat. Corporeo Virginis Deiparæ scintillante nitore, corruptivum hoc atque mortale in incorruptionem et immortalitatem mutatum irisperabit, adeoque vel æterna tristitia plecti, vel æterno gaudio frui.

### Caput III.

Assumptio Virginis tractatus dogmaticos DE DEO INCARNATO ET DE DEO REDIMENTE, necnon CULTUM SS. CORDIS JESU plenius in lumine ponit.

1. Tractatus qui majorem ex Assumptionis dogmate perspicuitatem ac robur acquirit, est utique tractatus dog-

(2) Ep. 36. (3) Cit. op. n. 1. (4) De Trad. th. iv.

maticus *De Deo Incarnato*, et sacra præsertim *Theotologia*. Re sane vera. Quam ob causam Virginei corporis Assumptionem profitemur? quia sumopere dedecebat, illud corpus quod æternum Logon genuit, Logon qui erat in principio apud Deum, et ipse Deus erat, in pulverem sicut alia corpora resolvi, vermibusque corrodi. Non potuit Virginea caro corrumpi, eo quia cum ipsa Theon-Anthropon, universa mirante natura, peperit. Unde, si *partus sequitur ventrem*, ergo dicere fas est: vel cum corpore Virginis in sepulcro corpus Christi, vel cum corpore Christi super astra corpus Virginis.

Nec oratio nostra cunctatur ob divinæ maternitatis demonstrationem: fide namque tenemus a PP. ephesisis proclamatum, Mariam proprie vereque nuncupari Dei Matrem, ex qua Verbum caro factum est. Divinarum Scripturarum id probe testantur oracula, universa id traditio clamat, ita, ut almæ Virgini Mariæ in Synodo III œcumenica penes Ephesum celebrata præstantissimum illud gloriosissimumque sit vindicatum nomen *θεοτοκος* contra scelestissimas nestorianas blasphemias. Super hoc fundamentum arguunt in rem nostram plerique SS. PP. Divus enim Andreas cretensis sic oppido clare fatetur: « Quæ auctorem vitæ pepererat, in eo loco jam rediviva collocatur, ubi fons perennis est vitæ, qui corpus et animam illius primo inter se vinxerat, moxque soluta, indissolubili vinculo inter se rursus colligave-

(1) Orat. iii de Dormit. Deip.

(2) Orat. ii de Dormit. B. M. V.

rat (1). » Huic plane concinit D. Joannes Damascenus: « Ut filia veteris Adami, veterem sententiam subiit: nam et ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit; ut autem Dei viventis mater ad illum ipsum digne assumitur (2). » Et iterum: « Papæ, papæ, fons vitæ, Domini mei mater moritur! Oportebat enim ut quod e terra conflatum erat, ad terram reverteretur, atque ita in cælum transmitteretur. » Neque ullo modo reticenda quæ apud claravallensem Bernardum occurrunt; scribit enim: « Quem in castellum mundi hujus infantem prius ipsa susciperet, ab eo suscipitur hodie, sanctam ingrediens civitatem... Non in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit, nec in cælis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ Filius sublimavit (3). » Assumptionis ergo veritas est pulcher radius qui ex Dominicæ Incarnationis veritate proficiscens, eam cuilibet alma luce depromit. Hinc merito Div. Bernardus Danthem Aligherium alloquitur et beatissimam Deiparam in cælos assumptam demonstrans, inquit:

Riguarda omai nella faccia ch'a Cristo Più s'assomiglia, ch'è la sua chiarezza Sola ti può disporre a veder Cristo (4).

2. Ipsa Dei Filia Dei cultum extollit; ipsa Christi Mater Christi regnum instaurat. Sunt aliqui neoterici sublimiores qui Christum denegantes, Christos seipsos creant. En Mesianismas. *Heic terrenos Christos a-*

(3) Serm. i de Assumpt., num. 2.

(4) *Cantica del Parad.*, cant. xxxii, vv. 85, 86, 87.

scribit Tertullianus: « Omnia in statum redeunt, quum abscesserint; omnia incipiunt quum desierint; ideo finiuntur ut fiant, nihil deperit nisi in salutem. Totus igitur hic ordo revolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum; operibus enim præscripsit Deus antequam litteris; viribus prædicavit antequam vocibus. Præmisit tibi naturam magistram, submissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiæ discipulus naturæ; quo statim admittas, quum audieris, quod ubique jam videris; nec dubites Deum carnis etiam resuscitatore, quem omnium novisti restitutorem (1). » Quod vero magis mireris est, vel ipsum Senecam (2) in hoc Tertulliano prævisse.

B. Virgo quæ supergreditur eminenti modo naturam, eminenti modo cunctis hominibus suppeditat resurrectionis exemplum. Ipsa namque mortua est, et post tres dies uti phoenix resurrexit, in carne sua videns Deum suum, reponens hanc spem nostram in sinu nostro. Quare futura corporum nostrorum resurrectio semper aluit spem christianam, et ad fortia quælibet facienda et toleranda impulit, unde merito Tertullianus dixit: « Fides christianorum resurrectio mortuorum (3). »

Resurrectio Virginis retundit ac impetit magno splendore sadduceos, simonianos, marcosianos, marcionitas et alios ingenti numero rationalistas et incredulos qui corporum nostrorum resurrectionem ut impossibilem traducunt. Obstruitur os eorum loquentium iniqua: etenim, si Joannes Bapt.

(1) De resurrect. carnis, cap. 12.

Franzelin resurrectionem Christi a mortuis nuncupaverit *velut omnium demonstrationum compendium et evidentem confirmationem* (4); Virginis Deiparæ pariter resurrectionem vocare possemus tum Catholicæ Fidei, tum resurrectionis corporum nostrorum evidentem confirmationem.

3. Principia materiæ primigeniæ, etsi diversam modificationem aut *combinationem* chemicam subeant, prorsus incorruptibilia sunt et indestructibilia; corpus tamen quod ex his principis dimanat, est corruptibile. Virgo dumtaxat Deiparens intuitu gratiæ Christi mirabilem promeruit exceptionem; et, si quævis humana corpora in illam ex qua nati sunt, pulverem revertantur, Deiparæ corpus ex Assumptionis doctrina corruptionis vulnera nescit, et immortalis gloria cum ipsius anima coruscat in cælis. Quantum igitur in resurrectionem corporum illa Virginis exceptio influxum habeat, planum fit: exceptio quippe juxta commune proloquium legem confirmat in contrariis, eamque propemodum illustrat. Corporeo Virginis Deiparæ scintillante nitore, corruptivum hoc atque mortale in incorruptionem et immortalitatem mutatum irisperabit, adeoque vel æterna tristitia plecti, vel æterno gaudio frui.

### Caput III.

Assumptio Virginis tractatus dogmaticos De Deo INCARNATO et DE DEO REDIMENTE, necnon CULTUM SS. CORDIS JESU plenius in lumine ponit.

1. Tractatus qui majorem ex Assumptionis dogmate perspicuitatem ac robur acquirit, est utique tractatus dog-

(2) Ep. 36. (3) Cit. op. n. 1. (4) De Trad. th. iv.

maticus *De Deo Incarnato*, et sacra præsertim *Theotologia*. Re sane vera. Quam ob causam Virginei corporis Assumptionem profitemur? quia sumopere dedecebat, illud corpus quod æternum Logon genuit, Logon qui erat in principio apud Deum, et ipse Deus erat, in pulverem sicut alia corpora resolvi, vermibusque corrodi. Non potuit Virginea caro corrumpi, eo quia cum ipsa Theon-Anthropon, universa mirante natura, peperit. Unde, si *partus sequitur ventrem*, ergo dicere fas est: vel cum corpore Virginis in sepulcro corpus Christi, vel cum corpore Christi super astra corpus Virginis.

Nec oratio nostra cunctatur ob divinæ maternitatis demonstrationem: fide namque tenemus a PP. ephesisis proclamatum, Mariam proprie vereque nuncupari Dei Matrem, ex qua Verbum caro factum est. Divinarum Scripturarum id probe testantur oracula, universa id traditio clamat, ita, ut almæ Virgini Mariæ in Synodo III œcumenica penes Ephesum celebrata præstantissimum illud gloriosissimumque sit vindicatum nomen θεοτοκος contra scelestissimas nestorianas blasphemias. Super hoc fundamentum arguunt in rem nostram plerique SS. PP. Divus enim Andreas cretensis sic oppido clare fatetur: « Quæ auctorem vitæ pepererat, in eo loco jam rediviva collocatur, ubi fons perennis est vitæ, qui corpus et animam illius primo inter se vinxerat, moxque soluta, indissolubili vinculo inter se rursus colligave-

(1) Orat. iii de Dormit. Deip.

(2) Orat. ii de Dormit. B. M. V.

rat (1). » Huic plane concinit D. Joannes Damascenus: « Ut filia veteris Adami, veterem sententiam subiit: nam et ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit; ut autem Dei viventis mater ad illum ipsum digne assumitur (2). » Et iterum: « Papæ, papæ, fons vitæ, Domini mei mater moritur! Oportebat enim ut quod e terra conflatum erat, ad terram reverteretur, atque ita in cælum transmitteretur. » Neque ullo modo reticenda quæ apud claravallensem Bernardum occurrunt; scribit enim: « Quem in castellum mundi hujus infantem prius ipsa susciperet, ab eo suscipitur hodie, sanctam ingrediens civitatem... Non in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit, nec in cælis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ Filius sublimavit (3). » Assumptionis ergo veritas est pulcher radius qui ex Dominicæ Incarnationis veritate proficiscens, eam cuilibet alma luce depromit. Hinc merito Div. Bernardus Danthem Aligherium alloquitur et beatissimam Deiparam in cælos assumptam demonstrans, inquit:

Riguarda omai nella faccia ch'a Cristo Più s'assomiglia, ch'è la sua chiarezza Sola ti può disporre a veder Cristo (4).

2. Ipsa Dei Filia Dei cultum extollit; ipsa Christi Mater Christi regnum instaurat. Sunt aliqui neoterici sublimiores qui Christum denegantes, Christos seipsos creant. En Mesianismas. *Heic terrenos Christos a-*

(3) Serm. i de Assumpt., num. 2.

(4) *Cantica del Parad.*, cant. xxxii, vv. 85, 86, 87.

gnoscimus. Equis redimere potest Redemptorem? Simplex creatura non sufficit: magna superbia tumet, se Christum vocat. Requiritur creatura quæ ob singularem virtutem singularem obtinuit redemptionem. Sic vincet creatura creaturam; sic vincet per redemptum Redemptor. Deus, ut per divinam lucem spissa errorum caligo depelleretur, justitiæ Soli mandavit, ut super aureas procederet quadrigas: *Tu fabricatus es auroram et solem* (1). In aurora tamen ipsiusmet solis refulget imago, ejusdemque conspicimus haurire splendorem. Et ideo, quia sine macula sol, sine maculis aurora coruscat: ille cum anima et corpore fulget in cælis, ista cum anima et corpore micat in astris. Quam ob rem singularis poscebatur redemptio. Non habet Maria gratiam peccati deletivam, sed præservativam: non ideo redimitur, quia cecidit; sed ideo non cecidit, quia redimitur: singulari modo redimitur, ut singulari modo glorificaretur; singularis redemptio singularem ei peperit Assumptionem.

3. Redemptio quædam creatio fuit. Hinc Psaltes orabat: *Cor mundum crea in me, Deus*. Et ratio concludentissima liquet. Opus erat ut totum naturæ opus idololatrica labe pessumdatum, totumque reficeretur genus humanum. Hinc novus Adam et nova Eva, novus ordo sæculorum, et nova secundum spiritum generationum origo. Denuo *rupti sunt fontes abyssi magnæ, et cataractæ cæli apertæ sunt*, ita, ut super terram nigra persecutionum hæresumque flu-

(1) Psalm. LXXI, I.

mina proruperint. Rursus Noe cum suis filiis, Romanus nempe Pontifex cum suis fidelibus, redemptionis negotia peragens, ingressus est arcam, Christi scilicet humanitatem. *Cumque transissent plurimi dies, aperiens Noe fenestram arcæ, dimisit corvum: qui egrediebatur et non revertebatur*, h. e. quælibet hominum anima, quæ solam redibit, *donec siccarentur aquæ super terram*, in die videlicet universalis resurrectionis. *Emisit quoque columbam*, i. e. Mariam cujus mors quædam missio fuit, *ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam*, nempe post tres dies, in hoc uno pene consensu tota traditione conspirante, reviviscens. At Noe rursus *dimisit columbam ex arca*, h. e. Mariam, cum in ejus Assumptione perniciosissimo quo poterat volatu, cælum cum anima et corpore gloriosa conscendit. *At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo*. Qualiter autem B. Virgo, hæc formosa columba redibit ad arcam, qualis migravit ab illa? Sacro dogmate, quo certiores efficiamur, ac si B. Virginem in anima et corpore cælico nitore radiantem propriis oculis uti præsentem cerneamus. Hinc S. Thomas Paulinam fidei definitionem perpendens, ait: « Fides dicitur Substantia, id est, facere in nobis substare res sperandas... quasi per suam proprietatem præsentialiter facit, quo id, quod creditur futurum in re, spe aliquo modo jam habeatur (2). »

(2) In Comment. super predicta verba beati

Attamen peropportunum tempus adest illud dogma condendi, cum tempus adsit, in quo cæli Columba erit ad novum reditura Noemum. *At illa venit ad eum ad vesperam*. Et hisce temporibus nostris omnium temporum dierumque vesperam contigisse videtur, cum jam bis mille anni *naturalis* legis fluxerint, jam bis mille anni *conscriptæ* legis transierint, et jam bis mille anni legis *gratiæ*, cum quibus juxta nonnullos exegetas hic mundus fortasse peribit, expleturi dignoscantur. Et hic in Assumptionis dogmate cælestis Columbæ reditus erit magnæ pacis magnæque lætitiæ signum, et ex ejus rostro ramusculum virentis oleæ recipientes, nostra tempora coronabimus. In hoc malorum recurrentium et ingruentium diluvio pater Noemus ab arca Ecclesiæ misit Immaculatæ Conceptionis dogmate Columbam cæli, Mariam: sed ipsa remeavit; nondum cessatæ sunt aquæ diluvii super terram. Iterum mittatur oportet Assumptionis dogmate, portabitque ramum olivæ virentibus foliis in ore suo, quem ex æternæ voluptatis Paradiso decerpit. Tunc cessatis aquis diluvii, circa nos spirat halitus vitæ, in montibus Ararat manet immobilis arca, januam aperiemus et egrediemur. Nostra lumina tollentes, formosissimam videbimus iridem, h. e. Mariam in vestitu deaurato carnis, pulchra colorum varietate circumdatam. Quam ob rem, arca constructa, debitas nostro Deo grates persolvemus, totumque per orbem

Pauli. Hæc expositio, ut testatur Estius in Comm., est etiam D. Joan. Chrysostomi, quem Theodoretus aliquo sectati sunt.

Dei filii nascentur et multiplicabuntur.

En per Assumptionis dogma catholicum nova redemptio, quasique nova creatio. Conditor iterum et Redemptor filios suos, filios charitatis alloquetur: *Crescite et multiplicamini*. Hoc loquendi genus viam quodammodo sternit ad insequens objectum.

4. Hæc nostra ætate Noemus christifidelium aperuit in arca Ecclesiæ fenestram, nempe devotionem sanctissimi Cordis Jesu magna cum solertia fovit, et totum per orbem illius magni Centri radios porrexit. Sane per arcam, ut scite monet Augustinus, Christi humanitas intelligitur, in qua, cum occisus in cruce pendit, *miles prope cor lancea latus ejus aperuit*, ut per dulcissimum illud ac peramabile cor, tamquam per fenestram, Salvatoris ingredi possemus humanitatem, salvificam humani generis arcam. Quemadmodum proinde Noemus arcæ fenestram aperuit, ut intus columbam exciperet; alius quoque Noe, Romanus nempe Præsul fenestram arcæ reseravit, h. e. devotionem sanctissimi Cordis Jesu ferventer excitavit cælestis Columbæ remeantis causa, quæ, prout ante monuimus, per Assumptionis dogma mysticam hanc redibit ad arcam, arcam Ecclesiæ quæ pugnare potest, expugnari tamen non potest. Assumptionis igitur dogma et cultus sanctissimi Cordis Jesu magnum sibi vicissim splendorem afferunt, ita, ut alter alterum nitida luce declaret.

Insuper, haud Christus Jesus, quia mortuus, dolorem sensit in vulnere cordis, sed potius Maria; quare Si-

meon ad eam: *Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit*. Quæ cum ita sint, gloria quam recipit Cor Jesu, partiri cum Virgine debet. Quoniam autem Jesus Christus recepit *in re physica* gloriam, cultum Ss. Cordis recipiens; sic Virgo Maria gloriam recipere debet *in re physica*, videlicet in glorificato corpore quod fuit ad cælica regna sublimatum. Clar. Joannes Perrone loquens de cultu Ss. Cordis, ait: « Objectum est ipsa caro seu verius humanitas Christi prout subsistit in Verbo, seu *in concreto*, quæ adoratur directe, et in se; motivum est unio hypostatica, qua caro illa facta est *propria Verbi*, seu *caro Dei*, ut Patres loquuntur (1). » Et clarius infra: « Ex his porro liquet 1<sup>o</sup> objectum cultus de quo agimus, esse cor carneum seu physicum Christi Jesu seu personæ Verbi incarnati. » Quapropter in re physica cor Jesu colitur, et hunc cultum contra Synodum pistoriensem Ss. Dominus Pius VI in dogmatica Constit. *Auctorem fidei* proclamavit et sanxit. In re quoque physica, i. e. in glorificato corpore B. Virg. Deipara colenda sit oportet, atque contra Joan. Launojum, Claudium Joly, aliosque rabidos anticomarianitas dogmatica Constitutione proclametur.

#### Caput IV.

Assumptio Virginis tractatus dogmaticos DE FIDE, DE GRATIA et DE SACRAMENTIS illustrat.

1. Intueamur serpentem et mulierem in terrestri paradiso colloquen-

(1) In Prælect. Theolog. quas in Coll. Rom. S. J. habebat, Tract. de Incarnatione, art. II de Christi Adoratione, prop. I et II.

tes. *Cur præcepit vobis Deus*, ait serpens, *ut non comederetis de omni ligno paradisi* (2)? Sic ille vaferrimus in cogitatione mulieris sociavit principium dubii contra sui Creantis auctoritatem, fidem repressit, posuit in ea ratiocinium critices in rebus supernaturalibus, quod nos vocamus semitam methodicam ad incredulitatem. Hinc Heva, dubium recipiens, fidem amisit, et inter se ac Deum complevit divortium, uti ratiocinatur Augustinus (3). — Tam grande flagitium hæc nostra præsertim reflorescit ætate. Hodiernus homo est filius religiosi dubii. Antiquus ille serpens homicida sub colore mutandi eum in doctorem et omniscientem, in suis labiis porrexit dubium systematicum, ut eum a fide plane convelleret. Victor Cousinius, eclecticorum Galliarum dux, ceu cardinem ponit interrogationem et dubium, novam faciens doctrinam Petri Abælardi quæ sonat: « Hæc prima sapientiæ clavis.... Dubitando ad inquisitionem veniemus (4). » Sed in hisce dubii tenebris fari quisque poterit: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus* (5).

Totam hanc serpentinam machinam diluit Assumptionis dogma. Isto sane dogmate super antiquum serpentem alma Geneseos mulier grandem atque postremum erit latura triumphum. F. Sylvester Joseph Hunter S. J. hanc thesin in collegio sancti Beunonis prov. Angl. propugnandam assumpsit: « Quum in Protevangelio, Gen. III, 15, beata Virgo exhi-

(2) Gen. III, 1. (3) L. XIV de Civ. Dei, c. 13.  
(4) Apud Cousinium in Sic et Non, prol. sub fin., pag. 16. (5) Luc. V, 5.

beatur *singulariter* associata in hoc triumpho Filii sui: non dubitamus quin in eodem oraculo, eadem beata Virgo præsignificetur eadem triplici victoriâ insigniter illustris: atque adeo, sicut de Peccato per Immaculatam Conceptionem et de Concupiscentia per Virginali Maternitate, ita et de inimicâ morte *singularem* triumphum relatura, per acceleratam ad similitudinem Filii sui Resurrectionem (1). » Quare si B. Virgo callidissimum serpentem qui fidem repulit et repellere modo connititur, Immaculato Conceptu et Virginali Maternitate contriverit, nunc, Assumptionis dogmate constituto, illum lethali morte palpitantem extra mundum propellit, detrudit. *Nunc princeps hujus mundi*, conclamaremus, *ejicietur foras* (2). Humanæ generationes ad fidem vocarentur, non secus ac tempore Redemptoris, et œcumenicarum Ecclesiæ Synodorum: dirigerentur ad fidem quæ dubium non patitur, sed expellit, fidem integram, fidem dogmaticam. Magistri hujus sæculi poterunt ad aures susurrare credentium: *Cur præcepit vobis Deus?* At Hevæ christianæ et Adami fideles, in schola novi dogmatis informati, serpentis pronepotibus respondere generosa fronte jam poterunt: Deus præcepit, quia Deus est. Sic homines ex filiis tenebrarum ac dubii in filios lucis et dogmatis mutarentur. Definitione Virginis assumptæ Romæ sederet Petrus non tantum in medio duodecim, verum et in medio septuaginta duorum, quemadmodum in cæ-

(1) Pag. 24 — De gloriosa beatæ Mariæ Virginis in caelos Assumptione, th. XCII.

naculo, ubi Maria pariter est. Ibi linguæ igneæ laberentur, quædam contingeret Pentecostes. *Factus est repente de cælo sonus... et replevit totam domum, ubi erant sedentes* (3). Ex cænaculo proficiscuntur Apostoli, et in fines terræ verba eorum nuntiantur; ex cænaculo Romæ successores Apostolorum seu Antistites erumpunt, et catholicam Fidem totum per orbem nova luce disseminabunt. Nec mirum quod Assumptionis fide totam Fidem mirabili nexu profiteamur: etenim assentimur illi Dei loquentis auctoritati, quacum universa dogmata creduntur. Amplexo quidem trunco, ramos complectimur omnes.

2. Quot autem per id dogma tractatus *de Gratia* momentis non infirmis elucubretur, videamus.

B. Virgo Deiparens eo quod a Deo gratiarum omnium thesaurum obtinuit, cælestis gloriæ culmen attingit, in anima et corpore beatitudine fruens. Ergo pelagiani qui omnem gratiam ad assequendam gloriam minime necessariam esse blaterabant, obmutescant. Ad corpoream Assumptionem obtinendam Virgo Maria omnem prorsus gratiam, illam pariter quæ *initialis* vocatur, divinitus accepit. Et hæc est ratio quare Deus Mariam ad cælestis gloriæ fastigium, quod fieri sine corporis Assumptione nequibat, evexerit: quia scilicet eam ab æternis sæculis elegit, ei conferens plenitudinem gratiarum. Ergo semipelagiani qui gratiam *initialem* propriis viribus obtineri posse jactitabant, erubescant. Ulterius. B. Virgo Maria nedum per

(2) Joan. XII, 31.

(3) Act. Apost. II, 2.



gratiam, sed per suam quoque libertatem gloriæ verticem obtinuit, et ideo etiam corporis Assumptionem: unde fatemur, Virginem Mariam gratia necnon libertate totam gloriam meruisse. Lutherus igitur et Calvinus, Jansenius et Bajus et alii ejusdem furfuris asseclæ qui liberam arbitrium ob Adæ prævaricationem extinctum esse proclamabant, conticescant.

Ex quibus plane colligitur, Deiparam Virginem mirifica gratiæ et libertatis unione cælestis gloriæ tetigisse cacumen. Ergo thomistæ, molinistæ, suareziani et augustiniani ex assumpta Virgine discant, totam divinæ gratiæ œconomiam non in sola gratia consistere, nec in sola libertate; non in majori adhæsione libertati, nec in majori adhæsione gratiæ, sed in perfecta unione utriusque. Quam ob rem *omne ferent punctum*, si libertatem et gratiam, *quas ultra citraque nequit consistere rectum*, amico fœdere miscuerint.

3. De Sacramentis denique sermonem instituamus oportet. Pauca de singulis.

In sacro Baptismate salutiferis ablui-mur undis, et Christi Jesu cohæredes unice salyficam ingredimur Ecclesiam. Virginis autem corpus quod gloriosum micat in cælis, est hujusce sacri fluminis scaturigo. Illud enim peperit Christum, *cujus latus lancea miles aperuit, et exiit sanguis et aqua*: hæc autem in Baptismatis fonte salubriter fluit.

Per Confirmationem sacro chrismate ungitur, ut anima consecratur, et magis atque magis in fide robo-retur.

Virginis tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, est illud insigne vas quod tam sacrum continuit unguentum. Hoc siquidem corpus genuit Christum: Christus autem græca vox est, cujus etymon sortitur a *ἁγίον*, h. e. ungere; et vere Christus in hoc sacramento *unxit nos oleo lætitiæ* seu gratia quæ lætos nos exhibet.

In venerabili Eucharistiæ sacramento divina carne, cælestique pascimur alimonia, nutrimur, beamur. Ast Virgineum corpus quod gloriosum micat in cælis, illa fuit sacra Pyxis quæ pro nobis hunc animi cibum, hanc salutarem Hostiam gestavit et præbuit.

Per sacramentum Pœnitentiæ quælibet peccata delentur, divinam adipiscimur amicitiam, et super nivem dealbamur. Sed Deiparæ corpus quod gloriosum micat in cælis, fuit illa nubes, cælestibus irrorata liquoribus, quæ pluit Justum, fuit illa terra quæ germinavit Salvatorem, absolvendi ligandique facultatem sacerdotibus præbentem.

Nec satis: per sacramentum enim Extremæ Uctionis sacro perungimur oleo, ut cum hostibus in morte luctamen habentes, Dei auxilio freti vincamus, et ad coronam pertrahamur immarcescibilem. Deiparæ tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, ille fuit urceolus in quo Divinitatis unguentum delituit et nobis suppeditavit, quo intus et in cute salubriter uncti, legitime certantes in via, coronabimur in patria.

Per sacramentum Ordinis quadam consecratione plerique homines sacro cultui se manciant, ut Christi Eccle-

sia sit usque ad finem sæculi duratura. Corpus autem Deiparæ quod gloriosum micat in cælis, semen fuit sacerdotum, quum, divino Spiritu afflante, summum genuerit Sacerdotem qui Apostolis eorumque in sacerdotio successoribus inquit: *Hoc facite in meam commemorationem*.

Per sacramentum Matrimonii gratia Christi super conjuges et eorumdem genitos irrigante, genus humanum pie sancteque propagatur. Virginis tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, illud fuit nobile germen quod Christum peperit. Christus autem Matrimonium ad sacramenti dignitatem evexit, ejusdemque leges vetnit aliquantisper temerari.

Nuperrimi pharisæi conantur non ut olim Christo seiscitantes utrum dare possint, sed gubernio postulantes ut dare libere queant uxoribus suis *libellum repudii et dimittere*. Verborum Domini, numquam forte tam clare colloquentis, meminisse jvabit!! Non tantum videtur se proposuisse thesin solide probantem, quoniam *ab initio non fuit sic*; verum et omnes quo clarius ei propositæ sunt, eo clarius difficultates diluit. Hunc tamen errorem qui trinam societatem, Domesticam, Civilem, Religiosam funditus evertit, corporea Virginis Assumptio mirabiliter exsufflat. Quantumvis enim corpus a summo Spiritu infinito distet intervallo; nihilo tamen secius Spiritus sanctus B. V. Mariam, immaculatam ejus Sponsam, quin eam vel quoad animam vel quoad corpus repudiaret, ad cæleste Thalamum sive quoad animam sive quoad corpus accersit, æternumque secum

totam et integram Virginis personam se habere constituit. En pulchra Matrimonii perpetuitatis imago; en lethalis in Matrimonio repudii manifesta reprobatio. Christus contra pharisæos dicere potuit: *ab initio autem non fuit sic*, quo sibi voluit, primum in terrestri paradiso Matrimonium extitisse perpetuum et simplex; sic modo dicere quisque poterit contra nuperos pharisæos: *ab initio autem non fuit sic*, quo certe videtur innui, primum in cælesti Paradiso Matrimonium (inter Mariam et Spiritum sanctum) perpetuitatem miram, ne dicam æternitatem, habuisse. Hoc in Assumptione Deiparentis mirifice declaratur.

Hisce perpensis libratisque momentis, rutili splendores qui universam prope Theologiam irradiant, ex Virginis Assumptione dimanare cognoscuntur. Et ideo hac potissimum ætate qua studium rerum theologicarum quo penes christianos exarsit, eo penes acatholicos refriguit et dissipatum est, catholicum Virginis assumptæ dogma peropportuum censetur.

### ORATIO III.

#### PSEUDO-THEOLOGIA

#### Caput I.

Assumptio Deiparentis hæresiarchiam sæculi XVI radicibus præmonstrat atque refellit.

1. Reformatores potius Deformatores duplex traditionis genus distinguunt: alias *inhæsitivas* nuncupant, alias *declarativas*. Apud ipsos *inhæsitiva* traditio ea tantum dogmata tra-

gratiam, sed per suam quoque libertatem gloriæ verticem obtinuit, et ideo etiam corporis Assumptionem: unde fatemur, Virginem Mariam gratia necnon libertate totam gloriam meruisse. Lutherus igitur et Calvinus, Jansenius et Bajus et alii ejusdem furfuris asseclæ qui liberam arbitrium ob Adæ prævaricationem extinctum esse proclamabant, conticescant.

Ex quibus plane colligitur, Deiparam Virginem mirifica gratiæ et libertatis unione cælestis gloriæ tetigisse cacumen. Ergo thomistæ, molinistæ, suareziani et augustiniani ex assumpta Virgine discant, totam divinæ gratiæ œconomiam non in sola gratia consistere, nec in sola libertate; non in majori adhæsione libertati, nec in majori adhæsione gratiæ, sed in perfecta unione utriusque. Quam ob rem *omne ferent punctum*, si libertatem et gratiam, *quas ultra citraque nequit consistere rectum*, amico fœdere miscuerint.

3. De Sacramentis denique sermonem instituamus oportet. Pauca de singulis.

In sacro Baptismate salutiferis ablui-mur undis, et Christi Jesu cohæredes unice salyficam ingredimur Ecclesiam. Virginis autem corpus quod gloriosum micat in cælis, est hujusce sacri fluminis scaturigo. Illud enim peperit Christum, *cujus latus lancea miles aperuit, et exiit sanguis et aqua*: hæc autem in Baptismatis fonte salubriter fluit.

Per Confirmationem sacro chrismate ungitur, ut anima consecratur, et magis atque magis in fide robo-retur.

Virginis tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, est illud insigne vas quod tam sacrum continuit unguentum. Hoc siquidem corpus genuit Christum: Christus autem græca vox est, cujus etymon sortitur a *ἁγίον*, h. e. ungere; et vere Christus in hoc sacramento *unxit nos oleo lætitiæ* seu gratia quæ lætos nos exhibet.

In venerabili Eucharistiæ sacramento divina carne, cælestique pascimur alimonia, nutrimur, beamur. Ast Virgineum corpus quod gloriosum micat in cælis, illa fuit sacra Pyxis quæ pro nobis hunc animi cibum, hanc salutarem Hostiam gestavit et præbuit.

Per sacramentum Pœnitentiæ quælibet peccata delentur, divinam adipiscimur amicitiam, et super nivem dealbamur. Sed Deiparæ corpus quod gloriosum micat in cælis, fuit illa nubes, cælestibus irrorata liquoribus, quæ pluit Justum, fuit illa terra quæ germinavit Salvatorem, absolvendi ligandique facultatem sacerdotibus præbentem.

Nec satis: per sacramentum enim Extremæ Uctionis sacro perungimur oleo, ut cum hostibus in morte luctamen habentes, Dei auxilio freti vincamus, et ad coronam pertrahamur immarcescibilem. Deiparæ tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, ille fuit urceolus in quo Divinitatis unguentum delituit et nobis suppeditavit, quo intus et in cute salubriter uncti, legitime certantes in via, coronabimur in patria.

Per sacramentum Ordinis quadam consecratione plerique homines sacro cultui se manciant, ut Christi Eccle-

sia sit usque ad finem sæculi duratura. Corpus autem Deiparæ quod gloriosum micat in cælis, semen fuit sacerdotum, quum, divino Spiritu afflante, summum genuerit Sacerdotem qui Apostolis eorumque in sacerdotio successoribus inquit: *Hoc facite in meam commemorationem*.

Per sacramentum Matrimonii gratia Christi super conjuges et eorumdem genitos irrigante, genus humanum pie sancteque propagatur. Virginis tamen corpus quod gloriosum micat in cælis, illud fuit nobile germen quod Christum peperit. Christus autem Matrimonium ad sacramenti dignitatem evexit, ejusdemque leges vetnit aliquantisper temerari.

Nuperrimi pharisæi conantur non ut olim Christo seiscitantes utrum dare possint, sed gubernio postulantes ut dare libere queant uxoribus suis *libellum repudii et dimittere*. Verborum Domini, numquam forte tam clare colloquentis, meminisse jvabit!! Non tantum videtur se proposuisse thesin solide probantem, quoniam *ab initio non fuit sic*; verum et omnes quo clarius ei propositæ sunt, eo clarius difficultates diluit. Hunc tamen errorem qui trinam societatem, Domesticam, Civilem, Religiosam funditus evertit, corporea Virginis Assumptio mirabiliter exsufflat. Quantumvis enim corpus a summo Spiritu infinito distet intervallo; nihilo tamen secius Spiritus sanctus B. V. Mariam, immaculatam ejus Sponsam, quin eam vel quoad animam vel quoad corpus repudiaret, ad cæleste Thalamum sive quoad animam sive quoad corpus accersit, æternumque secum

totam et integram Virginis personam se habere constituit. En pulchra Matrimonii perpetuitatis imago; en lethalis in Matrimonio repudii manifesta reprobatio. Christus contra pharisæos dicere potuit: *ab initio autem non fuit sic*, quo sibi voluit, primum in terrestri paradiso Matrimonium extitisse perpetuum et simplex; sic modo dicere quisque poterit contra nuperos pharisæos: *ab initio autem non fuit sic*, quo certe videtur innui, primum in cælesti Paradiso Matrimonium (inter Mariam et Spiritum sanctum) perpetuitatem miram, ne dicam æternitatem, habuisse. Hoc in Assumptione Deiparentis mirifice declaratur.

Hisce perpensis libratisque momentis, rutili splendores qui universam prope Theologiam irradiant, ex Virginis Assumptione dimanare cognoscuntur. Et ideo hac potissimum ætate qua studium rerum theologicarum quo penes christianos exarsit, eo penes acatholicos refriguit et dissipatum est, catholicum Virginis assumptæ dogma peropportuum censetur.

### ORATIO III.

#### PSEUDO-THEOLOGIA

#### Caput I.

Assumptio Deiparentis hæresiarchiam sæculi XVI radicibus præmonstrat atque refellit.

1. Reformatores potius Deformatores duplex traditionis genus distinguunt: alias *inhæsitivas* nuncupant, alias *declarativas*. Apud ipsos *inhæsitiva* traditio ea tantum dogmata tra-

dit, quæ in sacris Litteris expressa reperiuntur; *declarativa* luculentius explanat illud, quod sacræ Litteræ breviter aut minus dilucide tradunt. Exinde constat, ipsos traditionem non admittere, prout traditio a verbo Dei scripto distinguitur: imo usque adeo pergunt, ut contendat, traditionem a sac. Bibliis distinctam principem esse causam omnium errorum, quos, ut ipsi autumant, Romana sive Catholica incurrit Ecclesia. Verum perperam. Populus Dei ab origine humani generis usque ad hæresim sæculi XVI in sua fide ac professione semper habuit nonnulla dogmata ceu divinitus tradita, quæ in Scripturis non continebantur. Quare Franzelin: « Sicut Deus, » inquit, « primos suos legatos ad primam revelationis promulgationem potuit reddere et reddidit fide dignos motivis credibilitatis; ita profecto potest per omne tempus futurum constituere suos legatos ad conservandam et prædicandam revelationem primitus factam, eosdemque partim repetitis et continuo permanentibus motivis credibilitatis immediate in se ipsis, partim et potissimum per connexionem cum primis illis legatis et per promissiones infallibilitatis in hac connexionem eis factas demonstrare et exhibere fide dignos atque infallibiles testes (1). » Novatores suo principio nitentes, Assumptionem Deiparentis inficiantur, eo quod de ista nihil prorsus Scriptura memineat. Cf. Justinum Miechoviensem (2).

Verum, Assumptionis dogma tum ipsam Assumptionis veritatem maximo

(1) De Tradit. th. xx, n. 1.

(2) In Lit. Laur. disc. cccxxx, n. 1.

robore contra novatores firmat ac tuetur, tum palmarem novatorum hæresim sua in radice depromit atque retundit. Assumptionem namque Virginis in anima et corpore summi tenere PP., summique DD. atque TT.; in eam profitendam unanimi pene consensione (qua certe novatores polent) totus conspirat hierarchicus Ordo; eam singulæ ac omnes ecclesiæ quæ minime plures ecclesias, sicut inter protestantes, sed unice veram constituunt Ecclesiam, sive Missalibus, sive Euchologiis, sive Menologiis, aliisque id genus innumeris prope monumentis tradunt, docent atque propugnant. Arnaldus proinde carnotensis Abbas Bonnævallis, qui sæc. XII fama eruditionis inclaruit, suam hac de re mentem aperit: « Postea vero, Joanne in ejus obsequio perseverante, non diu vocatione dilata, migravit ad Filium... Verum in corpore an sine corpore? Nullius canonicæ Scripturæ definivit auctoritas; sed quocumque modo sit, eam cum Christo esse dubium non est (3). » Voces cum Christo esse corpoream Deiparentis Assumptionem declarant. Ecquis Mariæ animam post ejus transmigrationem a Christo disjunctam suspicatur? Voces autem *nullius canonicæ Scripturæ definivit auctoritas* innuunt, corpoream Virginis Assumptionem, quamquam de ista tacerint sac. Biblia, catholicam veritatem esse, quia eam universa tradidit, docuit, defenditque verenda traditio. Quam ob rem Assumptionis dogma putidam Lutheranorum et calvinistarum hæresim radicatus evelleret atque catholicam veritatem pleniore in lu-

(3) De Laud. Mar. Virg. circ. fin.

mine collocaret: innumeri sane PP. atque DD. ecclesiasticæ traditiones locupletissimi testes, quantumvis longe dissiti tum ratione locorum, tum ratione temporum, ita tamen hanc de Virginis Assumptione nobis reliquere doctrinam, ut in eandem veluti cogitationem coaluerint.

2. Non admissa traditione, protestantes contra Romani Præsulis infallibilitatem rationabiliter ac logice vesano furore debacchantur. Et ideo Cathedram Romanam post Joannem Wicleff *purpuratam meretricem* vocant. Errorem hunc Assumptionis itidem dogma propellit. Tot enim sunt opimi fructus ex hoc dogmate fluentes, ut quisque per os summi Præsulis Deum ipsum loquentem esse cognoverit. *Videbit omnis caro, quod os Domini locutum est* (1). Verbum quod spiritus alit, quod mentem irradiat, quod vitam præbet, a divinis labiis tantummodo fluit. Hinc, si liberi cogitatores a nobis efflagitent: quid novum hoc dogma? fidenter responsa præbebimus: inclinate cervicem, pauperes filii, et decretum ecclesiastico-divinum summa reverentia prosequamini. Deus loquens ex se non loquitur. Hominem, Rom. Pontificem sua virtute, sua sapientia replet, et, inspirans in faciem ejus spiraculum vitæ, dicit: loquere. Quod Jerusalem continebat, nunc Romæ contingit: utriusque Summus Pontifex sacra dogmata tradit. Christus cum in cruce pependit, vultu contuebatur occasum, eo forte consilio, ut suum verbum

(1) Isa. XL, 5.

(2) De Fide Orthod., cap. XII.

(3) Cf. Cardinalem D'Avanzo *Lett. ai MM. RR.*

mutaret Cathedram, prouti scite monet S. Jo. Damascenus (2), et gentes non ex Occidente in Oriens, verum ex hoc moverentur ad illud, non secus ac planetæ solaris nostri systematis ab ortu moventur ad occasum.

Insuper, Ecclesia Romana seu Catholica majus acquirit in assumptæ Virginis dogmate jubar. Et, ut ad 1<sup>am</sup> 1<sup>æ</sup> Disquisitionis nostræ partem redeamus, Romam perreximus, veritatem Assumptionis agnovimus, profectique Roma, communicavimus orbi terrarum, et ipsam Assumptionis veritatem sumus ubique contuiti. Communicavimus universitati redemptæ sanguine Christi, Græcis, Latinis, Barbaris, eandemque veritatem ubique conspeximus. Unde contra schismaticos antifallibilistas, Lutheri et Calvinii propaginem extollamus vocem, dicamusque: veram Ecclesiam non apud nos *veteres catholicos* (ita Döllinger nos christianos (3) vocabat), sed apud vos esse contenditis: dementiæ vestræ paulisper adhærere fingamus. Vera igitur Ecclesia non est in Italia; ibi non estis: non in Hispania; ibi non estis: non in Austria; ibi non estis: non in Anglia; ibi non estis. Et hi *novos catholicos* (κατολικος universale) se tantum vocare non erubescunt!!! Non ita Ecclesia Romana seu Catholica, quam omnibus in omnibus locis, cum in 1<sup>a</sup> parte 1<sup>æ</sup> nostræ Disquisitionis totum ferme peragravimus orbem, quasi digito demonstrare potuimus. Quapropter, Assumptione dogmaticè constituta, Doellin-

*Prof. della Facoltà Teologica dell'Apostolico Seminario di Calvi — Döllinger e la sua Dichiarazione rispetto al Concilio Vaticano.*

ger cum suis asseclis ad S. Patrem redire manibus expansis poterit et dicere: *Domine, peccavi; ad quem ibo? verba vitæ æternæ habes!!*

3. Lutherus omnium tum veterum, tum recentium hæreseon architectus, ista suis venenata tela pectoribus eiecit: *Sola fides justificat*. Amedeus Fichtius, sui systematis discipulus, fuit hac in re supra magistrum; statuerat enim; non id quod historicum, sed id quod metaphysicum est, hominem beatum efficere, statueratque *non credere*, sed purum *cogitare*, et per puram cogitationem hominem immediate Deum intueri ac possidere, religionem constituere (1). Hoc autem est Fichtianum illud systema in quo ipse sua maturus ætate religiosum et christianum se voluit ostendere.

Corporea Deiparentis Assumptio id male consutum systema propellit. Quandoquidem B. Virgo Deipara ut animi et corporis gloriam, singularis sublimisque gloriæ culmen mereretur in cælis, totam exornavit bonis operibus vitam suam, adeo, ut non in vulnere vulnera, non in crimine crimina, sed in merito merita, in virtute virtutes cumulaverit. Quare Justinus Miechoviensis: « Ascendebat Virgo *innixa super dilectum*, hoc est super Christum et merita ipsius. Et enim si gloriosa Virgo super Christum innixa non fuisset, in cælum conscendere non potuisset. Christus enim ait: *Ego sum via*. Hac igitur via sublata, in cælum quoque ascensus aufertur.

(1) In op. *Die Anweisung zum seligen Leben oder auch die Religionslehre*, seu *Directio ad vitam beatam aut etiam Religionis doctrina*, Berol. 1828, in sec. prælect., pag. 24.

(2) In Lit. Laur. disc. cccxlviii, nn. 26-27.

Avis duabus eget alis ad volandum, si unam solam habeat, altera carens, volare non poterit. Ad eundem modum homo, ut in cælum ascendat, duobus adminiculis eget, Christi meritis, et operibus bonis: qui merita tantum Christi ad cæleste regnum consequendum satis sibi esse putant, quasi una ala volare contendunt, sed frustra. Ad merita tua adde merita Christi; dextera ala sint Christi merita, sinistra ala sint bona opera tua: in cælum volabis, et ascendes sicuti Maria ascendit (2). » Et paulo infra: « Ascendebat Virgo velut Esther altera innixa super pulcherrimas famulas, Mariam videlicet et Martham, hoc est super vitam contemplativam et activam, quas in hac vita devote exercevit. Hujusmodi erant gressus pulcherrimi filiae principis in calceamentis. » His positis, Virgo Deipara suis bonis operibus quæ maxima et innumera prope sunt, homines in ejus ad cælum Assumptione pellexit ad doctrinam quam Concilium tridentinum anathemate sanxit: « Si quis dixerit, sola fide impium justificari....: anathema sit (3). » Homo sic comparatus naturaliter est, ut ex ordine boni ad ordinem veri transire videatur. Hinc Henricus Dominicus Lacordairius O. P. aiebat: « D. Vincentius a Paulo longe melius quam Bossuetus catholicæ doctrinæ divinitatem adstruit et probat; actus virtutis est *præmissa metaphysica* quæ tanti faciendæ est quanti propositio rationis (4). »

(3) Sess. vi, can. 9.

(4) *Lett. del R. P. Lacordaire al Sig. Augusto Nicolas autore degli studii filosofici intorno al Cristianesimo*.

Quæ cum ita se habeant, per Assumptionis dogma purificantur et extolluntur plurima christianæ syntheseos elementa munifica; per Assumptionis dogma Deus *non vult mortem impii protestantis, sed ut convertatur et vivat*.

## Caput II.

Assumptionis dogma medetur hæresiarchiæ sæculi xix, pleno hæresiarchiæ sæculi xvi complemento.

1. Quo per dogmaticum Assumptionis decretum omni ex parte potentiam remedii dignoscamus, opus est longitudinem mali et profunditatem enucleemus; et ut ingruentium ætatis nostræ malorum veram ideam habeamus, ad ipsorummet originem attollamur oportet. Neminem ista latent, ædificium christianum in geminam basin fulciri, h. e. in doctrinam divinitus revelatam, et Ecclesiam quam ipsemet Christus constituit Custodem, Magistram et Judicem illiusmodi revelatæ doctrinæ. Quam ob rem novemdecim ab hinc sæculis vasserimus anguis qui homicida fuit ab origine mundi (1), magno furore vexatus contra Christum qui eum debellavit et vicit (2), impios filios suos quoquo tempore pellexit ad alterutram christianæ ædificii basin diversis subformis concutiendam. Suos verumtamen filios sæculi xvi dehortari nisus est, ut directe contra basin utramque bacchantur. Quare primogenitus ea tempestate Satanæ filius, apostata mi-

(1) Gen. iii, 1.

(2) Ad Coloss. ii, 15.

(3) Cf. Bossuetum *De Historia Variationum*, passim.

(4) Vid. Augustum Nicolas in opere *Del Protestantismo e di tutte le eresie nelle loro attinenze col*

serandæ Wurtemberg altera manu volutabat in cæno augustum Ecclesiæ Caput (3), qualecumque luridum epitheton ei tribuens, ut sublato Capite, membrorum schisma sequeretur; altera vero manu faciebat ut in revelatam doctrinam subreperet principium *spiritus privati* seu *liberi examinis*, modicum illud fermentum quod totam debebat corrumpere massam, ea quidem mente, ut divina tota Revelatio penitus evanesceret. Catholica quævis dogmata quomodolibet vel negata vel corrupta vel perperam intellecta, jugiter sarcta tectaue supremi Romanique servantur auctoritate Pastoris. Verum auctoritate pesumdata, malum ullo sine remedio prope grassatur (4).

2. Animadvertendum tamen est, ætatem hanc nonadecimam sæculo nequam xvi longe nequiores reperiri. Hoc enim exibat a quadam epocha quæ utpote vere catholica in signum posita fuit cui contradiceretur. Jure proinde merito De Maistrius: « Tempus aderit in quo nihil magis ridendum nobis est quam de illo qui super scapulis *Medii Ævi* risum non tenuit (5). » Infelix illa ætas (sæc. xvi) duplici pugnæ intrepido Marte restitit: principium divinum *auctoritativum* in quo adoleverat Europa catholica, prævaluit; doctrina revelata ex veteri fuit improbo defæcata fermento, et cœcumenica tridentina Synodus pro veritate catholica magno fulgore colluxit.

*Socialismo*, vers. per cura della Società della Bibliot. Catt., Napoli 1852, p. 17 e segg.

(5) Nomine *Medii Ævi* designatur illa periodus quæ intercedit extinctionem inter imperii Occidentis an. 476, et mancipium in Constantinopolim an. 1453.

ger cum suis asseclis ad S. Patrem redire manibus expansis poterit et dicere: *Domine, peccavi; ad quem ibo? verba vitæ æternæ habes!!*

3. Lutherus omnium tum veterum, tum recentium hæreseon architectus, ista suis venenata tela pectoribus eiecit: *Sola fides justificat*. Amedeus Fichtius, sui systematis discipulus, fuit hac in re supra magistrum; statuerat enim; non id quod historicum, sed id quod metaphysicum est, hominem beatum efficere, statueratque *non credere*, sed purum *cogitare*, et per puram cogitationem hominem immediate Deum intueri ac possidere, religionem constituere (1). Hoc autem est Fichtianum illud systema in quo ipse sua maturus ætate religiosum et christianum se voluit ostendere.

Corporea Deiparentis Assumptio id male consutum systema propellit. Quandoquidem B. Virgo Deipara ut animi et corporis gloriam, singularis sublimisque gloriæ culmen mereretur in cælis, totam exornavit bonis operibus vitam suam, adeo, ut non in vulnere vulnera, non in crimine crimina, sed in merito merita, in virtute virtutes cumulaverit. Quare Justinus Miechoviensis: « Ascendebat Virgo *innixa super dilectum*, hoc est super Christum et merita ipsius. Et enim si gloriosa Virgo super Christum innixa non fuisset, in cælum conscendere non potuisset. Christus enim ait: *Ego sum via*. Hac igitur via sublata, in cælum quoque ascensus aufertur.

(1) In op. *Die Anweisung zum seligen Leben oder auch die Religionslehre*, seu *Directio ad vitam beatam aut etiam Religionis doctrina*, Berol. 1828, in sec. prælect., pag. 24.

(2) In Lit. Laur. disc. cccxlviu, nn. 26-27.

Avis duabus eget alis ad volandum, si unam solam habeat, altera carens, volare non poterit. Ad eundem modum homo, ut in cælum ascendat, duobus adminiculis eget, Christi meritis, et operibus bonis: qui merita tantum Christi ad cæleste regnum consequendum satis sibi esse putant, quasi una ala volare contendunt, sed frustra. Ad merita tua adde merita Christi; dextera ala sint Christi merita, sinistra ala sint bona opera tua: in cælum volabis, et ascendes sicuti Maria ascendit (2). » Et paulo infra: « Ascendebat Virgo velut Esther altera innixa super pulcherrimas famulas, Mariam videlicet et Martham, hoc est super vitam contemplativam et activam, quas in hac vita devote exercevit. Hujusmodi erant gressus pulcherrimi filiae principis in calceamentis. » His positis, Virgo Deipara suis bonis operibus quæ maxima et innumera prope sunt, homines in ejus ad cælum Assumptione pellexit ad doctrinam quam Concilium tridentinum anathemate sanxit: « Si quis dixerit, sola fide impium justificari....: anathema sit (3). » Homo sic comparatus naturaliter est, ut ex ordine boni ad ordinem veri transire videatur. Hinc Henricus Dominicus Lacordairius O. P. aiebat: « D. Vincentius a Paulo longe melius quam Bossuetus catholicæ doctrinæ divinitatem adstruit et probat; actus virtutis est *præmissa metaphysica* quæ tanti faciendæ est quanti propositio rationis (4). »

(3) Sess. vi, can. 9.

(4) *Lett. del R. P. Lacordaire al Sig. Augusto Nicolas autore degli studii filosofici intorno al Cristianesimo*.

Quæ cum ita se habeant, per Assumptionis dogma purificantur et extolluntur plurima christianæ syntheseos elementa munifica; per Assumptionis dogma Deus *non vult mortem impii protestantis, sed ut convertatur et vivat*.

## Caput II.

Assumptionis dogma medetur hæresiarchiæ sæculi xix, pleno hæresiarchiæ sæculi xvi complemento.

1. Quo per dogmaticum Assumptionis decretum omni ex parte potentiam remedii dignoscamus, opus est longitudinem mali et profunditatem enucleemus; et ut ingruentium ætatis nostræ malorum veram ideam habeamus, ad ipsorummet originem attollamur oportet. Neminem ista latent, ædificium christianum in geminam basin fulciri, h. e. in doctrinam divinitus revelatam, et Ecclesiam quam ipsemet Christus constituit Custodem, Magistram et Judicem illiusmodi revelatæ doctrinæ. Quam ob rem novemdecim ab hinc sæculis vasserimus anguis qui homicida fuit ab origine mundi (1), magno furore vexatus contra Christum qui eum debellavit et vicit (2), impios filios suos quoquo tempore pellexit ad alterutram christianæ ædificii basin diversis subformis concutiendam. Suos verumtamen filios sæculi xvi dehortari nisus est, ut directe contra basin utramque bacchantur. Quare primogenitus ea tempestate Satanæ filius, apostata mi-

(1) Gen. iii, 1.

(2) Ad Coloss. ii, 15.

(3) Cf. Bossuetum *De Historia Variationum*, passim.

(4) Vid. Augustum Nicolas in opere *Del Protestantismo e di tutte le eresie nelle loro attinenze col*

serandæ Wurtemberg altera manu volutabat in cæno augustum Ecclesiæ Caput (3), qualecumque luridum epitheton ei tribuens, ut sublato Capite, membrorum schisma sequeretur; altera vero manu faciebat ut in revelatam doctrinam subreperet principium *spiritus privati* seu *liberi examinis*, modicum illud fermentum quod totam debebat corrumpere massam, ea quidem mente, ut divina tota Revelatio penitus evanesceret. Catholica quævis dogmata quomodolibet vel negata vel corrupta vel perperam intellecta, jugiter sarcta tectaue supremi Romanique servantur auctoritate Pastoris. Verum auctoritate pesumdata, malum ullo sine remedio prope grassatur (4).

2. Animadvertendum tamen est, ætatem hanc nonadecimam sæculo nequam xvi longe nequiores reperiri. Hoc enim exibat a quadam epocha quæ utpote vere catholica in signum posita fuit cui contradiceretur. Jure proinde merito De Maistrius: « Tempus aderit in quo nihil magis ridendum nobis est quam de illo qui super scapulis *Medii Ævi* risum non tenuit (5). » Infelix illa ætas (sæc. xvi) duplici pugnæ intrepido Marte restitit: principium divinum *auctoritativum* in quo adoleverat Europa catholica, prævaluit; doctrina revelata ex veteri fuit improbo defæcata fermento, et cœcumenica tridentina Synodus pro veritate catholica magno fulgore colluxit.

*Socialismo*, vers. per cura della Società della Bibliot. Catt., Napoli 1852, p. 17 e segg.

(5) Nomine *Medii Ævi* designatur illa periodus quæ intercedit extinctionem inter imperii Occidentis an. 476, et mancipium in Constantinopolim an. 1453.

Quæ cum ita sint, diversam semitam inivit Satan, diversumque certamen. Sub ementita forma catholica per jansenistas, gallicanos et pseudopoliticos febronianos dictos a cl. Liebermann *hæreticorum semi-fratres*, quorum antesignanus fuit Richer, implacabile bellum accendit contra Caput Ecclesiæ, hujus definita jura præfracte denegans, impie temerans. Quoad vero *spiritum privatum* faciebat eum videre qualis proprie fuit, *rationem autocratam*. Hujus *autonomiam* condebat per Cartesium a divina Revelatione præscindentem, deinde per Benedictum Spinozam proclamabat ipsam Revelationem impossibilem. Christiani ædificii utrumque fundamentum accisis hisce temporibus concussit, in obscuro carcere Caput Ecclesiæ premens, et impudicam mulierem *Deam Rationem* improbo thure proclamans. Sed illius Religio qui vocatus fuerat, horrendum dictu! *Infamis*, suum denuo visa est recuperare splendorem, illiusque Vicarius ad Romanam Sedem iterum iterumque pergebat.

3. Serpens qui erat callidissimus observans primum conflictum contra fundamenta christiani ædificii, datum nomine *Religionis purificatæ*, et alterum initum nomine *Rationis emancipatæ*, inania prope fuisse; aliud quærit inire certamen, quum sedulam operam navet, ut Religio et Ratio, i. e. Theologia et Philosophia modo suo consociatæ suppetias ei ferrent, ita, ut Religio foret Rationis symbolum, et Christianismus, ut rationabilis esset, philosophice deberet interpretari. Proinde *mythus* obtinuit nunc *historicus*, nunc *philosophicus*, nunc

*poeticus*, nunc denique *mixtus*, ut isto tota penitus divina inspiratio ex sacris Bibliis expungeretur. Speciminis gratia confer explicationem quam dedit Rosenmüller, circa tentationem serpentis: « *Ex vetusti philosophantis poetæ mente* etiam primi illi mortales perniciosissimo rationis dono non prius affectos se senserunt, quam quis maris esset quis fœminæ usus agnovisset (1)!!! »

Posthac rationalistæ philosophi Germaniæ, pantheistæ qui per Kant e Spinoza dimanant, proprios faciunt labores rationalistarum biblicorum qui et ipsi e Spinoza per Semler oriuntur. Fichte, Schelling et Hegel cum suis innumeris asseclis media Satanæ porriguntur, ut tota, si fieri posset, Catholica Veritas labefactaretur. Ut alia id genus omittam, eo dementiæ pervenitur: « Paria sunt omnia, et in societate nec caput esse potest, nec auctoritas, neque gubernium, uti nec Deus existit!!! »

Contra basin aliam christiani ædificii Satanus irruit. Unde potentes in iniquitate victoriam celebrare ausi sunt, quia brutali vi sacrilege Sanctuarium expoliaverunt, nescientes semper contigisse prædonibus Ecclesiæ, quod cum escæ in ore ipsorum erant, venit ira Dei de cælo et devoravit eos. Dominatores se jactitant esse Dominus Dei, quia sanctam civitatem Jerusalem jugo servitutis subjecerunt, et Romanum Pontificem lapidem angularem Ecclesiæ, fidei morumque magistrum opprimunt mancipio. Vox quæ per ephemerides, ut olim, volitat,

(1) Cf. Schol. in Gen. III, p. 107, Lipsiæ 1821.

hæc est: « Malheur à la Papauté, seu vae Papatui. »

4. En qualiter nunc temporis duo ædificii christiani fundamenta quantiuntur. Nonne revelata doctrina videtur extingui nomine Rationis et Scripturæ, Philosophiæ ac Theologiæ, ipso nomine Christi? et Pastore percusso, nonne disperguntur oves? et Hierarchia sacerdotali concussa, nonne concuti delerique videtur Ecclesia? Age, Christe Redemptor, te somno expergefactus attolle qui dulciter Petri navicula dormis. *Salva nos, perimus...* At Christus qui dormire videtur, respondet: *Quid timidi estis, modicæ fidei (1)?* Et: qualiter, Domine, redimis iterum hunc mundum? si forte respiciatis, inquit, *STELLAM MARIUM (2)*, Virginem Immaculatam et Assumptam, illam dogmatice constitutam, hanc dogmatice constituendam. Re sane vera. Quum mundus hodiernus, i. e. duo decies centena millia catholicorum et amplius dogmaticam Virginis assumptæ definitionem uno corde profiterentur, jam colunt maximopere Deum sacra mysteria revelantem, adeoque duo ædificii christiani fundamenta magis magisque roborantur cum doctrina revelata, tum Rom. Pontifex, vicariam Christi heic in terris operam gerens. Ferrum mittitur ad radicem arboris quam Satan tribus ab hinc sæculis ita plantavit, rigavit, coluitque, ut ejus pestifera umbra totum contegeret orbem.

a) Hujus arboris semen est principium *spiritus privati* seu *liberi ex-*

(1) Matth. VIII, 25.

(2) « Maria est STELLA super hoc mare magnum », S. Bernard. de Laud. V. M., hom. II, n. 17.

*aminis*; et Assumptionis dogmate marcescet: non enim *spiritu privato* seu *libero examine* constituitur, verum potius tum ob auctoritatem Dei revelantis, tum ob auctoritatem Ecclesiæ proponentis. b) Hujus arboris truncus est protestantismus; sed vide qualiter arescat: dogmaticæ definitionis sole coruscante, tenebræ pellantur oportet, et in admirabile lumen veritatis homines attolluntur, usque in Deum secreta cælestia revelantem, adeo, ut penitus evanescat præcipua et ultima protestantismi sequela: « Conscientia mundi hodierni, cogitans solummodo Deum aut Creatorem, in quam maximam laberetur displicentiam. » Ita Strauss et Bauer (3). c) Hujus arboris præcipui rami duo sunt, rationalismus biblicus et philosophicus; et Assumptionis dogmate corruent: si namque *Mulier* cum *Semine* vicerit antiquam callidissimamque viperam, ex mortuis resurgens (hæc verba dogmaticam definitionem ingrediuntur), jam mundus hodiernus retinet uti veram et non mythicam traditionem quæ serie non interrupta generis humani primordia scandit circa creationem Hevæ, hujus seductionis a dæmone sub serpentis larva latente, ideoque nostrorum protoparentum divini præcepti transgressionem, nec non necessitatem pollicitationemque Redemptoris, prout legitur in Protovangelio paradisiaco. Hinc canon ille famosus, grande mythi fundamentum ruit; isthic ab Heyne conditus fuit et sonat: « A mythis omnis priscorum

(3) V. *Opusculi Biblico-Theologici* di M. gr. Bartolomeo D'Avanzo, p. 73.

hominum tum historia, tum philosophia procedit, etc. » Insuper, admissa semel uti vera realique necessitate ac pollicitatione Redemptoris, nullatenus antiqui Fœderis historica veritas nutat, h. e. quod Moyses cæterique prophetæ de Redemptore locuti præcipue fuerint, qui legis antiquæ finis est. Quemadmodum autem inter utrumque Fœdus magna reperitur necessitudo, illa propè quæ inter corpus et spiritum, inter umbram et veritatem intercedit; sequitur inde veritatem historicam antiqui Fœderis ad veritatem historicam Evangelii suapte natura conferre. Quare Christus evangelicus non est utique mythologicus, verum historicus, historica Conceptio ex Virgine, historicum baptisma, historica transfiguratio, resurrectio, ascensio et alia ejusdemmodi. Rationalismus biblicus candenti ferro perimitur.

5. Neque rationalismus philosophicus sortem aliam experitur. Revera. Si veritas definiendi dogmatis includat, veluti præfati sumus, distinctionem bini ordinis supernaturalis et naturalis, Deus qui supernaturalem ordinem constituit, non identificatur cum mundo et homine qui ordinem naturalem depromunt. Quare pantheismus destruitur, et Deus personalitatem sibi propriam habet. Præterea: si B. Virgo nedum præservata fuerit a culpa, verum et a pœna huic culpæ debita, i. e. corporis incineratione; quisquis igitur homo piaculi adamitici granditate concipitur, et moritur ob pœnam, et sepulchrali corruptione

(1) Conc. Trid., Sess. v, Decret. de pecc. orig. can. 1.

tabescit (namque regulam exceptio roborat), et homo non est uti conditus a Deo fuit, verum *secundum animam et corpus in deterius commutatus* (1). Ubi est ergo illa emanatio a Deo, illa participatio Dei, ille *Deus in fieri*, quem philosophi rationalistæ cognoverunt in homine? Quod si homo cum gratiæ luce radiabat, alium rationis usum facere nescivit quam in mortem ruere, dum ob oculos vitam habebat; modo in culpam omniumque malorum congeriem dilapsus poteritne suam rationem *autonomam* declarare, poterit ab auctoritate divina secedere, divinæque Revelationis se dominum et magistrum constituere? Suam proinde tenuitatem agnoscat; sublimia christianæ fidei mysteria colat, et tamquam ancilla Revelationi conjunctim ancilletur.

Rationalismus philosophicus practicus, i. e. socialismus remanet pariter sua cervice contractus. Hoc posito quod homo propter originale flagitium concipiatur in culpa, nascitur in statu pœnæ. « Ne vero universalis pulcritudo turpetur, ut sit peccati dedecus sine decore vindictæ (2), » pœna sequitur culpam. Est igitur hæc tellus non utique *paradisus*, quemadmodum socialismus velut ægri somnia fingit, verum, ut sapienter ait Ecclesia, *lacrymarum vallis*. Gentium omnium audito Doctorem: *Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecti eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei... Non solum au-*

(2) Aug. *De lib. arbitr.*, lib. iii, cap. 15.

*tem illa, sed et nos... gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri* (1). Hanc corporis nostri redemptionem præstolamur omnes, Virginis Resurrectione et Assumptione confisi, dummodo instar Virginis manibus nostris laboremus, patiamur, Deumque cognoscamus, diligamus. *Si compatimur ut et conglorificemur* (2).

6. Nec satis: prosequimur enim. Doctrina de Immaculato Conceptu luculentius atque nobilior occipit evolvi, ut simul protestantismus cum Ecclesiam tum Revelationem impetens in medium prodire visus est; et quo magis horrendum hoc monstrum sæviebat, eo magis florere pia veritas conspiciebatur, donec constituta dogmatice fuit, ut plane retunderet teterrimam

(1) Ad Rom. viii, 20 seqq.

(2) Ad Rom. viii, 17.

(3) Hæc habet: « I primi elementi della tempesta suscitata da Lutero al secolo xvi si trovano così in Abelardo, il quale si può dire il primo che abbia con audacia pari all'orgoglio osato di sommettere la dottrina rivelata alla ragione individuale (onde fu da taluno entusiasta chiamato il rappresentante della Ragione a quell'epoca), come in Arnaldo da Brescia per quello riguarda l'odio contro del Papa. Or in quel tempo appunto la Provvidenza divina faceva sì che la pia credenza nella Immacolata Concezione, la quale fino allora era stata sopita e quasi implicita nella grande devozione de' fedeli verso la Vergine santissima, cominciassero a svolgersi e lumeggiare colla occasione della controversia circa la festività della stessa Concezione sorta tra S. Bernardo e i Canonici di Lione. Da quel tempo, seguendosi l'ordine cronologico si troverà che a proporzione che più crescono i pericoli della Chiesa, più la pia credenza si ravviva e si rinforza ne' fedeli. E negli ultimi tre secoli ne' quali, come vedemmo, l'uragano s'avanzava più furioso, la pia credenza in serie sempre crescente diveniva così popolare, i cuori de' fedeli se ne infiammavano per tal modo, che negli ultimi tre lustri, immediati allo scoppio totale, avresti detto, Pastori e fe-

illam novatorum hæresim tunc temporis longe lateque grassantem. Cfr. Bartholomæum Card. D'Avanzo (3). Testatum verumtamen auctores faciunt, veritatem Imm. Conceptus et Assumptionis ita simul prodiisse, ut, altera negata, pariter altera negata sit, et, altera collustrata, collustrata vel altera fuerit. Cf. Vincentium Anivitti (4). Hisce prælibatis, si dogmaticus Imm. Conceptus canon serpentem antiquum protestantica venena contra Revelationem et Ecclesiam de ore suo vomentem contriverit, in spe magna constituimur fore ut Assumptionis canone genesiaca Mulier duplicem protestantismi dementiam furoremque plane perfringat, et colubri duram plane quoque sit contritura cervicem.

« dell'usare ogni maniera di santi stratagemmi ed industrie per fare una santa violenza a' Romani Pontefici, acciò annuendo questi alle domande ora di aggiunzioni alle Litanie, ora al *Præfatio*, ora per l'intero Ufficio proprio, ora per la Vigilia, ecc., di concessione in concessione fossero finalmente obbligati di divenire alla esplicita definizione del dogma, cui lo Spirito santo che assiste i fedeli, faceva loro presentire che sarebbe un sicuro rimedio a' mali dell'epoca. » *Discorso agli alunni del Seminario di Castellana sul Cavattera providenziale del grande avvenimento degli 8 Dicembre 1854*, n. XIII.

(4) Pauca verba promam: « Di secolo in secolo quasi uguale crebbe ne' cattolici popoli la pietà verso l'immacolato Concepimento, e verso l'Assunzione di Maria Vergine. Quasi ad un tempo ne vediamo indotta fra i Greci la festa, quasi uguali nell'antichità, nel nome, nel numero, nell'autorità le esplicite testimonianze, e fino in ciò reggerne la parità, che l'empio Launojo non fu oso levarsi contro l'universale credenza dell'Assunzione, senza ugualmente (e ben per altro) spirito che le antiche emulazioni di scuole osteggiare l'immacolato Concepimento, ecc. » *Il 50° anniversario della dogmatica definizione sull'immacolato Concepimento*, discorso detto nella Patriarcale Basilica Liberiana.

Vis aliquem agnoscere sacri dogmatis Imm. Conceptus fructum optimum? Ut silentio prætermittam germanicum neologum Schelling, qui suum reprobavit systema pantheisticum (1), necnon innumeros alios qui sive ante sive post Dogmaticam Definitionem Imm. Deiparentis suam despexerint damnaverintque catholica Veritate Neologiam, solummodo referam anglicum Henricum Eduardum Manning qui, ut ipsemet fatetur (2), trinam hæresim contra Ecclesiæ auctoritatem suamque doctrinam annis 1838, 1841 et 1843 manu sua conditam, annis 1851, 1852 itidemque posthac, Dogmaticæ Definitionis epocha, palam, fortiter constanterque retudit. Imo Spiritus ille veritatis, Doctor veritatis, promissus et datus, qui eo tempore laboraturus erat Dogmaticam Definitionem, memoratum acatholicum suo splendore circumfulsit, inque lumen admirabile revocavit. Hic ipse testatur, inquit: « Uno verbo

(1) Vid. præter *Revue du Nord*, Paris 1835; Amand Saintes in *Histoire critique du rationalisme en Allemagne*, Paris 1841, pag. 324; Cf. etiam Jo. Perroux in *Præf. Theol. quas in Coll. Rom. S. J. habebat*, vol. III, pag. 260, Mediolani 1845.

(2) En qualiter, Augustini vestigia premens, suas ipse faciat confessiones: « Quanto al primo errore, l'anno 1838, io diedi alla luce un'operetta su "La Regola di Fede", nella quale, seguendo con implicita confidenza il linguaggio de' principali divini anglicani, io teneva erroneamente che la vetusta e vera regola di fede fosse la Scrittura e l'antichità, e rigettava come nuove ed indefensibili queste due altre regole, — la prima, il giudizio privato dell'individuo, e la seconda, le interpretazioni della Chiesa vivente.

« Quanto al secondo, nel 1841, io publicai un libro sull' "Unità della Chiesa", in cui io sosteneva che essa fosse una, visibile ed organizzata... Ma mentre io pensava che l'unità della Chiesa fosse organica e morale... io pensava er-

alia causa (meæ conversionis) non fuit quam hujusce voluminis subjectum, Missio Temporalis Spiritus sancti. Ut primum agnovi factum divinum quod Spiritus sanctus mystico corpori, h. e. Jesu Christi Ecclesiæ inseparabiliter coiverit, extemplo cognovi, doctrinas et interpretationes viventis Ecclesiæ veras esse prorsus, utpote divinas; atque viventis Ecclesiæ vocem cunctis labentibus temporibus solam constitui regulam infallibilem fidei, propterea quod Divinæ Personæ vox est (3). » Nunc temporis Henricus Eduardus Manning splendide fulget Cardinalis S. R. E., Angliæ Metropolitā, Archipræsul in Westminster, præsentissimum qua ore, qua scripto Catholicæ Veritatis propugnaculum. Hic ipsemet clāmus Auctor eodem ferme suæ conversionis tempore bene sperat, Angliam, angelorum olim insulam, in antiquum summi Petri Navigium, marium Stella coruscante, remeaturam (4).

« roneamente che questa unità morale potesse essere permanentemente sospesa, ed anche perduta, mentre l'unità organica rimaneva intatta, e che l'unità della comunione appartenesse non all'intrinseca essenza, ma solamente alla perfezione della Chiesa.

« Quanto al terzo, in un sermone fatto innanzi alla Università di Oxford il 5 novembre 1843, parlando de' conflitti tra la Santa Sede e la Corona d'Inghilterra, io usai le parole: *Sembra- rebbe esser volere del Cielo che il dominio del Pontificato Romano non sia giammai ristabilito in questa Chiesa e in questo reame.*

« Ora io sento l'obbligo di una riparazione dovuta alla verità per questi tre errori, ecc. ecc. » *La Missione temporale dello Spirito S. ovvero la Ragione e la Rivelazione*, cap. I, pagg. 25-26-27, Torino 1878.

(3) Op. sup. cit., pag. 27.

(4) Ipsum Manning cujus nomen elogium est, auctoritas est, audiamus: « G'Inglese sono un popolo ragionevole e sincero. In mezzo del loro

Porro, si duæ magnæ veritates, Conceptio et Assumptio Mariæ Virginis eodem semper gradu processerint, veluti præfati sumus, eundemque jūgiter splendorem pepererint, dicere fas est hoc enthymemate: dogmaticus canon Imm. Conceptus partim medetur hæresiarchiæ sæculi XIX, pleno hæresiarchiæ sæculi XVI complemento; igitur quoque partim huic medebitur dogma Virginis assumptæ. Quare Mulier Immaculata et Assumpta cum ejus Semine totam nostri temporis hæreticam pravitatem ad nihilum reducet, veritatemque plane victricem ad sua formosius atque sublimius provehet tabernacula lucis. Itaque contra Sa-

« contraddittorii maestri eglino stanno attendendo una voce che li guidi. Gli errori degli ultimi trecento anni vanno passando via velocemente. « Predicate (alloquitur Congregationem Oblatorum S. Caroli) la Fede Santa Cattolica e Romana in tutta la sua verità e in tutta la sua pienezza. Parlate, come nessun altro può parlare, coll'autorità di Dio e della sua infallibile Chiesa. »

tanam extollamus vocem cum S. Avito episcopo viennensi, dicamusque vafferimo serpenti:

Conteret una caput tandem tibi FEMINA victrix;

et cum Claudio Mario Victore laico rhetore itidem profiteamur:


Teque tuo MULIER perimet cum semine.

Post tantam victoriam tantamque lætitiā proprie vereque conclamare toto corde possemus: *Gaude, Maria Virgo, cunctas hæreses quæ in hodierno protestantismo tenebrosa facie cumulantur, sola interemisti in universo mundo* (1).

Cit. Op. num. X. Et pag. 32 inquit: « Trecento anni, alla perfine, hanno rivelato l'intrinseca anarchia e il razionalismo della così detta Riforma. Essa va passando via innanzi agli occhi nostri, ecc. » Cf. etiam pp. 206, 207, 208.

(1) Offic. B. M. V. ex D. Bernardi *Serm. de duod. Stellis*.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

## PARS QUARTA DIPLOMATIA

### PROLEGOMENON

1. Tripartitum statum habuit hæreseos lutheranæ vertigo: 1<sup>um</sup> critico-theologicum, 2<sup>um</sup> critico-theologico-philosophicum, 3<sup>um</sup> critico-theologico-philosophico-politicum. Hisce tribus inficitur medullitus hodierna societas. Hactenus de 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> statu, nunc autem de 3<sup>o</sup> nitimur habere sermonem.

Diplomatia politica pars est. Definiri theoretice potest: « Scientia librandi relationes civilium societatum mutuas, et justa proportionem certam faciendi inter eas honorum temporalium communicationem (1). » Cum vero scientia praxim vel artem gignat, eadem definiri practice queit: « Habitus rite componendi relationes civilium societatum, harumque præsidens inducendi, ut mutua officia compleant, utque pax publica servetur (2). »

Jus diplomaticum convenit Ecclesiæ Catholicæ bino sub aspectu, partim jure divino, partim jure humano. Cum enim omnium sit unum bapti-

zatorum corpus mysticum, unus in omnibus character, una fides, una lex, una spes, unus finis, æterna felicitas; Ecclesiæ Catholicæ seu potius Romano Pontifici qui hæc docet, omnia subjunguntur imperia, regna, respublicæ, præsidens et subditi, nobiles et pauperes, sapientes et indocti. Quare potest malos exauctorare principes, si necessitas id postulet, quod impetit novatores, præsertim Calvinum (3), Petrum Martyrem (4); Brentium (5), Magdeburgenses (6), Declarationem Cleri Gallicani (7) et alios innumeros.

Item Ecclesia, vel, si magis lubet, Romanus Pontifex cum orthodoxis civilium societatum potestatibus conventiones diplomaticæ constituit, circa modum, quo libere possit sacerdotale ministerium exerceri, quomodo exacte canones Ecclesiæ ab omnibus et singulis observentur. Rom. Præsul, utpote Magister infallibilis veritatis et justitiæ, jus habet diplomaticæ intervenire in rebus temporalibus civilium societatum, ut hæc ad justitiæ regulas conformentur. In poliarchica

(1) Recole Gasparem De Luise in op.: *De Jure Publico seu Diplomatico* lib. 1, tit. 1; Zalwein in princ. jur. Eccl. tom. 1; Schemier De Jurisp. publ. Imp. Romanogermanici; Zallinger De Jure naturæ publico.

(2) Animadverto: Jus Diplomaticum inter civi-

les societates quæ propria gaudent auctoritate, proprio jure præpollent, tantummodo intercedit.

(3) Instit. lib. iv, cap. xi.

(4) Super cap. xix epist. ad Romanos.

(5) Proleg. contra Petrum Soto.

(6) Cent. 1, lib. ii, cap. iv. (7) Vid. 1 Articulus.

proinde societate Summus Pontifex, uti rex regum, primatum habet.

2. Ex humano quoque jure, divino tamen salubriter providente Numine, Jus Diplomaticum convenit Ecclesiae Catholicae. Romani quippe Praesules a veterrimis usque temporibus Romam cum adnexis provinciis tranquilla dominatione tenere, justissima regendi gubernandique documenta praebentes. Hinc Summus Pontifex in re temporali vere rex est pari modo ac omnes reges terrae, et diplomata potest cum aliis regibus tractare, convenire, suos nuntios mittere, congressus per suos legatos inire, cunctosque juris gentium actus exercere. Immo tanto magis convenit Ecclesiae Jus Diplomaticum, quanto salubrior, uberius, superiorque cunctis potestatibus humanis est auctoritas Rom. Pontificis.

Hisce praebatis, quantum in re diplomatica Virginis assumptae dogma mirabilem influxum exercent, videamus. Utinam, illa suae dignitati restituta, lex nationibus, pax Ecclesiae, lux barbaris redonetur!!!

### ORATIO I.

Diplomatia qua pollet Ecclesia seu Romanus Pontifex jure divino.

#### Caput I.

Per Assumptionis dogma Communismus et Socialismus nostra praesertim tempestate gliscentes atque serpentes almo lumine reselluntur ac propulsantur.

1. Posito Martini Lutheri principio qui omnia subiecit libero examini rationis individuae seu spiritus privati, venefici ex eo fructus progerminarunt.

Ecquid enim homo liber est, nisi homo princeps veros principes exactorare discipiens? Eduardus Hartmann monet, lutheranismum confregisse lapidem angularem aedificii munitissimi hierarchici, seu Romanum Pontificem, adeo, ut ruina totius paulatim secuta fuerit (1). Quare contra protestantes protestantes Berolinenses in ephemer. ecclesiasticis anno 1856 dicere faterique non dubitabant: «Confessio (communis fidei) sine hierarchia pendet in aere: quomodo sincera doctrina etc. (2).» Verum, ab ecclesiastica hierarchia progressi sunt novatores ad civilis principatus hierarchiam funditus concutiendam. Hinc late serpens hodiernus socialismus et communismus.

Plures RR. Pontifices contra tale monstrum horrendum suum largiter munus expleverunt Diplomata quadam divinitus accepta, i. e. sive Legatis seu Nuntiis Apostolicis, sive Litteris Catholicis, sive aliis ejusdemmodi sacris nisibus. Sed, divino spreto medicamento, hac aetate nostra malum recruduit, adeo, ut numquam perdit homines destiterint nequiora prioribus consilia meditari, suis in diem conventiculis gliscentibus.

Quid inde? portae inferorum contra infrangibilem Ecclesiae petram suo conatu praevalerunt? absit. Novum caeleste praesidium contra tantam malorum congeriem et utriusque sacrae atque civilis hierarchiae perniciem suae Ecclesiae parat in assumptae Virginis dogmate Deus.

(1) Intestina dissolutio Christianismi (*Die Selbstzerstörung des Christenthums*, Berlin. 1874).

(2) Apud Jörg pag. 140 *Histor. Protestantismi*.

Per id sane dogma certi penitus effecimur quod B. Virgo Maria in anima et corpore beatitudine fruens caelestis gloriae culmen obtinuerit. Unde si caelestem per aulam quaeras: ubinam Deipara Virgo glorificatur? an super innocentes, super virgines, super martyres? minime quidem. An super doctores, super apostolos, super prophetas, super patriarchas? minime quidem. Ulterius perge. An super angelos, archangelos, thronos, dominationes? minime quidem. Ascende superius. An super potestates, cherubim, seraphim, totamque caelestem hierarchiam? minime quidem, ausim dicere. Te pariter attolle sublimius. Et ubinam reperitur? magnus pro me loquatur Aquinas: *sub Deo*. Jam vero politicum regimen a caelesti regimine per similitudinem derivatur, uti docet S. Thomas (1). Quemadmodum autem in caelesti hierarchia multiplices suppetunt aeternae gloriae gradus, ita, ut B. Virgo in anima et corpore fulgens caelestis gloriae cacumen attigerit; in hoc pariter mundo variae ac multiplices esse debent humanae conditiones, et hanc ob causam episcopus et fidelis, subditus atque rex, dives et pauper, mirificam suavemque constituunt harmoniam. Nostra quippe societas, pro uti caeleste regnum cujus augustam Reginam profitemur assumptam Deiparam, unum corpus est, multa membra complectens, alia aliis meliora, eo tantum discrimine, ut illa sit via, hoc autem patria.

2. In ejus ad caelum Assumptione

(1) Lib. 6 contra gentes, cap. 1.

(2) In Lit. Laur. disc. cccxlix, n. 8.

B. Virgo utriusque mundi Regina constituitur. Eos igitur omnes refutat quos regem et divitem destruendi libido vesano furore titillat. Pulcre depingit Justinus Miechoviensis modum quo B. Virgo in ejus Assumptione Regina declaratur: «Christus Salvator,» inquit, «qua homo est, approbante ac faustissimis gratulationibus ejus factum prosequente tota curia caelesti, diadema illius regni aeterni vertici ejus imposuit; omnemque potestatem, auctoritatem, dominationem in omnes creaturas caelestes, terrestres et infernales ei attribuit, omniumque gratiae suae thesaurorum supremam praesidem et dispensatricem constituit (2).» Quintuplici via regnum acquiritur: vel jure haereditario, vel labore bellico, vel emptione, vel donatione, vel electione. His omnibus modis in ejus ad caelum Assumptione B. Virgo Regina constituitur universi. a) Jure haereditario: fuit namque legitima haeres israelitici regni utpote progenie David exorta. Historiographum divinum audi: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham* (3), et deinceps. Abraham certe rex fuit, quinimmo et primus regum conquisitor, et Isaac et Jacob usque ad David: alii re, si non verbo. Praeterea Christus non solum qua Deus, sed etiam qua homo, est haeres universorum, ut Apostolus ait: *quem constituit haeredem universorum* (4); ratione cujus haereditatis habuit et habet absolutum et directum dominium tum spirituale tum temporale super omnia

(3) Matth. i, 1.

(4) Ad Hebr. i, 2.

proinde societate Summus Pontifex, uti rex regum, primatum habet.

2. Ex humano quoque jure, divino tamen salubriter providente Numine, Jus Diplomaticum convenit Ecclesiae Catholicae. Romani quippe Praesules a veterrimis usque temporibus Romam cum adnexis provinciis tranquilla dominatione tenere, justissima regendi gubernandique documenta praebentes. Hinc Summus Pontifex in re temporali vere rex est pari modo ac omnes reges terrae, et diplomata potest cum aliis regibus tractare, convenire, suos nuntios mittere, congressus per suos legatos inire, cunctosque juris gentium actus exercere. Immo tanto magis convenit Ecclesiae Jus Diplomaticum, quanto salubrior, uberius, superiorque cunctis potestatibus humanis est auctoritas Rom. Pontificis.

Hisce praebitis, quantum in re diplomatica Virginis assumptae dogma mirabilem influxum exercent, videamus. Utinam, illa suae dignitati restituta, lex nationibus, pax Ecclesiae, lux barbaris redonetur!!!

### ORATIO I.

Diplomatia qua pollet Ecclesia seu Romanus Pontifex jure divino.

#### Caput I.

Per Assumptionis dogma Communismus et Socialismus nostra praesertim tempestate gliscentes atque serpentes almo lumine reselluntur ac propulsantur.

1. Posito Martini Lutheri principio qui omnia subiecit libero examini rationis individuae seu spiritus privati, venefici ex eo fructus progerminarunt.

Ecquid enim homo liber est, nisi homo princeps veros principes exactorare discipiens? Eduardus Hartmann monet, lutheranismum confregisse lapidem angularem aedificii munitissimi hierarchici, seu Romanum Pontificem, adeo, ut ruina totius paulatim secuta fuerit (1). Quare contra protestantes protestantes Berolinenses in ephemer. ecclesiasticis anno 1856 dicere faterique non dubitabant: «Confessio (communis fidei) sine hierarchia pendet in aere: quomodo sincera doctrina etc. (2).» Verum, ab ecclesiastica hierarchia progressi sunt novatores ad civilis principatus hierarchiam funditus concutiendam. Hinc late serpens hodiernus socialismus et communismus.

Plures RR. Pontifices contra tale monstrum horrendum suum largiter munus expleverunt Diplomata quadam divinitus accepta, i. e. sive Legatis seu Nuntiis Apostolicis, sive Litteris Catholicis, sive aliis ejusdemmodi sacris nisibus. Sed, divino spreto medicamento, hac aetate nostra malum recruduit, adeo, ut numquam perdit homines destiterint nequiora prioribus consilia meditari, suis in diem conventiculis gliscentibus.

Quid inde? portae inferorum contra infrangibilem Ecclesiae petram suo conatu praevalerunt? absit. Novum caeleste praesidium contra tantam malorum congeriem et utriusque sacrae atque civilis hierarchiae perniciem suae Ecclesiae parat in assumptae Virginis dogmate Deus.

(1) Intestina dissolutio Christianismi (*Die Selbstzerstörung des Christenthums*, Berlin. 1874).

(2) Apud Jörg pag. 140 *Histor. Protestantismi*.

Per id sane dogma certi penitus effecimur quod B. Virgo Maria in anima et corpore beatitudine fruens caelestis gloriae culmen obtinuerit. Unde si caelestem per aulam quaeras: ubinam Deipara Virgo glorificatur? an super innocentes, super virgines, super martyres? minime quidem. An super doctores, super apostolos, super prophetas, super patriarchas? minime quidem. Ulterius perge. An super angelos, archangelos, thronos, dominationes? minime quidem. Ascende superius. An super potestates, cherubim, seraphim, totamque caelestem hierarchiam? minime quidem, ausim dicere. Te pariter attolle sublimius. Et ubinam reperitur? magnus pro me loquatur Aquinas: *sub Deo*. Jam vero politicum regimen a caelesti regimine per similitudinem derivatur, uti docet S. Thomas (1). Quemadmodum autem in caelesti hierarchia multiplices suppetunt aeternae gloriae gradus, ita, ut B. Virgo in anima et corpore fulgens caelestis gloriae cacumen attigerit; in hoc pariter mundo variae ac multiplices esse debent humanae conditiones, et hanc ob causam episcopus et fidelis, subditus atque rex, dives et pauper mirificam suavemque constituunt harmoniam. Nostra quippe societas, pro uti caeleste regnum cujus augustam Reginam profitemur assumptam Deiparam, unum corpus est, multa membra complectens, alia aliis meliora, eo tantum discrimine, ut illa sit via, hoc autem patria.

2. In ejus ad caelum Assumptione

(1) Lib. 6 contra gentes, cap. 1.

(2) In Lit. Laur. disc. cccxlix, n. 8.

B. Virgo utriusque mundi Regina constituitur. Eos igitur omnes refutat quos regem et divitem destruendi libido vesano furore titillat. Pulcre depingit Justinus Miechoviensis modum quo B. Virgo in ejus Assumptione Regina declaratur: «Christus Salvator,» inquit, «qua homo est, approbante ac faustissimis gratulationibus ejus factum prosequente tota curia caelesti, diadema illius regni aeterni vertici ejus imposuit; omnemque potestatem, auctoritatem, dominationem in omnes creaturas caelestes, terrestres et infernales ei attribuit, omniumque gratiae suae thesaurorum supremam praesidem et dispensatricem constituit (2).» Quintuplici via regnum acquiritur: vel jure haereditario, vel labore bellico, vel emptione, vel donatione, vel electione. His omnibus modis in ejus ad caelum Assumptione B. Virgo Regina constituitur universi. a) Jure haereditario: fuit namque legitima haeres israelitici regni utpote progenie David exorta. Historiographum divinum audi: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham* (3), et deinceps. Abraham certe rex fuit, quinimmo et primus regum conquisitor, et Isaac et Jacob usque ad David: alii re, si non verbo. Praeterea Christus non solum qua Deus, sed etiam qua homo, est haeres universorum, ut Apostolus ait: *quem constituit haeredem universorum* (4); ratione cujus haereditatis habuit et habet absolutum et directum dominium tum spirituale tum temporale super omnia

(3) Matth. i, 1.

(4) Ad Hebr. i, 2.

regna mundi, ut docet S. Thomas (1), Turrecremata (2), Suarezius (3) alique. Si porro Christus hæreditario jure dominium habet absolutum et directum super omnia creata, consequenter B. V. Maria utpote sua Mater eodem jure præpollat. *b)* Est Regina labore bellico. Christus verus bellator fuit et victor; diabolum enim, mundum, peccatum, mortem, infernum devicit. Hinc ait ad discipulos: *Confidite, quia ego vici mundum* (4). Hujus laboris et victoriæ consors fuit Maria, quæ in nativitate, infantia, fuga, itineribus, laboribus et passione Christo Salvatore cooperata est. Immo et arma ei subministravit, quibus ille indutus contra hostem humani generis in aciem processit, eumque stravit, debellavit, superavit. Sicut autem Christus dicitur Rex jure belli, sic B. V. Maria jure belli Regina nuncupatur. *c)* Emptione. Christus nedum ob unionem hypostaticam cum Verbo rex est, verum et propter redemptionem et infinitum meritum quo maximam sui nominis exaltationem promeruit, *ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum* (5). Ad redemptionem autem humani generis B. Virgo plurifariam concurrat, pretium redemptionis materialiter subministravit, ipsum Redemptorem genuit, lactavit, nutrit. *d)* Donatione. Licet enim, ut ait D. Ambrosius, de multis testamentum condiderit; nam discipulis pacem, inimicis indulgentiam, latroni paradisum, Veronicæ suam effigiem, Joan-

(1) Lib. 1 de regim. princ., cap. 22.

(2) Lib. 2 Summæ de Eccles., cap. 116.

(3) 3 P., q. 22, art. 4, disp. 48, sect. 2.

ni Matrem, Matri Joannem, Deo Patri animam, corpus Josepho et Nicodemo donavit: monarchiam tamen totius orbis nemini testamento reliquit, non homini, non alicui creaturæ: id enim sine præjudicio Matris fieri non poterat. Huic ergo donavit. *e)* Electione. In electionibus regum præcipue attenduntur natalium splendor, scientia, sapientia, prudentia, pulchra corporis dispositio. Natalium splendor, ut decus regni ac majestas conservetur. Sapientia, scientia et prudentia, ut optime regnum gubernetur: Plato tum beatas putabat respublicas fore, vel cum reges philosophari, vel cum philosophi regnare cœpissent (6). Pulchritudo quoque corporis in regibus attenditur; species enim corporis bonæ indolis indicium est, quod D. Ambrosius confirmat, inquit: «Species corporis simulacrum est mentis, et figura probitatis (7).» Quantum igitur assumpta totius universi Regina rebelles præsertim socialistas rubore perfundat, luculenter patet.

3. Cur insuper B. Virgo tantam promeruit gloriam, ut præ cæteris cum anima et corpore cælesti beatitudine perfruat? ex eo quod præ cæteris Deum sua mente cognoverit; ex eo quod præ cæteris Deum suo corde dilexerit; ex eo quod præ cæteris Deum quavis facultate coluerit. Micantissimam lucem natura mutuatur a gratia. Et ideo, quemadmodum ex diversa facultatum productione diversi præmiorum gradus obtinentur in cælo; ita ex diversa facultatum

(4) Ad Coloss. II, 15. (5) Ad Philipp. II, 10.

(6) Lib. 5 de Republica.

(7) Lib. 2 de Virginibus.

deductione diversi proprietatis ac dignitatis gradus agnoscere neoterici rerum provisos, faterique coguntur in terra. Quapropter id *monstrum horrendum* (communismus et socialismus) *informe, ingens, cui lumen ademptum* ipsimet naturæ voci refragatur.

4. Præterea: Virginis Assumptio totam provehit in ordine hierarchico humanitatem, quam civilia schismata torquent. Deus imperat naturæ, ne corpus Deiparæ vel levis corruptio tangat; natura divina præcepta sectatur, et B. Virgo in anima et corpore cælum gloriosa conscendit. Romanus Pontifex, si forte Deus velit, dogmatice prædicabit Assumptionem omni creaturæ, omnesque creaturæ illam summa cum reverentia prosequantur, illam summo cum gaudio complectentur. Cælum et terra duo magna principia tradent, principium auctoritatis, principium obedientiæ, utrumque sociale fundamen, utrumque solii principum regumque fulcimen.

Societas neque principium auctoritatis auscultat neque principium parendi. Assumpta Virgo præbet formam Ecclesiæ, quæ hierarchica ratione gubernatur. Marianam agnoscite prærogativam ab ipsis rei christianæ primordiis traditam, et per populum sapientem et imperitum, per simplicem fidelem et per eruditum scriptorem, persacerdotes et Episcopos turmatim certatimque decoratam. Hæc tamen tota gens per se loquitur? minime quidem. Populos sacerdotes, sacerdotes Episcopi, Episcopos summus Ecclesiæ Primas docet et informat. Nec satis: christianus po-

pulus, sacerdotes, Episcopi, Cardinales a Romano Pontifice petunt dogmaticam Virginis assumptæ definitionem: sed hanc singularissimam gratiam Rom. Præsul non impartitur; tantummodo ceu Jacobus somnia Josephi, *rem tacitus considerat*. Iterum iterumque gratia petitur, ad eum prope modum quo fluctus levi strepitu littora pulsant, et, quamquam leviter perfringatur, iterum iterumque revertitur, et sua littoribus oscula figit. Denique Rom. Pontifex, tot precibus in eum fuis, ex Cathedra loquens, Deiparæ Virginis Assumptionem infallibiliter proclamatur. En totus Ecclesiæ magnus hierarchicus Ordo.

Hanc ob causam hæc Mariani dogmatis alma doctrina societatem instaurat. Et ipsa humana societas hierarchia quædam est, et ipsa summos, medios et infimos habet, et ipsa suam potestatem a potestate divina mutuatur. Per id dogma non in quovis fratre Cainum, sed in quovis fratre reperiemus Abelem. Per illud Deus quem iterum pœnituit se fecisse hominem, ad antiquum revertetur amorem, per illud moraliter opus sex dierum ad pristinum nitorem reducet. Assumptio Deiparentis est vehiculum quo Deus et homo sociantur, est fœderis arca quæ cunctos in amore conjungit.

5. Hoc itidem alia ratio suadet. Cur socialismus et communismus tanta hisce præsertim temporibus audacia inolevit, ut vitam imperantibus et possessionem divitibus minuetur, et totum orbem in illud ex quo editus est, teterrimum chaos fere dilapsus-

rum videatur? in promptu ratio est: quia Deum catholicamque fidem, sine quibus procul dubio fatiscit humana societas, reges ac populi reliquerunt. Nil isto vero verius. Quid enim principes crudeli populos tyrannide comminuunt? quia Deus ipsis ac religio deest quæ doceat eos ac jubeat:  *Nolite provocare filios vestros ad iracundiam.* Ut quid autem populi venenato telo contra principes debacchantur? quia Deus ipsis ac religio deest quæ informet ac præcipiat eis: *Subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Et alia hujusmodi. Deus igitur ac religio tam forte sunt, tamque dulce ligamen, ut principes extiterint tamquam patres ad misericordiam comparati, et subditi filiorum instar evaserint jugiter obedire gaudentes.

In tanto rerum discrimine oportet, ut beata Virgo iterum gignat, iterumque populis ac regibus divinum Puerulum cum ejus religione suis manibus in hoc creationis præsepio tradat. Id autem tam grave negotium Virgo Deipara, prout in sua pietate freti censuimus, nacta hujus celebrandi dogmatis occasione pertractabit. Quemadmodum quippe Virgo sua in cælum Assumptione super cunctos cælicolas Regina constituitur, ac magnum proinde regnum obtinet; ita pie fas est asserere quod beatissima Virgo, ejus Assumptione dogmatice constituta, regna mundi veræ religionis soliditate firmaverit, atque civili consortio in extremam pene dilapsuro ruinam manum porrexerit opitulatricem. Inge-  
nue dicam? salva res erit.

Assumptionis dogmate profitemur, Mariam in cælis a Deo maximum obtinuisse triumphum. Porro B. Virgo tot tantisque perfusa lætitiis adeo gravem in nobis eam festivo encomio celebrantibus mœrorem patietur ob socialismum et communismum qui omnium animos sollicita trepidatione percellunt, et sacro civili que consortio graviores in diem ruinas minitantur? Si qualiacumque bona, sive minima, sive media, sive maxima sint, a Deo per Mariam singulari proficiscantur œconomia, hujusce dogmatis celebrationem victricem in perduelles cives gladium confidimus allaturam.

6. B. Virgo nedum absurditatem horum systematum communismi et socialismi depromit, verum et spem fovemus, pietissimam Matrem huic mortiferæ pesti quæ per intimos artus humanæ societatis serpit, verum antidotum porrecturam, et mundum jam senescentem in malorum extrema dilapsam aliquando confidimus, assumpta Virgine opitulante, recreatum iri novo societatis aspectu. Nunquam enim hujusmodi necessitatibus consulere pia Mater prætermisit.

Selymus turcarum tyrannus victoriis elatus qui christianis per vim Constantinopolim, terram sanctam, aliaque plura regna diriperat, ad occupandam totam Europam christiano cultu insignem animum adjecit. Rupto fœdere quod cum Venetis pepigerat, classem ingentem militibus, tormentis, annona, ceterisque bellicis apparatus instruxit. Jam Cyprum et regnum Venetis abstulerat; Cephalouiam et Zantem, aliasque circumjacentes insulas vastaverat; in insula corey-

rensi damna innumera Genuensibus intulerat. Quod reliquum erat, Italiam christianæ Religionis arcem occupare, necnon, Christi cultu abjecto, sectam spurcissimi Mahometi propagare. Romam sede Christi Vicarii præclarissimam, et Venetias urbem nobilissimam jam spe devastaverat, præfectosque, alterum qui Romam, alterum qui Venetias suo nomine regeret, instituerat. Tunc Ecclesiæ Catholicæ præerat Summus Pontifex re ac nomine Pius V, qui veritus ne immanissimus leo caulas Christi furenter ingressus, oves ejus dispergeret ac dilaniaret, neve gentes in hæreditatem Domini venirent, polluerentque templa Dei sancta, et ponerent novam Jerusalem in pomorum custodiam, ad sacram anchoram, beatissimam Virginem sese convertit assiduis eam precibus interpellans, ut *sole amicta* lunatum hostem virgineo pede conterere aut propulsare dignetur. Elatis manibus novus hic Moyses in adjutorium orationis comites sibi adjungit, universos fideles ad implorandum Dei ac Genitricis auxilium, indictis supplicationibus, excitat. Aderat dies quo aut turpis servitus aut dura mors christianis pugnantibus erat subeunda: universæ Italiæ funus expectabatur. Mira res! in hac pugna optimus quisque turcarum aut ferro cecidit, aut captus est. Mahometus Bey et Alimus Bey nepotes Selymi regis in manus christianorum venerunt. Sicque mare quod absorbendis christianis turcæ paraverant, ipsis exitio fuit: et christianus dux, non secus ac Miltiades exigua græcorum manu penes Ma-

rathonem, innumeros turcas ingenti clade profligavit.

Sed B. Virginis ope victoriam hanc fuisse partam multa declarant, uti paulo ante meminimus. Judith misericors in medium hostium se dedit, ad tabernaculum ipsius principis militiæ processit, et summum vitæ discrimen subiit, ut semicaptivos Bethuliæ concives eriperet ac liberaret. Ita pariter Virgo Deipara gladio virtutis Dei modo invisibili cervicem turcarum fregit, et societatis incolumitati apprime prospexit.

Idem fere periculum nostris hisce tempestatibus imminet. Turcæ ab asiaticis oris turmatim eruperunt, ut totam Europam sub tyrannica sua ditione ponerent, omnia reddentes communia, dignitates, divitias, mulieres. Sed opitulatrix B. Virgo celeri gradu cucurrit, rem salvam faciens. Nunc socialistæ et communistæ ab eorum conventiculis erumpunt, ut totam Europam depopulentur, omnia reddentes communia, dignitates, divitias, mulieres. Sola Virgo Deipara poterit, ejus Assumptione dogmatice constituta, tot ingruentium malorum torquere colluviem. Si turcis communistis Deiparæ Virginis ope devictis, marianum Rosarium indulgentiis, festo quotannis recolendo, ac venustis eloquiis RR. Pontifices exornaverint; communistis turcis ejusdem B. Virginis ope debellatis, opus est marianum Rosarium magis atque magis ornatur. At postremum quod superest ornamentum attingit *quartum gloriosum Mysterium*, Virginis scilicet Assumptionem, irretractabili decreto definiendam.

## Caput II.

Desiderium sectæ Massonicæ aut Carbonariæ per Assumptionis dogma peribit.

1. *Frane-macon*, i. e. Massonica secta quæ in Anglia sumpsit originem anno 1720, per Ecclesiam a Clemente XII (1738) et Benedicto XIV (1751) ad Leonem XIII (f. r.) jugiter contrita remansit. Lectores meminerint generationum manichæarum quæ sub nomine Catharis, Illuminatis, Pauperibus Lugduni, Albigensibus, Patarinis, hodiernis sectarum conventiculis præludebant. Admodum difficile narratu est, quot industriis Ecclesia (1) quantisque nisibus ista damnaverit, contriverit, exhorruerit. Nunc vero temporis Ecclesiam quæ nullo unquam tempore destitit hanc utriusque societatis damnare perniciem, haud crediderim obscuro præterire velle silentio illud anathema, quod contra Massonicas sectas in Assumptionis dogmate latet.

Quorsum hæc sectæ nigra perhorrenda consilia meditantur? ut pessimum iret humana societas; quum istam, quin unquam reformat, reconstituere malint anarchicam. Sed, Assumptionis dogmate præfinito, omnes in eandem Romani Præsulis vocem erumpunt, omnes eandem veritatem profitentur, cum ejusdem fidei professione, cum omnium membrorum quibus corpus Ecclesiæ coalescit, communionem, sub uno capite

(1) Pius IX excommunicationi latæ sententiæ Papæ reservatæ in Bulla Apostolicæ Sedis subjacere declarat: *Nomen dantes sectæ Massonicæ aut Carbonariæ aut aliis ejusdem generis sectis, quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates, seu palam, seu*

Christo in cælis, et sub unius capitis regimine, h. e. sub ejus in terris Vicario Romano Pontifice. Quapropter anarchici rebelles unitatem materiam, ut ita dicam, propriis ubique luminibus agnoscere faterique coguntur.

Romanum Pontificem qui est totius Ecclesiæ Primas, Assumptionis dogma constituere velle fingamus. En protinus duo decies centena milia christifidelium cervicem humiliter inclinant. Oraculum Summi Præsulis totum omnino peragrat orbem, totumque veneratur orbis oraculum illud, et supra se tollitur, et inenarrabili lætitia perfunditur. Agnosce, candide lector, illam quam mundus dare non potest, unitatem, et illam quam sectæ Massonicæ magno furore conantur radicitus evellere, perfectissimam, uberrimam, salutiferamque Monarchiam.

2. Antichristus omne aurum et argentum furabitur per dæmonem qui solvetur modico tempore: omnes reges terræ commovebuntur, proprio exauctorati dominio. En futurus communismus, en futurus socialismus qui sectis Massonicis sub capite dæmone maximopere proponuntur. Quare postremæ societati plane cohæret hodierna societas. Sed, per quem Deus illam salvandam esse constituit, hanc pariter salvandam esse contendimus. In illo sæculorum omnium occasu, cum erit siparium hujusce magni theatri lapsurum, omnisque concidetur

*clandestinis machinantur; nec non iisdem sectis favorem qualemcumque præstantes, earumve occultos conniventes ac duces non denuntiantes, donec non denuntiaverint. Et ita porro. Semper Ecclesia societati præsto fuit.*

suis natura divitiis, in fidelium cogitatione assumpta Virgo micabit, in Apocalypseos muliere præsignata (1), luce solis amicta, duodecim stellarum redimita corona, quæ cum dracone rufo sæva prælia miscet (2), super quem magnum erit latura triumphum: et ita finis sacræ Scripturæ cum ejus principio colligabitur: *Ipsa conteret caput tuum* (3). Hæc mulier cum rufo dracone pugnatrice erit, ut antea diximus, assumpta Virgo Deipara, quia cælestis gloria micans, æternis circumfusa nitoribus. Per assumptam ergo Virginem hodierna societas Massonicæ sectæ venenata doctrinis ab omni periculo immunis evadet, quia per assumptam Virginem postrema societas hodiernæ suppar omne columen accipiet, omne juvamen. Virginis assumptæ bellum et victoria super antiquam viperam nobis salutem et incolumitatem afferet contra Carbonariam. Conceptus biblicus hoc mirifice comprobatur: *Quæ est ista, Salomon inelamat, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol* (4)? Cl. Gaspar De Luise memorata verba premens, ait: «Aurora est symbolum suæ (Mariæ) nativitatis, luna est symbolum suæ maternitatis, et sol suæ assumptionis (5).» Verum Scriptura, relatis verbis *electa ut sol*, protinus addit: *terribilis ut castrorum acies*

(1) Hanc in rem Vincentius Anivitti multis numeris de alma Roma benemeritus: «Il tipo stesso di quella donna, che apparve ne' cieli, e di sol si veste, e monta la luna, e cinge le stelle, e dal venefico serpe non resta contaminata, ma palpitante al piè sel vede, lo calpesta e passa; questo tipo non esprime ad un tempo il mistero della sua origine, e quello della sua immortale

*ordinata*. Perinde ac si Virginis Assumptio contra Ecclesiæ hostes quos inter eminent secta Massonica vel Carbonaria, pugnam, victoriam, terroremque declararet.

3. Scriptum reperimus in libro Esther quod Aman cum suis asseclis in regem conspiraverit Assuerum, ut istum de solio raperet, atque cunctos hebræos cita morte deleret. Ita nunc cacodæmon, sectæ Massonicæ princeps et rector, in reges et populos conspiracy inquit, ut reges ipsos atque populos repentino furore pessumdaret. Per invictam autem Esther impia conspiracy detecta, hæc regem, hæc cunctos liberavit hebræos, obtinuitque contra rebellem Aman lethale decretum tertiadecima die mensis Adar a Mardocheo fortasse digestum; quum sat probabile sit, Assueri edictum a Mardocheo qui primas apud regem obtinuerat, fuisse compositum. Eo vel magis quod illud edictum, fatentibus ipsis adversariis, ita de Deo loquitur, ut ab aliquo judæo hellenista videatur confictum.

In catholicorum mentibus B. Virgine Deipara cum anima et corpore ad cælestis Assueri thalamum sacro dogmate sublimata, æterno Numini conventiculorum sectæ Massonicæ perhorrenda nigra consilia pandet, reges et populos sua tuebitur ope, et dogmaticum Assumptionis decre-

«glorificazione?», *Il 41° anniversario della dogmatica definizione sull'imm. Concepimento*, discorso detto nella patriarcale Basilica Liberiana.

(2) Apoc. xii, 1 seqq. (3) Gen. iii, 15.

(4) Cant. Cantic. vi, 9.

(5) *L'Assunzione di Maria trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo*, pag. 112 ex typis Augustæ Taurinorum.

tum ab illo conditum qui regno cælestis Assueri primas obtinuit, rebellium errores in eo decreto summam delitescens terribiliter morte damnabit juxta tritum sermone proloquium: *Diligite homines, interficite errores*. Pia Esther ad regium thronum everta suæ gentis non est oblita mœrorem, eamque pernix liberavit de insidiis Aman. B. Virgo per Deum, *oculum omnia cernentem*, ut eum appellat Clemens Alex. (1), tot hominum poenas, tot casus, tot mala circumspiciens, materno propulsat amore: glorificata namque sua caro ipsiusmet humanæ carnis imbecillitatem meminisse compellitur. Sic Deus carnem per carnem salvat, non secus ac per mulierem mulieris damna propellit.

Faxit per suum Vicarium Christus, ut Assumptio Matris ultima veluti stella cœlescens in ejus immortalis corona integra luce micantique prorsus fulgore condecorata nitescat in hac potissimum temporum asperitate in qua, propter Massonicas sectas humana societate fatiscens, atque in maximam vergente ruinam, Ecclesia Catholica vexatur, Republicæ concutiuntur, factiones hinc inde contra legitimas potestates, agmine facto, suis erumpunt conventiculis, omnia sua deque permiscunt. Sic Romana Ecclesia diplomaticum illud quod in nationibus cunctis ei Christus ipse concedidit, sacrum munus obibat, et novo per Papam et Virginem assumptam potentur inclinata regna præsidio.

(1) Lib. v Strom.

## Caput III.

Assumptionis dogma civilium legum et hodiernæ societatis exemplar.

1. Hoc Assumptionis dogmate scientifico sub aspectu perpenso 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> parte, hac 4<sup>a</sup> postrema illud dinamico ex latere libremus oportet. Illud denuo contemplatus, minime quæro rationes quas claudit intimas et metaphysicas, sed modum et formam qua constanter firmiterque constituitur. Neque Pontificem in cacumine montis Sion contueor meditantem, verum ex Cathedra tot mundo decernentem. Magno stupore plectus, ad leges sæculi vocem attollo et eloquor: conspice. Dogmatica Virginis assumptæ Constitutio, quoad actus quibus promulgatur, perfectissimum est humanarum legum exemplar.

Ad legem quamdam constabiliendam tres conditiones copulative requiruntur: suprema potestas quæ illam constituat; votum consultivum quod illud comitetur, opportunitas mediæ erga subditas gentes, ut eam lubenter excipiant.

a) Suprema potestas. Ecquis hanc possidet? leges in gravissimas dispertuntur quæstiones. Eam ponunt in absoluto individuo: sic monarchici. Eam ponunt in individuis privilegio donatis: sic aristocratici. Eam ponunt in populo: sic democratici. Quæcumque demum sit forma politici regiminis, per quam suprema potestas evolvitur, isthæc ab altiore gradu proficiscitur: *Non est potestas nisi a Deo* (2). Leges humanæ in radice

(2) Ad Rom. XIII, 1.

putrescent, quum non a Deo sed ab hominibus earumdem nascatur origo. Si quis autem agnoscere velit æternas, ordinatas sapientesque leges, quibuslibet guberniis exemplaria, lumina convertat ad Ecclesiæ arcem, almam Urbem, ad eum, ex quo dogmatica Virginis assumptæ Definitio promulgabitur. Eum agnoscite: summus legislator est. Sua potestas a Deo. Christi auctoritate fultus: *Super te, petram infrangibilem edificabo Ecclesiam meam*. Illo tutus divino præcepto: *Pasce agnos meos, pasce oves meas*. Non exercet nisi jus quod e cælo dimanat; non scribit nisi decretum, cujus tota virtus a Christo dilabitur. En suprema potestas legislativa toto in splendore collocata: potestas monarchica; solus enim Romanus Præsul, infallibilitatis munere pollens, dogmaticam Virginis assumptæ Definitionem proclamat ex Cathedra: potestas aristocratica; quatenus Christi Vicarius hac in re consulit Episcopos quos *Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*: potestas democratica; etenim ad illam constabiliendam Definitionem Summus Hierarcha compellitur a gente Christi adum, *de omnium fidelium ore pendet, quia in omnem fidelem Spiritus Dei spirat*, ut ait sanctus Pulinus (1): potestas theocratica; quia Romanus Pontifex sub charismate Spiritus sancti, Spiritus veritatis, Magistri veritatis, Doctoris veritatis dogmaticum Assumptionis decretum infallibiliter pronuntiare conspicitur.

b) Nemo legem condit sine consilio et voluntate sapientum. Absoluti re-

(1) Epist. xxv, n. 36.

ges adhibent consiliarios Coronæ, gubernia mixta frequentes Conventus. Ista tamen unitatem habent suffragiorum, harmoniam consilii tum publici, tum privati? minime gentium. Poetæ describunt discordiam penes terribilissimas Erebi januas: sed, lumina vertens, eam conspexi ad aulas politicas, ad regia conventicula. — Redeamus ad Pontificem Ecclesiæ. Ut Assumptionem dogmaticè constabiliat, sacras Congregationes instituit, summis theologis rem discutiendam præbet: deinde cum istis coarguit Rom. Pontifex, et nil aliud emanat nisi concordia et intelligentia. Vocat Episcopos, Prælatos, Patriarchas: et quibusnam ex partibus vocat? ab omnibus mundi plagis, ex utroque mari et emispherio. Et quamquam inter eos dissiti ratione locorum, et discordes ratione linguarum, una tamen voce conclamant: *Assumpta est Maria in cœlum*. Assumptionis dogmati continget quod Imm. Conceptus dogmati contigit; admodum enim utraque relativa sunt. Testatur Joannes Perrenius: « Hic summus Pontifex (Pius IX) jam ab an. 1847 Romæ instituerat *Commissionem* ad maturandum hoc negotium; hanc instauravit Cajetæ antequam litteras suas Encyclicas daret; consuluit seu interrogavit episcopatum universum; Romam reversus duplicem iterum Theologorum instituit *Commissionem*, generalem alteram, alteram specialem; singulorum suffragia typis mandavit, ut excuterentur ac momenta sive faventia sive contraria ponderarentur, sæpe consultores adunavit; commissio specialis per duos continentes annos co-

tum ab illo conditum qui regno cælestis Assueri primas obtinuit, rebellium errores in eo decreto summam delitescens terribiliter morte damnabit juxta tritum sermone proloquium: *Diligite homines, interficite errores*. Pia Esther ad regium thronum eversa suæ gentis non est oblita mœrorem, eamque pernix liberavit de insidiis Aman. B. Virgo per Deum, *oculum omnia cernentem*, ut eum appellat Clemens Alex. (1), tot hominum poenas, tot casus, tot mala circumspiciens, materno propulsat amore: glorificata namque sua caro ipsiusmet humanæ carnis imbecillitatem meminisse compellitur. Sic Deus carnem per carnem salvat, non secus ac per mulierem mulieris damna propellit.

Faxit per suum Vicarium Christus, ut Assumptio Matris ultima veluti stella cœlescens in ejus immortalis corona integra luce micantique prorsus fulgore condecorata nitescat in hac potissimum temporum asperitate in qua, propter Massonicas sectas humana societate fatiscens, atque in maximam vergente ruinam, Ecclesia Catholica vexatur, Republicæ concutiuntur, factiones hinc inde contra legitimas potestates, agmine facto, suis erumpunt conventiculis, omnia sua deque permiscunt. Sic Romana Ecclesia diplomaticum illud quod in nationibus cunctis ei Christus ipse concedidit, sacrum munus obibat, et novo per Papam et Virginem assumptam potentur inclinata regna præsidio.

(1) Lib. v Strom.

## Caput III.

Assumptionis dogma civilium legum  
et hodiernæ societatis exemplar.

1. Hoc Assumptionis dogmate scientifico sub aspectu perpenso 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> parte, hac 4<sup>a</sup> postrema illud dinamico ex latere libremus oportet. Illud denuo contemplatus, minime quæro rationes quas claudit intimas et metaphysicas, sed modum et formam qua constanter firmiterque constituitur. Neque Pontificem in cacumine montis Sion contueor meditantem, verum ex Cathedra tot mundo decernentem. Magno stupore plectus, ad legislatores sæculi vocem attollo et eloquor: conspice. Dogmatica Virginis assumptæ Constitutio, quoad actus quibus promulgatur, perfectissimum est humanarum legum exemplar.

Ad legem quamdam constabiliendam tres conditiones copulative requiruntur: suprema potestas quæ illam constituat; votum consultivum quod illud comitetur, opportunitas mediæ erga subditas gentes, ut eam lubenter excipiant.

a) Suprema potestas. Ecquis hanc possidet? legislatores in gravissimas dispartuntur quæstiones. Eam ponunt in absoluto individuo: sic monarchici. Eam ponunt in individuis privilegio donatis: sic aristocratici. Eam ponunt in populo: sic democratici. Quæcumque demum sit forma politici regiminis, per quam suprema potestas evolvitur, isthæc ab altiore gradu proficiscitur: *Non est potestas nisi a Deo* (2). Leges humanæ in radice

(2) Ad Rom. XIII, 1.

putrescent, quum non a Deo sed ab hominibus earumdem nascatur origo. Si quis autem agnoscere velit æternas, ordinatas sapientesque leges, quibuslibet guberniis exemplaria, lumina convertat ad Ecclesiæ arcem, almam Urbem, ad eum, ex quo dogmatica Virginis assumptæ Definitio promulgabitur. Eum agnoscite: summus legislator est. Sua potestas a Deo. Christi auctoritate fultus: *Super te, petram infrangibilem edificabo Ecclesiam meam*. Illo tutus divino præcepto: *Pasce agnos meos, pasce oves meas*. Non exercet nisi jus quod e cælo dimanat; non scribit nisi decretum, cujus tota virtus a Christo dilabitur. En suprema potestas legislativa toto in splendore collocata: potestas monarchica; solus enim Romanus Præsul, infallibilitatis munere pollens, dogmaticam Virginis assumptæ Definitionem proclamat ex Cathedra: potestas aristocratica; quatenus Christi Vicarius hac in re consulit Episcopos quos *Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*: potestas democratica; etenim ad illam constabiliendam Definitionem Summus Hierarcha compellitur a gente Christi adum, *de omnium fidelium ore pendet, quia in omnem fidelem Spiritus Dei spirat*, ut ait sanctus Pulinus (1): potestas theocratica; quia Romanus Pontifex sub charismate Spiritus sancti, Spiritus veritatis, Magistri veritatis, Doctoris veritatis dogmaticum Assumptionis decretum infallibiliter pronuntiare conspicitur.

b) Nemo legem condit sine consilio et voluntate sapientum. Absoluti re-

(1) Epist. xxv, n. 36.

ges adhibent consiliarios Coronæ, gubernia mixta frequentes Conventus. Ista tamen unitatem habent suffragiorum, harmoniam consilii tum publici, tum privati? minime gentium. Poetæ describunt discordiam penes terribilissimas Erebi januas: sed, lumina vertens, eam conspexi ad aulas politicas, ad regia conventicula. — Redeamus ad Pontificem Ecclesiæ. Ut Assumptionem dogmaticè constabiliat, sacras Congregationes instituit, summis theologis rem discutiendam præbet: deinde cum istis coarguit Rom. Pontifex, et nil aliud emanat nisi concordia et intelligentia. Vocat Episcopos, Prælatos, Patriarchas: et quibusnam ex partibus vocat? ab omnibus mundi plagis, ex utroque mari et emispherio. Et quamquam inter eos dissiti ratione locorum, et discordes ratione linguarum, una tamen voce conclamant: *Assumpta est Maria in cœlum*. Assumptionis dogmati continget quod Imm. Conceptus dogmati contigit; admodum enim utraque relativa sunt. Testatur Joannes Perrenius: « Hic summus Pontifex (Pius IX) jam ab an. 1847 Romæ instituerat *Commissionem* ad maturandum hoc negotium; hanc instauravit Cajetæ antequam litteras suas Encyclicas daret; consuluit seu interrogavit episcopatum universum; Romam reversus duplicem iterum Theologorum instituit *Commissionem*, generalem alteram, alteram specialem; singulorum suffragia typis mandavit, ut excuterentur ac momenta sive faventia sive contraria ponderarentur, sæpe consultores adunavit; commissio specialis per duos continentes annos co-



ram doctissimo Cardinali diligentissime quoad ejus fieri potuit, omnia excussit; istorum labor Congregationi generali iterum iterumque excutendus commissus est; deinde vero Congregationi Cardinalium ad id delectorum; postea *Commissio* specialissima instituta quæ per aliquot menses ad trutinam totum negotium revocavit; invitavit Episcopus ex oto orbe catholico ut Romam venirent, ac rursum res publice per dies aliquot ad plures horas discussa fuit. Suffragia decem voluminibus comprehensa singulis distributa donec tandem perventum est ad edendas Litteras apostolicas de immaculato B. M. V. conceptu (1). » Hucusque theologus ille.

c) Neque gubernia possident opportunitatem medii erga subditos populos, ut vocem legis auscultent. Qualiter enim recipiunt universi populi legem? vi et imperio. Quo fit ut eam impune detrectent. Eo vel magis quod per id temporis in ea simus conditione positi, ut quisquis libertatem jactitet, libertatem cogitandi, libertatem loquendi, libertatem typorum, libertatem qualiacumque facinora perpetrandi. Quomodo vero sacra lex promulgaretur, Constitutio dogmatica Virginis assumptæ? vi et imperio fidei, vi et imperio amoris; amore siquidem illa petitur Constitutio. Legislator civilis populum alloquitur; et ait: recipite legem, et obedite. Contra legislator Ecclesiæ populos alloquitur et inquit: recipite legem, et credite. Ratio in promptu est; quia ille super

(1) Thesis Dogmatica de Imm. B. V. M. Conceptu, n. 59, obj. 6.

(2) *Histoire de Pie VII*, par M. Artaud, ch. xxix.

materiem, super spiritum iste regnare conspicitur. Unde Napoleon: « O domine de Fontanes, non sum in opportunitate natus; conspice Alexandrum macedonem: ipse, quin contradictionem haberet, nuncupari *filius Jovis* potuit. Ego, ego in hoc sæculo sacerdotem reperio me potentior, cum ego materiem et spiritum ipse gubernet (2). » Hinc tota legislatio in Assumptionis dogmate instauratur.

2. Insuper Assumptio Virginis magnum suppeditat in legislatione motivum, ut exacte propositi canones observentur, motivum non in corporeis coactivis pœnis situm, sed in spe resurrectionis: est humanis legibus velut sigillam æterna sanctio sive præmiorum sive pœnarum quæ nostram resurrectionem comitantur. Veritati veritas lætanter obviam venit, et sese vicissim complectuntur et deosculantur. Hanc enim in rem loquitur R<sup>mus</sup> Gaspar De Luise: « Le leggi hanno « un altro modo a non farsi rispettare « per via di pene afflittive del corpo, « ma si fanno desiderare sul premio « della risurrezione ed assunzione dell' « l'uomo onesto (3). » Et opus absolvens, inquit: « Il secolo presente pieno « di sciagure voglia Iddio sollevare, « benedire, e perpetuarne il ristoro « della scienza, della morale, del sociale diritto, facendo dichiarare Maria col corpo assunta in cielo. »

Quæ cum ita se habeant, Rom. Pontifex, Virginis Assumptionem ex Cathedra definiens, judicabit in nationibus, novum quasi codicem sua pote-

(3) *L'Assunzione di Maria trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo*, Conclusione, pag. 187.

state legislativa condens, internationalium jurium, quibus poterit societas mediis prosperis evolvi, et homines securitati ordinis infestis justitiæ iudiciis refrenari et coerceri; implebit ruinas a pseudo-juridicis productas; conquassabit capita quæ venenatas leges contra sacram civilemque Rempublicam fabricantur. A Rom. Præsule declarata manebit illa quam nunquam et nusquam potuimus habere, *lex lux*. — Immo, quid dicam? assumpta Virgo Deipara liberabit Ecclesiam ab is quibus opprimitur, iniquis legibus. Audiamus E<sup>mm</sup> Bartholomæum d'Avanzo in ejus *Lettera di protesta contro il disegno di legge circa le pretese esorbitanze del Clero al Ministro Guardasigilli* (15 agosto 1862). Ipse ait: « Inspirandoci nella condotta « ammirabile del nostro supremo Capo « e Pastore visibile, il grande Pio IX, « avendo adempito al primo Nostro « dovere di protestare in tempo, come « facciamo, a favore della indipendenza e libertà della Chiesa, aspetteremo tranquilli, che il divino « Autore e Consumatore di nostra fede « ricavasse anche da questo male tutto « il bene per la Chiesa; e pregheremo istantemente la Vergine santissima Immacolata, *quam idcirco « Deus hodie* (h. e. in Assumptione) « *de presenti sæculo transtulit, ut « apud Eum pro nobis fiducialius intercedat.* »

3. Nunc autem de societate. Vix ubi primo crimine primi sese protoparentes infuscaverunt, ut totus existerit in magno tumultu paradus. Anguis in herba latet, uterque conjux sævo dolore franguntur, dum eos vo-

cat Deus, non ut eos agnoscat, sed ut eos agnoscere faterique crimen compellat. Apparuerunt herbæ palentes, flumina concita; flaverunt venti, emicuere fulgura, pluvia minax corrui: familia brutorum debacchatur in hominem. Cælestis cherub duos primos homines fulmineo cuspide pellit et minatur. Hæc seditio crudelior ætate hæc nostra renovatur. Quot mala! quot casus!! quot metus!!! « Affertite societatem in manus rebellium, » ajebat Napoleon, « vel numidico lapide sit, redigetur « in pulverem. » Societas moritur falsis venenata doctrinis, pessimis moribus imbuta, sic, ut homines pene cum lacte nutricis errorem suxisse videatur.

Quo tamen societas hæc redimatur, hominem metaphysicum et moralem et politicum ab assumpta Virgine reffectum, ut antea vidimus, in hodiernam societatem ut regat et gubernet, introducamus. *Regis ad exemplum totus componitur orbis*. Bayle simplicior in clamabit: « se atheos tolerari non posse; » prudentior  $\tau_0$  Mirabeau nedum ab aula regia, verum a quinque mundi partibus attollet vocem, « Deum non esse minus libertate necessarium; » nobilior et clarior  $\tau_0$  Robespierre conabitur, ut festum Entis Supremi refloreat. Unde cum omnibus nationum populorumque fundatoribus et rectoribus, a Licurgo et Numa ad Clodoveum et Carolum magnum, reperiet medium, ut justitia et veritate ac religioso cultu nationum omnium innitatur ædificium.

4. Subvertitur societas, quia principiis caret inconcussis, æternis, di-

vinis: ejus fundamenta legibus humano rationalistico cerebro excogitatis fulcita quatiuntur. Societates alloquitur omnes assumpta Deipara, præclara legislatrix, et ait: quum Assumptionis meæ veritatem suæ Deus Ecclesiæ concrediderit, de die in diem, de generatione in generationem, de sæculo in sæculum gliscit, coruscat, roboratur: vertitur in auroram, vertitur in diem, vertetur in meridiem catholici dogmatis. Hac de causa in longitudinem dierum et dum magno volentur sæcula cursu, ejus semper honos, gloria, decus, splendor, laudesque manebunt. Quare mea veritas unitatem, veritas civilium legum crudelia schismata parit (1).

Assumptionis igitur dogmate Rom. Pontifex in hodierna societate divinum Jus diplomaticum exercet, ita, ut scientiæ diluculo regenerentur, leges ad justitiæ typum reformentur, et societates super fundamenta divini Juris reconstitutæ Romanam Ecclesiam supernaturalem humanitatis opitulatricem salutent. Exinde quoque fit, ut quisque societatum rector pontificiis superatus beneficiis, excoctus fervore charitatis, inimicus esse desistat.

(1) R. mus Gaspar De Luise notatu digna patefacit: "La società nell'assunzione di Maria trova l'ancora delle speranze de' suoi elementi, i quali considereranno la loro unione una concorrenza non già di utilità che fomentano l'egoismo, ma nell'ordine unificatore una salvaguardia contro le smodate passioni, e un'agevole via per la glorificazione delle loro eroiche azioni." Loc. supra cit.

## ORATIO II.

DIPLOMATIA  
QUA FRUITUR R. PONTIFEX  
JURE HUMANO

## Caput unicum.

Assumptionis dogma  
civilium Principatum Ecclesiæ Romanæ  
pollicetur.

I. Temporale dominium Romani Pontificis ortum habuit ex libera traditione populorum qui relictis fuerunt in manibus hostium ab imperatoribus orientalibus absque regimine ac debita contra barbaros defensione cum certo fidei discrimine, adeo, ut necessitate compulsi sese Papæ tradiderint. Ortum quoque duxit ex libera principum donatione; quapropter ad Carolum magnum scribebat Adrianus: « Plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensi reconditas habemus. » Id autem temporale dominium est quiddam providentiale munus quod Deus Romano Pontifici credidit pro totius Ecclesiæ, attentis præsentibus circumstantiis, conservatione, necnon, ut par est, ut oves sibi concreditas, sublati impedimentis, in officio contineret. Nisi enim Rom. Pontifex omnimoda libertate frueretur, vel non posset œcumenica congregare Concilia, vel cogeretur ad aliquam legem condendam, vel potestate careret ad hæreses coercendas, et hæreticos armis spiritualibus plectendos, etiamsi regia vel imperiali dignitate præfulgeant: quod Redemptoris institutioni refragatur. Et isthæc ratio est quamobrem Papa vere rex est, eique Jus diplomaticum convenit.

Hoc tamen temporale dominium Ecclesiæ Romanæ quod tam immani odio neologi prosequuntur, spe ducimur fore, ut B. Virgo, ejus Assumptione ad dogmaticum decretum evecta, suo glorificatori pro mercede reddiderit. *Qui glorificaverit me, glorificabo eum.* Historia dogmatum ad id asserendum cogit. Divina Maternitate contra nequam episcopum Nestorium dogmaticè constabilita, christifideles ex pio erga Rom. Ecclesiam venerationis sensu, gratique Virginem erga Deiparam sui animiamorem rependendum, Romanæ Sedi maximam deprompsere venerationem et cultum, qui calamitosis illis temporibus summa voluptate conquirebatur. Ephesina quippe civitas quæ totum catholicum orbem repræsentabat, œcumenica Synodo coacta, quamlibet moram ægre ferens, magnis vocibus ardentique prece conquisivit, qualem tot Patres definitionem tulerint. Et ubi primum Secretarius Concilii volans folium jecit in populum, ut in lætas eruperint ad sidera voces, et nomen *Deiparæ* et *antiqui Episcopi Romæ* fuerit undique piis lacrymis conclamatum.

Neque B. Virgo, pro Immaculati Conceptus definitione dogmatica minorem erga Rom. Præsulem demonstravit amorem. Perinde ac si Virgo Deiparæ a Rom. Pontifice pretiosâ Imm. Conceptus redimita coronâ, magnum in piis cordibus influxum exercuit, ut ille (statim post definitionem Imm. Conceptus) dogmaticè constabilitæ Infallibilitatis munere, Divinitatis, ausim dicere, mirifica dote polleret. Prior dogmatica definitio continuat in se quoddam veluti gluten

quod posteriorem dogmaticam definitionem sibi ligatam contulit. Rom. Pontifex Imm. Conceptus definitione Mariana tempora cinxit, et quasi beata Virgo Pontificis caput Infallibilitatis definitione redimivit. Pro eo *Rationale judicii* (1), cum *ex Cathedra* loquitur, induendum filiis aureis ac mira in cælis venustate contextuit in cujus medio quovis *lapide pretioso* distinctum nitere conspicitur *Urim* et *Tummim* אורים תומים (2), h. e. *Doctrina* et *Veritas*. Hanc infallibilitatis vestem de cælo præbuit Rom. Pontifici sacra Virgo Maria, postquam huic ille de terra donavit et obtulit perpetuæ innocentæ sine qualibet labe velamen.

Si porro Rom. Præsul Assumptionem B. Mar. Virginis ad dogmaticam definitionem evexerit, quale per assumptam Virginem mirabile munus acquireret? Ego non sum neque propheta, neque filius prophetæ; sed illam rimatus catholicam Fidem per quam suavissimo dulcore micantem lucem bibimus, hæc, lumine Virginis in me radiante, præsignare non ambigam: Assumptio Virginis ad regnum cæleste secum afferet Assumptionem Rom. Pontificis ad regnum terrenum. Namque legitur in sacris eloquiis: *Cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud* (3). Verum, si juxta veterem auream illam Patrum atque Doctorum sententiam Dei cor, quaquaversus ei collibuerit, sacra Deipara volvat, pie

(1) Exod. xxviii, 30.

(2) Levit. viii, 8; Eccles. xlv, 12. — Hoc modo Deus in Vet. Test. se revelabat sacerdotibus. Cf. Joannem Bapt. Franzelin De Tradit. th. xxvi.

(3) Prov. xxi, 1.

vinis: ejus fundamenta legibus humano rationalistico cerebro excogitatis fulcita quatiuntur. Societates alloquitur omnes assumpta Deipara, præclara legislatrix, et ait: quum Assumptionis meæ veritatem suæ Deus Ecclesiæ concrediderit, de die in diem, de generatione in generationem, de sæculo in sæculum gliscit, coruscat, roboratur: vertitur in auroram, vertitur in diem, vertetur in meridiem catholici dogmatis. Hac de causa in longitudinem dierum et dum magno volentur sæcula cursu, ejus semper honos, gloria, decus, splendor, laudesque manebunt. Quare mea veritas unitatem, veritas civilium legum crudelia schismata parit (1).

Assumptionis igitur dogmate Rom. Pontifex in hodierna societate divinum Jus diplomaticum exercet, ita, ut scientiæ diluculo regenerentur, leges ad justitiæ typum reformentur, et societates super fundamenta divini Juris reconstitutæ Romanam Ecclesiam supernaturalem humanitatis opitulatricem salutent. Exinde quoque fit, ut quisque societatum rector pontificiis superatus beneficiis, excoctus fervore charitatis, inimicus esse desistat.

(1) R. mus Gaspar De Luise notatu digna patefacit: "La società nell'assunzione di Maria trova l'ancora delle speranze de' suoi elementi, i quali considereranno la loro unione una concorrenza non già di utilità che fomentano l'egoismo, ma nell'ordine unificatore una salvaguardia contro le smodate passioni, e un'agevole via per la glorificazione delle loro eroiche azioni." Loc. supra cit.

## ORATIO II.

DIPLOMATIA  
QUA FRUITUR R. PONTIFEX  
JURE HUMANO

## Caput unicum.

Assumptionis dogma  
civilem Principatum Ecclesiæ Romanæ  
pollicetur.

I. Temporale dominium Romani Pontificis ortum habuit ex libera traditione populorum qui relictis fuerunt in manibus hostium ab imperatoribus orientalibus absque regimine ac debita contra barbaros defensione cum certo fidei discrimine, adeo, ut necessitate compulsi sese Papæ tradiderint. Ortum quoque duxit ex libera principum donatione; quapropter ad Carolum magnum scribebat Adrianus: « Plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensi reconditas habemus. » Id autem temporale dominium est quiddam providentiale munus quod Deus Romano Pontifici credidit pro totius Ecclesiæ, attentis præsentibus circumstantiis, conservatione, necnon, ut par est, ut oves sibi concreditas, sublati impedimentis, in officio contineret. Nisi enim Rom. Pontifex omnimoda libertate frueretur, vel non posset œcumenica congregare Concilia, vel cogeretur ad aliquam legem condendam, vel potestate careret ad hæreses coercendas, et hæreticos armis spiritualibus plectendos, etiamsi regia vel imperiali dignitate præfulgeant: quod Redemptoris institutioni refragatur. Et isthæc ratio est quamobrem Papa vere rex est, eique Jus diplomaticum convenit.

Hoc tamen temporale dominium Ecclesiæ Romanæ quod tam immani odio neologi prosequuntur, spe ducimur fore, ut B. Virgo, ejus Assumptione ad dogmaticum decretum evecta, suo glorificatori pro mercede reddiderit. *Qui glorificaverit me, glorificabo eum.* Historia dogmatum ad id asserendum cogit. Divina Maternitate contra nequam episcopum Nestorium dogmaticè constabilita, christifideles ex pio erga Rom. Ecclesiam venerationis sensu, gratique Virginem erga Deiparam sui animiamorem rependendum, Romanæ Sedi maximam deprompsere venerationem et cultum, qui calamitosis illis temporibus summa voluptate conquirebatur. Ephesina quippe civitas quæ totum catholicum orbem repræsentabat, œcumenica Synodo coacta, quamlibet moram ægre ferens, magnis vocibus ardentique prece conquisivit, qualem tot Patres definitionem tulerint. Et ubi primum Secretarius Concilii volans folium jecit in populum, ut in lætas eruperint ad sidera voces, et nomen *Deiparæ* et *antiqui Episcopi Romæ* fuerit undique piis lacrymis conclamatum.

Neque B. Virgo, pro Immaculati Conceptus definitione dogmatica minorem erga Rom. Præsulem demonstravit amorem. Perinde ac si Virgo Deiparæ a Rom. Pontifice pretiosâ Imm. Conceptus redimita coronâ, magnum in piis cordibus influxum exercuit, ut ille (statim post definitionem Imm. Conceptus) dogmaticè constabilitæ Infallibilitatis munere, Divinitatis, ausim dicere, mirifica dote polleret. Prior dogmatica definitio continuat in se quoddam veluti gluten

quod posteriorem dogmaticam definitionem sibi ligatam contulit. Rom. Pontifex Imm. Conceptus definitione Mariana tempora cinxit, et quasi beata Virgo Pontificis caput Infallibilitatis definitione redimivit. Pro eo *Rationale judicii* (1), cum *ex Cathedra* loquitur, induendum filiis aureis ac mira in cælis venustate contextuit in cujus medio quovis *lapide pretioso* distinctum nitere conspicitur *Urim* et *Tummim* אורים תומים (2), h. e. *Doctrina* et *Veritas*. Hanc infallibilitatis vestem de cælo præbuit Rom. Pontifici sacra Virgo Maria, postquam huic ille de terra donavit et obtulit perpetuæ innocentæ sine qualibet labe velamen.

Si porro Rom. Præsul Assumptionem B. Mar. Virginis ad dogmaticam definitionem evexerit, quale per assumptam Virginem mirabile munus acquirat? Ego non sum neque propheta, neque filius prophetæ; sed illam rimatus catholicam Fidem per quam suavissimo dulcore micantem lucem bibimus, hæc, lumine Virginis in me radiante, præsignare non ambigam: Assumptio Virginis ad regnum cæleste secum afferet Assumptionem Rom. Pontificis ad regnum terrenum. Namque legitur in sacris eloquiis: *Cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud* (3). Verum, si juxta veterem auream illam Patrum atque Doctorum sententiam Dei cor, quaquaversus ei collibuerit, sacra Deipara volvat, pie

(1) Exod. xxviii, 30.

(2) Levit. viii, 8; Eccles. xlv, 12. — Hoc modo Deus in Vet. Test. se revelabat sacerdotibus. Cf. Joannem Bapt. Franzelin De Tradit. th. xxvi.

(3) Prov. xxi, 1.

fatendum est quod, divinum alma Deipara cor inclinans, eo usque cor regum inclinet, ut temporale dominium, ab ipsa Providentia in hisce præsertim nefastis temporibus salubriter constitutum, Romano Pontifici denuo reddant, et æternam Urbem orbis caput atque omnium christifidelium metropolim constituent plena libertate fruentem. Summus Ecclesiæ Primas ea manu qua regia cælestique corona Theimatis assumptæ tempora cinget, eadem (opinor) manu, regia temporalique corona suum facile poterit sacrum circumcingere caput.

2. Pius VII, impiorum consiliis et armis ex Apostolica Petri Sede turbatus, et arcta custodia, præsertim Savonæ, per annos quinque fuit detentus, viis omnibus penitus interclusis, ne Dei Ecclesiam civilemque principatum deinde regere posset. Verum, præter omnium expectationem contigit, ut magno fidelium plausu pontificio Solio restitueretur. Hoc iterum accidit, dum commoto turbine, discedens ab Urbe, sacro comitante Cardinalium Collegio, Liguriam contendit. Attamen, cessante procella, quæ grave minabatur excidium, Romam, plaudentibus præ novo gaudio populis, reversus est. Antea tamen, quod in votis habuerat, et captivitate detentus exequi nequiverat, aurea Corona insignem Savonæ imaginem Deiparæ Virginis sub titulo Matris misericordiæ solemniter, propriisque manibus decoravit, et in ejusdem Virginis Matris honorem solempne festum quotannis celebrandum indixit sub titulo *Auxilium Christianorum* (1).

Nostris temporibus conferri prædi-

cta tempora queunt. En primus ecclesiasticæ Hierarchiæ motor barbara crudeliquemanuquasi detentus. Ecquid autem sequitur? primo motore suspenso, Rom. Pontifice, secundum quoque movens, Synodus vaticana suspenditur; hinc etiam cætera moventia, Sacrorum antistites suum pariter motum amittunt. Et ideo tot bonis, imo tot honorum uberrimis fontibus qui de pontificio pectore fluere in vat. Synodum, et de hac Synodo per totum penitus orbem, novus in novæ Bethuliæ septem collibus audax potitur Holofernes. Cælestis tamen Judith, Virgo Maria remeare Pium VII fecit ad ecclesiasticum politicumque regimen; cælestis Judith, Virgo Maria remeare Leonem XIII faciet ad utilem toti Ecclesiæ civilem principatum. Pius VII suam, ut antea meminimus, glorificavit opitulatricem; hanc vero qualiter glorificabit Leo XIII? Assumptionis dogmate. Quapropter suam Judith maximo prosequatur honore Summus Pontifex Novi Fœderis (Joachim), non secus ac Summus Pontifex vet. Testamenti (Joachim). Probati auctores ante persicam captivitatem contigisse rem putant, eo nimirum tempore quo Manasses captivus Babylone detinebatur. Eapropter in libro Judith nulla regis, nulla militarium ducum mentio fit; summa quippe rei sacræ atque politicæ ad nutum Summi Sacerdotis ejusque Senatus gerebatur. Alius pariter Joachim cum aliam Judith, æternam Bethuliam cum anima et corpore ingredientem, glorioso monumento perennique dogmatica laude

(1) Vid. Cardinalem Wiseman in op.: *Rimembranze degli ultimi 2 Papi*, part. 1, Pio VII.

concelebret, utramque Rempublicam sub ditione tenebit.

3. Nec satis. Magno furente tumultu, Pius IX fel. mem. anno 1848 exauctoratus regia potestate fuit, ita, ut præceps Cajetam perrexerit exul. Ast verum magnus Pius remedium agnovit. Ipsemet Cajetæ consuluit et interrogavit universum Episcopatum de cultu christifidelium erga Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ, nec non de opportunitate dogmaticæ definitionis (1): in hoc prodromo labore progrediens, an. 1854 Immaculatum B. M. V. Conceptum sacro dogmati sublimavit. Tam lubenter exceptit memorabile factum Virgo Maria, ut statim ad politicum regimen Pium IX restituerit.

Etiam nos in tanta calamitatum quibus cor nostrum obruitur mole, multiplices inter, quibus divexamur, angustias et præsertim ob eam quæ

(1) Hac super re *Diarium Civiltà Cattolica*:  
 " Parve a molti cosa notevolissima che mentre  
 " il supremo Pastore della Chiesa, per una delle  
 " più vaste e fiere rivoluzioni che agitassero l'Eu-  
 " ropa e Roma singolarmente, si trovava esule  
 " in Gaeta, volgesse l'animo appunto in quel  
 " tempo ad interrogare la Chiesa universale, e  
 " per lei tutto l'Episcopato cattolico intorno ad  
 " una questione meramente dogmatica, e lonta-  
 " nissima in vista dall' avere alcuna attinenza  
 " colla burrasca che per quei giorni scuoteva il  
 " mondo. Pio IX coll' Enciclica del 2 Febbrajo 1849  
 " prescriveva ai Vescovi pregassero essi, faces-  
 " sero pubblicamente e solennemente pregare i  
 " fedeli delle rispettive diocesi per impetrar lume  
 " da Dio; e poscia rispondessero quale fosse la  
 " credenza, quale l'amore ed il culto de' fedeli  
 " verso l'immacolato Concepimento di M. V.;  
 " quale il desiderio che nutrivano essi Vescovi e  
 " le loro plebi di vedere un tal Mistero definito  
 " come articolo di Fede dalla Santa Sede. Secon-  
 " damente ingiungeva a' Vescovi dicessero loro  
 " sentenza sulla convenienza e sulla opportunità  
 " di una tale definizione dogmatica.

" La mossa data da un Papa esulante si tirò

Rom. Præsulem attingit, hilari fronte gaudemus, recreari posse Rom. Ecclesiam, prout et nos erigimur in spem fore, ut ex ipso procellarum sinu magnum admirabile lumen oriatur. Quale lumen? assumptæ Virginis dogma. Quare, si rebelles profanatores propter Virginis Immaculatæ dogma Romanam terram reliquerint immaculatam; iterum rebelles profanatores ob Assumptæ Virginis dogma *unius Italiae* regnum ad Capitolium assumptum deserere cogentur. Hodierna societas supernaturale principium salutans, conspiciet Romam tamquam *pomerium Italiae*, immo totius orbis, in quo Vaticanum erigitur, regale solium divina Providentia constituitur, ut sacra dogmata, canones disciplinares aliaque præcepta vel instituta ex centro ad magnam radiorum peripheriam libero cursu profisciscantur.

4. Per Assumptionis dogma Rom.

" dietro un sègnito di pastorali, di conferenze, di  
 " preghiere, di studi e finalmente di risposte a-  
 " naloghe; e lungo l'anno tempestoso 1849 e parte  
 " altresì del 50, mentre l'Europa era agitata da  
 " sedizioni, da rivolte, da guerre civili e straniere,  
 " nel seno della Chiesa, che qui e colà era segno  
 " a quelle agitazioni, si pregava, si discuteva, si  
 " consigliava e si rispondea da ultimo al Vicario  
 " di Cristo intorno alla credenza comune di quel  
 " Mistero, ed alla convenienza del definirlo dog-  
 " maticamente. Le risposte dettate quasi tutte  
 " nel tempo della rivoluzione, e per buona parte  
 " trasmesse eziandio in quello, si vennero racco-  
 " gliendo nell'inizi del 51: e guardate tutte in-  
 " sieme vi rendono immagine di un Concilio, di-  
 " ciamo così, disperso... Le medesime trepidis-  
 " sime circostanze in mezzo alle quali il Sommo  
 " Pontefice si accinse a maturare questo consi-  
 " glio, e i fedeli colle preghiere gl'impetravan  
 " lume da Dio, e i Vescovi coi loro studi e colle  
 " loro risposte vel confortavano, tutto ci parrebbe  
 " condotto a norma di un'arcana provvidenza...  
 " Anno III, vol. VIII, pp. 377, 378, 381, *Congruenze so-  
 " ciali di una definizione dogmatica sull'Immacolato  
 " Concepimento della B. V. Maria.*

Pontifex erigens christifidelibus in triumphanti Ecclesia collem; i. e. assumptam Virginem super omnes colles, h. e. super omnes cælicolas (*fundamenta ejus in montibus sanctis*), in militanti Ecclesia eriget collem supra septem Romanos colles, qui petram gignens, nempe Christum, Nabuchodonosoris statuam minutatim concidet, qui cum argillæ pedibus in superbiam elatus Romæ civilium rerum potitus est, et ibi regni non sui tenet habenas, ubi Constantinus ille qui miscuit cum magnitudine nomen (Constantinus magnus), humilitatis ergo suum gubernare noluit imperium (1). Unde *qui gloriatur, in Domino gloriatur*.

Assumptionis dogma erit lux illa cælestis in *Speculo sine macula* corruptionis deglomerata, quæ in Tiberinis aquis per Archimedes illum qui rerum divinarum Mathesin sine cujuslibet erroris formidine docet, hostes suos cis et trans Tiberim peruret, atque paulatim pedetentimque delebit. Justus et misericors Deus, cujus arcana dispositione nati sumus videre afflictionem Civitatis sanctæ, inclinet aurem et audiat, aperiat oculos et videat desolationem. Non alia quippe de causa suprema civilis principatus jura tanto nisu quatiuntur, nisi ut hoc modo via sterneretur ad abolendum, si fieri posset, spiritualem principatum quo divinitus fulgent Petri successores, delendamque Catholicam Ecclesiam, ipsumque Christi

(1) Constantinus M., concedens Rom. Pontificibus temporale dominium Urbis Romæ, dicit: "Ubi Princeps Sacerdotum, et christiana Religio caput ab imperatore cælesti constitutum est; ju-

nomen in illa viventis et regnantis. Saltem Deus precibus suæ Matris assumptæ flectetur, et Romæ Romani que Præsulis infandam pœnam potenti pietate dulcoret.

5. Quum Coriolanus dux Volscorum creatus animo infestissimo Romam obsideret, neque legati ulli etiam ex necessariis et familiaribus ad eum semel et iterum missi, sed neque pontifices, sacrificuli, æditui, augures, quisque suis insignibus ornati, Senatus decreto ad eum profecti oratores quicquam impetrarunt; Volunnia ejus mater, quum ab iisdem senatoribus magnis cumularetur honoribus, profecta in castra tam efficaciter peroravit, ut impetraverit quod Coriolanus diceret: «A te, o mater, primum victus discedo (2).» Augustinus autem hæc habet: «Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus, ut miro et ineffabili modo non fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra ejus sit voluntatem; quia non fieret, si non sineret; neque utique nolens sinit, sed volens (3).» Exinde fit, ut ipsum Deum seu Christum, si mihi fas est ita libere loqui, sonitus belli contra temporale dominium Papæ per suos hostes conferre videatur, eo forte consilio, ut bonus Pater pro malis filiis, non secus ac Christus pro peccatoribus omnibus, pœnam lueret. Ad eundem prope modum quo Romani olim matrem obviam filio, Volunniam scilicet obviam Coriolano miserunt quem dicere ma-

stum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem. — Cap. *Constantinus*, D. 96.

(2) Plutarchus lib. 1 Vitarum, in Coriolano.

(3) *Enchirid.* cap. 100.

## ORATIO III.

FUNDAMENTA  
JURIS DIPLOMATICE

## Caput I.

Assumptionis dogma diplomaticum  
censeri quodammodo poterit.

1. Diplomata, si proprie spectare nativam ejus significationem volueris, non in arte simulandi, sed in prudentiæ veridica disciplina versatur (1). Tota proinde pseudoorthodoxa politice quæ simulationi tantummodo studet, ingenti quadam contradictione seu potius contradictionum serie regitur et sustentatur.

Assumptionis porro dogmatica definitio, psychologicum hoc revera miraculum (2), quippiam in se diplomaticum quadantenus amplectitur, sapientissimam in alma Deipara veridicamque prudentiam quæ Diplomatiæ pars major est, contra delirantes nostri temporis Politicos declarans. Quam ob rem duo heic notanda sunt, videlicet nullam in Assumptionis dogmate simulationem reperiri, sed magnam potius mirificamque prudentiam.

a) Nulla reperitur simulatio. Virginis enim assumptæ veritas ingenti soliditate fulcitur: eam Apostoli veritatis charismate præfulgentes suis o-

(1) Cf. Gasparem De Luise loquentem: "Doctrinam illam ex jure gentium deductam, que communiter jus publicum seu diplomaticum nuncupatur, pertractantes, non simulandi artem sed prudentiæ veridicam disciplinam in animo habemus tironibus præbere, suæ dignitati restitutam." De Jure Publico seu Diplomático, lib. 1, tit. 1.

(2) H. e. divina in Rom. Præsulem inspiratio quoad dogmaticam memoratam definitionem.

terna dilectio coegit: «A te, o mater, primum victus discedo;» nunc quoque Romani Matrem obviam Filio, Mariam videlicet obviam Deo seu Christo legare deberent qui materno cogeretur amore simillimam proferre sententiam: «A te, o mater, sæpe victus discedo.» Verum, prius curandum est, ut hæc Mater, ad instar matris Volunnia, magnis cumularetur honoribus. Maximum autem pro beatissima Virgine decus est sua in cælum Assumptio irretractabili dogmatico roborata decreto.

Nulli proinde dubium esse potest, quin B. V. Maria quæ Rom. Ecclesiæ nullo non tempore fuit patrona salutaris columenque firmissimum, cujus opem et præsidium frustra nunquam imploravit, hoc maximo permota privilegio, i. e. corporea in cælum Assumptione dogmatice constituta, æternam almam Urbem, tot undique periculis septam et vallatam, singularissimo studio liberandam, tutandam atque defendendam suscipiat. Et tunc reges intelligent, necnon qui ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis plerique, docentes, divinam Providentiam non amplius requirere civilem RR. Præsulum principatum. Eo dementiæ, eo temeritatis, ne dicam impietatis devenerunt, ut suam scientiam sapientiæ Ecclesiæ quæ plus quam sol splendet, obstiterint. Eheu!! redeant ad Magistrum discipuli, agni ad Pastorem, filii ad Papam seu Patrem patrum, et unusquisque manibus expansis dicat confidenter: *Pater, peccavi; ad quem ibo? verba vitæ æternæ habes.*

Pontifex erigens christifidelibus in triumphanti Ecclesia collem; i. e. assumptam Virginem super omnes colles, h. e. super omnes cælicolas (*fundamenta ejus in montibus sanctis*), in militanti Ecclesia eriget collem supra septem Romanos colles, qui petram gignens, nempe Christum, Nabuchodonosoris statuam minutatim concidet, qui cum argillæ pedibus in superbiam elatus Romæ civilium rerum potitus est, et ibi regni non sui tenet habenas, ubi Constantinus ille qui miscuit cum magnitudine nomen (Constantinus magnus), humilitatis ergo suum gubernare noluit imperium (1). Unde *qui gloriatur, in Domino gloriatur*.

Assumptionis dogma erit lux illa cælestis in *Speculo sine macula* corruptionis deglomerata, quæ in Tiberinis aquis per Archimedes illum qui rerum divinarum Mathesin sine cujuslibet erroris formidine docet, hostes suos cis et trans Tiberim peruret, atque paulatim pedetentimque delebit. Justus et misericors Deus, cujus arcana dispositione nati sumus videre afflictionem Civitatis sanctæ, inclinet aurem et audiat, aperiat oculos et videat desolationem. Non alia quippe de causa suprema civilis principatus jura tanto nisu quatiuntur, nisi ut hoc modo via sterneretur ad abolendum, si fieri posset, spiritualem principatum quo divinitus fulgent Petri successores, delendamque Catholicam Ecclesiam, ipsumque Christi

(1) Constantinus M., concedens Rom. Pontificibus temporale dominium Urbis Romæ, dicit: "Ubi Princeps Sacerdotum, et christiana Religio caput ab imperatore cælesti constitutum est; ju-

nomen in illa viventis et regnantis. Saltem Deus precibus suæ Matris assumptæ flectetur, et Romæ Romanique Præsulis infandam pœnam potenti pietate dulcoret.

5. Quum Coriolanus dux Volscorum creatus animo infestissimo Romam obsideret, neque legati ulli etiam ex necessariis et familiaribus ad eum semel et iterum missi, sed neque pontifices, sacrificuli, æditui, augures, quisque suis insignibus ornati, Senatus decreto ad eum profecti oratores quicquam impetrarunt; Volunnia ejus mater, quum ab iisdem senatoribus magnis cumularetur honoribus, profecta in castra tam efficaciter peroravit, ut impetraverit quod Coriolanus diceret: « A te, o mater, primum victus discedo (2). » Augustinus autem hæc habet: « Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus, ut miro et ineffabili modo non fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra ejus sit voluntatem; quia non fieret, si non sineret; neque utique nolens sinit, sed volens (3). » Exinde fit, ut ipsum Deum seu Christum, si mihi fas est ita libere loqui, sonitus belli contra temporale dominium Papæ per suos hostes conferre videatur, eo forte consilio, ut bonus Pater pro malis filiis, non secus ac Christus pro peccatoribus omnibus, pœnam lueret. Ad eundem prope modum quo Romani olim matrem obviam filio, Volunniam scilicet obviam Coriolano miserunt quem dicere ma-

stum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem. » Cap. *Constantinus*, D. 96.

(2) Plutarchus lib. 1 Vitarum, in Coriolano.

(3) Enchirid. cap. 100.

## ORATIO III.

FUNDAMENTA  
JURIS DIPLOMATICE

## Caput I.

Assumptionis dogma diplomaticum  
censeri quodammodo poterit.

1. Diplomata, si proprie spectare nativam ejus significationem volueris, non in arte simulandi, sed in prudentiæ veridica disciplina versatur (1). Tota proinde pseudoorthodoxa politice quæ simulationi tantummodo studet, ingenti quadam contradictione seu potius contradictionum serie regitur et sustentatur.

Assumptionis porro dogmatica definitio, psychologicum hoc revera miraculum (2), quippiam in se diplomaticum quadantenus amplectitur, sapientissimam in alma Deipara veridicamque prudentiam quæ Diplomatiæ pars major est, contra delirantes nostri temporis Politicos declarans. Quam ob rem duo heic notanda sunt, videlicet nullam in Assumptionis dogmate simulationem reperiri, sed magnam potius mirificamque prudentiam.

a) Nulla reperitur simulatio. Virginis enim assumptæ veritas ingenti soliditate fulcitur: eam Apostoli veritatis charismate præfulgentes suis o-

(1) Cf. Gasparem De Luise loquentem: "Doctrinam illam ex jure gentium deductam, que communiter jus publicum seu diplomaticum nuncupatur, pertractantes, non simulandi artem sed prudentiæ veridicam disciplinam in animo habemus tironibus præbere, suæ dignitati restitutam." De Jure Publico seu Diplomático, lib. 1, tit. 1.

(2) H. e. divina in Rom. Præsulem inspiratio quoad dogmaticam memoratam definitionem.

terna dilectio coegit: « A te, o mater, primum victus discedo; » nunc quoque Romani Matrem obviam Filio, Mariam videlicet obviam Deo seu Christo legare deberent qui materno cogeretur amore simillimam proferre sententiam: « A te, o mater, sæpe victus discedo. » Verum, prius curandum est, ut hæc Mater, ad instar matris Volunnia, magnis cumularetur honoribus. Maximum autem pro beatissima Virgine decus est sua in cælum Assumptio irretractabili dogmatico roborata decreto.

Nulli proinde dubium esse potest, quin B. V. Maria quæ Rom. Ecclesiæ nullo non tempore fuit patrona salutaris columenque firmissimum, cujus opem et præsidium frustra nunquam imploravit, hoc maximo permota privilegio, i. e. corporea in cælum Assumptione dogmatice constituta, æternam almam Urbem, tot undique periculis septam et vallatam, singularissimo studio liberandam, tutandam atque defendendam suscipiat. Et tunc reges intelligent, necnon qui ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis plerique, docentes, divinam Providentiam non amplius requirere civilem RR. Præsulum principatum. Eo dementiæ, eo temeritatis, ne dicam impietatis devenerunt, ut suam scientiam sapientiæ Ecclesiæ quæ plus quam sol splendescit, obstiterint. Eheu!! redeant ad Magistrum discipuli, agni ad Pastorem, filii ad Papam seu Patrem patrum, et unusquisque manibus expansis dicat confidenter: *Pater, peccavi; ad quem ibo? verba vitæ æternæ habes.*

culis contuiti sunt: eam Patres et Doctores unanimiter tradiderunt; eam theologi ac sapientes uberrime pertractarunt; eam catholica Ecclesia diserte commonstravit; eam mystice divina præsagnarunt eloquia. Nullam autem simulationem habet doctrina vel institutum a majoribus transmissum: « depositum quod accepisti, non quod excogitasti, res ad te perducta, non a te prolata, » ut loquitur sanctus Vincentius Lirinensis (1). « Nobis, » inquit Tertullianus, « nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere (2), quod aliquis de arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quidquam ex suo arbitrio quod inducerent, elegerunt; sed acceptam a Domino disciplinam fideliter nationibus adsignarunt (3). » Augustinus appellans contra pelagianos « ad sanctos et in sancta Ecclesia illustres antistites Dei, » eorum auctoritatem hac potissimum ratione probat: « Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt (4). » Hinc epitheton *simulationem* a se Virginis assumptæ dogma propulsat.

b) Magna reperitur in Assumptionis dogmate vera prudentia tum ex parte Pontificis definiens, tum ex parte Virginis operantis. De prudentia Pontificis definiens hucusque sermo late fuit: nunc de prudentia Virginis operantis. « Doctor angelicus inquit: « Prudentia est vera et perfecta, quæ

(1) In Commonit., n. 27.

(2) Alludit ad nomen *αἰρεσις*, quasi latine diceretur *sectio*.

(3) Tertull. De Præscript., cap. 6.

ad bonum finem totius vitæ consiliatur, iudicat et præcipit (5). » Quare perfecta prudentia est scire et obtinere medium ad finem totius vitæ humanæ capessendum, qui est æterna beatitudo. Hujusmodi prudentia fuit prædita Virgo Maria. Hæc enim *amicta sole* (6) vocatur: quemadmodum vero sol indesinenter ab accepto lumine volvitur, pernicipique cursu omnes mundi plagas circumambulat; sic B. V. Maria jugiter ab instanti usus rationis in bonis operibus circumambulabat: cælum, cælestiaque cogitabat, spectabat, amabat. Ejus bona opera tam innumera sunt atque perfecta, ut perfecte B. Virgo præ cæteris hominibus consequuta sit ultimum extramundanum finem, se scilicet cum anima et corpore ad immortalem beatitudinem assumptam esse promeruerit. β) Philosophorum princeps Aristoteles ita prudentiam definiit: « Prudentia est virtus, quæ consistit in cavendis malis et eligendis bonis (7). » Et romanus orator: « Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumve scientia (8). » Porro Virgo Maria sic mala cuncta cavit, ut ne minimum quidem peccati semen in anima unquam admiserit. Quinque sensus hominis sunt velut quinque fenestræ, per quas nostram animam ingreditur mors. Unde Jeremias: *Ascendit mors per fenestras nostras* (9). Has tamen fenestras tam accurate B. Virgo custodivit, ut ne minimum quidem malitiæ semen per eas in anima unquam

(4) Contr. Julian. lib. II, n. 34.

(5) 2. 2. q. 47, a. 13. (6) Apoc. XII, 1.

(7) Lib. 6 ethicorum. (8) Lib. 1 officiorum.

(9) Jer. IX, 21.

repperit. Cum autem omnia caverit peccata Virgo Maria, in cælum cum anima et corpore assumpta fuit; corporis enim incineratio sequela peccati est. γ) Ad prudentiam pertinet recte præsentia ordinare, præteritorum recordari, de futuris providere. Quare Seneca: « Si prudens, » inquit, « fuerit animus tuus, tribus temporibus dispensetur; præterita cogita, præsentia ordina, futura provide (1). » Hinc Romani, teste Pierio Valeriano, cum triplici facie prudentiam depingebant, eam tres illas temporum differentias respicere significantes. Ut cætera silentio premam, B. Virgo plus omnibus de futuris providit, quia non solum animam, ut sancti, verum etiam corpus sua in cælum Assumptione beatificavit. δ) D. Augustinus ait: « Prudentia est affectio animæ vel motus, quo quis intelligit æterna superiora esse, et inferiora esse terrena (2). » Id B. Virgo Deiparens alte docuit, alte proclamavit, cum eum qui cuncta bona æterna cælestia superiora continet, suo ventre continuit, et modo cum anima et corpore continetur ab illo.

2. Vel hujusce dogmatis mariani forma videtur esse diplomatica Documenta, quippe diplomatica vocantur scripturæ quæ conventiones internationales continent, sive in congressu præsidum cujusque civilis societatis, sive opera legatorum redactæ, duplici repetitæ folio, a legatis, vel a præsidibus nationum congregatis, subscriptæ, et invicem distributæ (3). Ad eundem prope modum Assum-

(1) Lib. 1 de beneficiis.

(2) Lib. 6 de musica.

ptionis dogma diplomatically præfinitum conspicietur; nam, cum illud Romanus Episcopus sub charismate Spiritus sancti de Cathedra nuntiabit, omnium simul eorum quos per cunctas nationes per quæque climata mundi Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, aut consensum extra Synodum, aut decisiva vota et subscriptionem intra conciliares actiones conquiret.

Obligatio exequendi conventiones a jure naturali procedit, determinata cum sit roboratur illa sanctione, quæ pactis diplomaticis constitutis adjicitur. Similiter veritas Assumptionis, quamquam divino jure totam vim omnemque firmitatem mutuatur; nihilo tamen secius a Pontifice Maximo ejusque coepiscopis firmiter constanterque roboratur, ita, ut isti remeantes in suas nationes veritatem dogmaticè constitutam docere, diffundere sub anathematis interminatione cogantur.

Diplomatici viri, cum legationis munus apud exterarum nationes exercent, inviolabiles jure naturali sunt, ac esse censentur. Qui legatos interficiunt, vel publice spernunt, rei sunt læsæ humanitatis, digni execratione. Pariter sacrarum Antistites qui cunctas terrarum orbis nationes repræsentant, quique Romam vel alibi convenient ad Assumptionis dogma declarandum præfinitum, si quis vel impune trucidet, vel præfracte divexet, vel temere spernat, reus erit læsæ divinæ Majestatis, execratione dignus. Inviolabiles jure divino reputantur.

(3) Cf. Gasparem De Luise opere inscripto: *De Jure Publico seu Diplomatico*, lib. 1, tit. 1.

## Caput II.

Assumptio Virginis, objectum dogmaticæ definitionis, Ecclesiam inter et Statum harmoniam declarat.

1. Quemadmodum se habet in homine spiritus et caro; ita se habent in Ecclesia civilis et sacra potestates: etenim spiritus et caro sunt quasi duæ respUBLICÆ quæ sibi vicissim afferunt suppetias ob humanæ naturæ synthesin. Quare D. Joannes Chrysostomus ait: « Regi corpora commissa sunt, Sacerdoti animæ; Rex maculas corporum remittit, Sacerdos autem maculas peccatorum (1). » Jam vero corporis animique Deiparentis Assumptio ad cælestem gloriam luculentissime pandit utriusque Reipublicæ, sacræ et civilis assumptionem ad eam gloriam quam eis constituit Deus. Quemadmodum Christus Redemptor omnia quæ assumpsit in terra, sanavit, ut ait Gregorius Theologus (2); sic Maria Redemptrix omnia quæ assumpsit in cælo, propemodum sanavit, meliusque sanabit in nova, ut ita dicam, Assumptione dogmaticæ constituta.

Plerique Juris Publici seu Diplomatici scriptores, qui apotheosin celebrare nisi sunt auctoritatum civilium cum detrimento Juris Divini, ut excluderent influxum Ecclesiæ catholicæ, somniarunt absurdum esse Jus spirituale in societatem naturalem, eo quod axioma est: « Non potest status esse in alio statu. » Sed perperam. Societas familiaris in socie-

(1) In hom. 1 de verbis Isaia.

(2) Apud Damascenum Orat. De duabus Christi voluntatibus, cap. II.

tate civili consistit; civitas in regno; regnum in imperio; imperium in societate poliarchica. Datur proinde societas in societate, factum evidens impossibilitatem facti redarguit. Vera Religio totam respicit humanitatem: ipsi subjiciuntur nationes, regna, civitates atque familiæ, ipsimet imperantes, quia Religio est divinum Jus in homines cunctos. Segregari a veritate, quæ humanitatis patrimonium, lux et vita est, valet in barbariem declinare; separari a vera Religione idem est ac insurgere contra humanitatem et spiritum vivificantem animarum: nemini proin imperantium fas est relinquare veram Religionem quam Ecclesia catholica profitetur incommutabilem, imperituras, divinam.

Verum, si corpori gubernium, si animo Ecclesia comparatur, nequit ab Ecclesia gubernium separari, quin vitam protinus amittat, quam denuo poterit acquirere, si denuo cum Ecclesia vivificante societur. Ad illum prope modum quo Deiparæ corpus tamdiu sine vita remansit, quamdiu sui animi robore caruit: novam tamen adeptus est melioremque vitam, quum ipsum et animus æterno fœdere coiverint. Ecclesia non absorbet, sed vivificat atque fœcundat societatem, quam doctrina sua dirigit et habitu suo compenetrat; non destruit civitates quas sub alis suæ providentiæ, atque sapientissimis criteriis dilectione mirabili dirigendas amplectitur. Ipsa veluti sol omnia irradiat, omnia fœcundat, omnia movet; Ecclesia catholica solem hunc vivificum in suo tabernaculo habet; ipsa dux, nutrix, et vita societatum.

2. Si animo Ecclesiam, si corpori gubernium conferre jure queamus, insequens epichirema depromimus: præ ceteris hominibus anima et corpus Deiparæ sua in cælum Assumptione rapiuntur ad idem extramundinum finem capessendum; igitur Ecclesia et Status qui ad eundem finem diriguntur, nullimode potest alter ab altera divelli, separari. Finis autem utriusque Reipublicæ, quemadmodum finis animi et corporis Deiparæ, non est nisi Deus; sed Deus supra naturam universam est: hinc tendit homo, christianus et civis, ad finem supernaturalem, qui felicitas est, beatitudo est, Deus est. At nequit ad supernaturalia perveniri, si non adsint media supernaturalia. Hæc enim participare debent de natura finis. Ista vero media ubinam sunt, nisi in Ecclesia? Status igitur nequit ab Ecclesia se jungi, si forte velit finem suum consequi: ea opinor ratione qua Deiparæ corpus, nisi recepisset spiraculum vitæ, animam, nequibat suum finem assequi.

Corpus animo imperante movetur; cum iste desit, illud plane conquiescit. Mortem Resurrectionemque Virginis rimare paulisper. Suum motum corpus, animo abeunte, penitus amittit; suum motum corpus, animo remeante, resumit. En mysticum, suave, dulcissimumque divinæ Religionis imperium in Statum.

Neque subditur Ecclesia Statui, quemadmodum non subditur anima Virginis assumptæ corpori, cui præbet vitam, cui suppeditat pulcritudinem, cælestique gloria qua invadebatur, invadit. Quare toto plane cælo discordat

a veritate Filangerius, inquiens: « Oportet religio politicæ, Ecclesia gubernio serviat et ancilletur, » quod idem est ac Deus subdat imperantium deliramento. Deus judex severus debet modo cognosci, modo penitus exterminari, prout humano legislatori collibet; et populus modo vere credere debet judicem Deum esse, modo vere credere judicem Deum non esse. — Quæ cum ita se habeant, Assumptio Deiparentis existimari quodammodo potest principium quoddam diplomaticæ cognitionis: principium vocatur omne illud, a quo aliquid quocumque modo procedit, inquit sanctus Thomas (1).

3. Huc magni facit, si ex auctore qui RR. Pontifices tamquam principes diplomaticos non habet sibi benevisos, et ex eo itidem opere in quo adversus eos venenata jacula torquet, ejusdemmodi argumenti capiatur origo. *Poema Divinum* Danthis Aligherii est quiddam systema religionum-socialium-politicum. Ibi principes et reges, regna et nationes, decreta et leges critica lance perpenduntur. Sed auctor in Deo suam poesim complet, perinde ac si dicere velit: sunt vana decreta et leges, vani reges ac principes, vanæ nationes et regna, eo quod sine divina compellente virtute percrebuerint. Ideo deprecatur eum ex cujus ore mellita verba fluunt, D. Bernardum, ut velamina quæ cælestia contegunt sacramenta, suis oculis aperirentur. Cui ille, non esse suum, inquit, tantum obtinere favorem; sed potius recurrit ad Virginem

(1) 1. q. 33, a. 1.



tam sublimiter assumptam (1), ut divinitatis fines attingat. In illam quapropter erumpit sublimestimam orationem:

Vergine Madre, figlia del tuo Figlio,  
Umile ed alta più che creatura,  
Termine fisso d'eterno consiglio (2).

Pandit ad hanc precem B. Virgo profunda mysteria.

Porro, si vani sunt omnes principes in quibus non subest scientia Dei ad publicam rem gerendam, oportet igitur esse aliquod universale regimen supra particularia regimina, ut ista per illud instruerentur circa supremi verique Numinis agnitionem et circa magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus, nec non ut ista per illud in re valde difficili aut ancipiti sacra diplomata veris ac certis informata principiis inoffenso pede sequerentur. Quale vero sit illud universale regimen supra particularia regimina constitutum, nullo negotio dignoscitur. Est illud profecto quod reperitur in eo qui primam post Christum dignitatem habet in terris, h. e. Rom. Pontifex: in hoc totam perfectionem haurit systema politicum, non secus ac in caelis Danthes perfectionem sui religiosi ac politici systematis habet ab ea quæ principem post Christum sibi locum vin-

(1) Hic poeta de Virgine cum anima et corpore assumpta loquitur; antea quippe dixit:

\* Con le sue stole (suis nempe corporibus) nel beato chiostro

\* Son le sue luci sole che saliro;

\* E questo porterai nel mondo vostro.

Cantica del Paradiso cant. xxv, vv. 127-128-129.

(2) Ibid. cant. xxxiii, vv. 1-2-3.

dicat, assumpta nempe Deipara. Nihil Christus distinxit, nihil excepit: *Pasce agnos meos*, inquit Petro, *pasce oves meas*. Quid sub hujus metaphoræ velo *Pasce* sibi vult, nisi magistrarium, uti fert duplex vis græcæ locutionis *βόσκω* ac *ποιμαίνω*? quid per *agnos*, nisi fideles? quid per *oves*, nisi fidelium rectores, sive in sacro gubernatu prout Episcopos, sive in regimine politico, prout Reges? Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. In caelis Danthes Aligherius totum principum regumque systema politicum mirifice complet per sacram Deiparam divina Secreta revelantem, per Deiparam, inquam, supra totam cælestem Hierarchiam assumptam; in terris igitur totum principum regumque systema politicum completur atque perficitur per Rom. Pontificem divina consilia proponentem, per Rom. Pontificem, inquam, super universam ecclesiasticam Hierarchiam assumptum.

Hiscæ prælibatis, Assumptione Deiparentis *Deus vult omnes* nostri temporis delirantes Diplomaticos *salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire*.

### Caput III.

Assumpta Virgo Deipara, instar Rom. Presulis, deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, ut fidem usquequaque porrigerent.

I. S. Thomas pro aris focisque sustinet, Papam jure divino pollere summa directe temporali potestate. Quæ sententia Papa divinitus recepit plenitudinem potestatis cum in rebus spiritualibus, tum in rebus temporalibus; ita tamen, ut ipse spirituale dominium

exercere teneatur, et sæcularibus principibus temporalem principatum credere. Quare principes juste possunt a Papa deponi, quoties abutuntur potestate recepta. Hujusmodi doctrina late viguit ad sæculum usque xvi. Bellarminus quem omnes pene nuperi theologi sectantur, docet Papam summa indirecte temporali potestate jure divino tantummodo gaudere. Juxta sententiam hanc poterit Summus Ecclesiæ Primas malos exactorare principes, si bonum fidei hoc maximopere postulet (1).

Jam vero Mulier in cælo (2), i. e. Mulier assumpta, ut passim antea deprompsimus, cum rufo dracone seu Lucifero pugnare visa est. Sic ipsa Michaelis victoriam confirmavit, et iterum in hanc vocem erumpens per sublimia cæli palatia: *Quis ut Deus?* non secus ac Michael, contrivit præpollentissimum virgineo pede draconem. Nec satis: B. Virgo in cælum assumpta, omniumque creaturarum Regina constituta deposuit potentem Julianum de sede. Quandoquidem de sancto martyre Mercurio illustre facinus memoriæ traditum est apud veteres historicos. Cum Julianus apostata bellum Persis illaturus processisset, per Cappadociam transiens Basilium Cæsareæ Antistitem et chri-

stianos cives conviciis magnis affecit. Præterea se illos in reditu perempturum comminatus est. Quare sanctus Episcopus sua cum plebe jejunans, Virginem Deiparentem quam assumptam veneramus in cælis, meruit conspiciere, beato Mercurio militi dudum sepulto præcipientem, ut immania Juliani scelera ulcisceretur. Quod et factum est. Namque fertur, apud Ctesifontem sagittam in Julianum ex incerto missam fuisse. Cumque vivus blasphemus haberetur Julianus, etiam extremo vitæ periculo sanguinem manu perfundens, impie blasphemavit, inquam: « Vicisti, Galilee. »

Insuper, assumpta Deiparentis *exaltavit humiles, ut fidem usquequaque porrigerent*. Quod omnino necesse fuit. Nam plerique DD. opinantur, cecidisse de cælo Luciferum, eo quod humanitatem Christi et divinam Maternitatem veneratione prosequi noluerit: Julianus autem magno Christi Divinitatem odio habuit, et apud Cyrillum Alex. christianos lacescebat: « Atqui vos Mariam non cessatis vocare Theotocon (3). » Hiscæ cunctis obstitit Virgo Maria. S. Gregorium thaumatargum sublimem theologorum dogmatum scientiam edocuit, et, ne in errorem Origenis (4) sui præ-

(1) Sententia Bellarmini, cum in lucem prodierit, multos sibi peperit censors. Imo Xystus V, etsi perillustrem Cardinalem summo opere diligebat, mandavit ut in *Indice* suum opus notaretur. Ejus tamen successor Urbanus VII hoc opus ab *Indice* sustulit, ne fideles illius fructu carerent. Cf. Sacchinum *Hist. Societ. Jesu* p. vi, t. i; *Mémoires pour servir à l'Hist. Ecclésiast. du XVII siècle*.

(2) Apoc. xii, 1 seqq.

(3) Cf. Prælectiones theol. quas in Coll. Rom.

S. J. habebat Joannes Perrone, tract. *De Incarnatione*, part. ii, cap. iii, art. 1, prop. 1.

(4) Gravissimam hanc de Origene censuram D. Thomas constituit: « Ariatorum fons Origenes invenitur, 1 par., quest. 31, art. 1 ad 2. Et idem contra Gentes, cap. 6, suspicatur arianismum ex verbis Platonis ortum habuisse, quia Plato constituebat summum Deum Patrem creatorem omnium rerum, addens ab eo primo duxisse primam mentem, per quam cetera fierent. Origenes autem platonius fuit.

ceptoris impingeret, D. Joannem evangelistam ei doctorem assignavit, per quem symbolum orthodoxæ fidei ei tradidit in manus, uti refert D. Gregorius Nyssenus in vita illius. Hanc catholicæ fidei regulam Gregorio per Mariam revelatam cum orientalis tum occidentalis Ecclesia cognovit et approbavit, et uti sacrosanctum depositum cœlitus collatum religiosissime custodivit, eamque solemniter recitavit in œcumenica Synodo, ut ex Baronio constat (1). Assumpta Virgo Maria S. Cyrillum contra Nestorium docentem beatissimam Virginem Christiparam esse, non Deiparam, nedum erudit, sed et armavit effecitque, ut Nestorii blasphema lingua computresceret, et relegatus primum Antiochiam, demum Oasim miserrime periret. Hoc graves auctores rationabiliter autumant, ut Justinus Miechoviensis (2) commonet.

Quapropter assumpta Deipara *deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, ut fidem usquequaque porrigerent*, instar Rom. Pontificis et, ut cæteros omittam, instar Zachariæ qui deposuit propter bonum fidei regem gallicanum Childericum et, *data auctoritate sua, jussit Pipinum Regem constitui* (3). Quam ob rem sive per Pipinum sive per ejus filium Carolum Magnum (4) fides resloruit, totumque fere per orbem dilatata est. Immo

(1) Annal. ann. 233. (2) In Lit. Laur.

(3) Apud veter. Annal. Francorum an. 751.

(4) Carolus M. qui in totam pene dominabatur Europam, hac formula publicos actus exornabat: *Regnante D. N. Jesu Christo in perpetuum, Ego Carolus, gratia Dei ejusque misericordia donante, Rex et Rector Francorum, et devotus Sanctæ Ecclesie defensor, humilisque adjutor.* Vid. Migne, *Patrologia*, tom. xxvii, coll. 307.

tanta Virginis assumptæ potentia est, pietas est, ut eam Rom. Præsuli reges ac principes exauctoranti supplicias tulisse videatur. Est desumpta imago ex fragmento crystallino in museo Borgiano Congr. de Propaganda Fide. Cl. P. Mozzoni qui eam acceperat a b. m. P. Marchi, inseruit monumentis sæculi II. Certe antiquissima est; et cum aliis monumentis similibus demonstrat cultum in antiquitate christiana erga sanctos, et cultum hyperdulæ super sanctos ipsos apostolos erga Virginem Matrem Dei. Beata Virgo habitu orantis pro nobis collocata visitur inter duos sanctos apostolos Petrum et Paulum. Ea beatissima Virgo Rom. Ecclesiæ decor atque columen, pientissima rebus in suis difficillimis opitulatrix.

2. Potestas Papæ est illud tamquam inexhaustibile flumen ex montibus cœlestis Armeniæ ruens; dividitur in Euphraten et Tigrim, h. e. in sacram et civilem auctoritatem, et, totum terrestris Ecclesiæ paradisum irrigans, iterum conjungitur, iterumque bipartitur in Phison et Gehon, et irrigans eos *qui foris sunt* (5), se totum exonerat in mare Caspium æternitatis. Sed, quale mirum! inspicere retro, en super cacumina montis Armeniæ, quibus illud flumen exoritur, dolorum atque pœnarum cessante diluvio, arca quæ Christum continuit

(5) Præstat audire Gasparem De Luise: *« Ecclesia cum hetherodoxis præsidiis, aliquando, diplomate tractat ut via Domino per apostolorum ministerium parari possit, ut catholici, qui in eorum dominis habitant, communicatione gaudeant libera cum Romano Pontifice, et denique ut principes hetherodoxi intelligant quam vitalis sit habitus, qui a sapientia catholica procedit. » De Jure Publico seu Diplomatico, lib. I, tit. II.*

et genuit, velut assumpta reperitur, magnum influxum exercens in bipartitum papalis auctoritatis flumen.

#### Caput IV.

Jura Canonica et Civile, fundamenta Juris Diplomatici, corpoream Deiparentis Assumptionem declarant et collustrant.

1. Veteres Canonistæ, in tradendo Jure Canonico, Jus publicum seu diplomaticum ecclesiasticum a privato non separabant. Verum, postquam Joannes Adamus Ickstatt in opusculo: *« De studio Juris ordine atque methodo scientifica instituendo, Ingolstadii MDCCXLVII, »* et paulo post Joannes Nepomucenus Endres in dissertatione: *« De necessario Jurisprudentiæ naturalis cum ecclesiastica nexu, Wirceburgi MDCCCL, »* eam exponendi Juris Canonici rationem ad erudiendos auditores minus aptam prædicarunt, putantes Jus publicum a privato in scholis discernendum esse, Antonius Schmidt S. J. eidem morem gessit, et anno MDCCCLXXI Institutiones Juris publici ecclesiastici seorsum a Jure privato edidit, ac ejus exemplum plerique scriptores secuti sunt. Quibus de causis Sanctissimus Dominus Leo XII, edita Constitutione *« Quod divina Sapientia »* qua rationem studiorum in tota ecclesiastica ditione moderatus est, peculiarem Institutionem Juris publici seu diplomatici ecclesiastici in magnis Lyceis Romano et Bononiensi constituit. Sed, quamquam hæc Jura separarentur, magnam lucem tamen sibi vicissim afferunt. Quam ob causam heic magni facit videre, quid senserit

Jus canonicum privatum de Virginis Assumptione.

2. Jus canonicum in Caput *Alma Mater, de Sententia Excommunicationis, in secto*, considerans, Officia Divina celebrari publice posse tempore Interdicti in festis Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes et Assumptionis Mariæ, demum ista perpendit in verbo: *« Assumptionis, Nota terminatam altercationem quærentium quod est solemnius festum, an festum Assumptionis, an festum Nativitatis Virginis gloriosæ: habet enim Ecclesia quod sit celebrius festum Assumptionis, ut hic vides. »* Id liquido constat etiam ex Canone I de Consecrat. dist. 3, et ex cap. ult. de Feriis. Unde Suarez ait: *« Festum assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ ex præcepto juris communis servandum est. Ita docent omnes doctores in cap. I de Consec. d. 3, ubi expresse hoc festum numeratur et in cap. ult. de feriis ubi sub festivitatibus Virginis, et inter festivitates ejus habet quamdam excellentiam, quia gloriam, præmium ac triumphum sanctissimæ Virginis nobis representat (1). »*

3. Jus civile cui Jus diplomaticum mordicus adhæret, psychosomaticam Deiparentis Assumptionem magnopere nititur celebrare. Nicephorus Callixtus historiographus sæculi XIV hæc refert: *« Idem Imperator (Justinianus) tum primum Servatoris exceptionem (nempe festum Purificationis B. Virginis) toto Orbe terrarum festo die honorare instituit, sicut Ju-*

(1) De Relig. tom. I, lib. II de diebus festis, c. IX, num. 13.

ceptoris impingeret, D. Joannem evangelistam ei doctorem assignavit, per quem symbolum orthodoxæ fidei ei tradidit in manus, uti refert D. Gregorius Nyssenus in vita illius. Hanc catholicæ fidei regulam Gregorio per Mariam revelatam cum orientalis tum occidentalis Ecclesia cognovit et approbavit, et uti sacrosanctum depositum cœlitus collatum religiosissime custodivit, eamque solemniter recitavit in œcumenica Synodo, ut ex Baronio constat (1). Assumpta Virgo Maria S. Cyrillum contra Nestorium docentem beatissimam Virginem Christiparam esse, non Deiparam, nedum erudit, sed et armavit effecitque, ut Nestorii blasphema lingua computresceret, et relegatus primum Antiochiam, demum Oasim miserrime periret. Hoc graves auctores rationabiliter autumant, ut Justinus Miechoviensis (2) commonet.

Quapropter assumpta Deipara *deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, ut fidem usquequaque porrigerent*, instar Rom. Pontificis et, ut cæteros omittam, instar Zachariæ qui deposuit propter bonum fidei regem gallicanum Childericum et, *data auctoritate sua, jussit Pipinum Regem constitui* (3). Quam ob rem sive per Pipinum sive per ejus filium Carolum Magnum (4) fides re floruit, totumque fere per orbem dilatata est. Immo

(1) Annal. ann. 233. (2) In Lit. Laur.

(3) Apud veter. Annal. Francorum an. 751.

(4) Carolus M. qui in totam pene dominabatur Europam, hac formula publicos actus exornabat: *Regnante D. N. Jesu Christo in perpetuum, Ego Carolus, gratia Dei ejusque misericordia donante, Rex et Rector Francorum, et devotus Sanctæ Ecclesie defensor, humilisque adjutor.* Vid. Migne, *Futrologia*, tom. xxvii, coll. 307.

tanta Virginis assumptæ potentia est, pietas est, ut eam Rom. Præsuli reges ac principes exauctoranti supplicias tulisse videatur. Est desumpta imago ex fragmento crystallino in museo Borgiano Congr. de Propaganda Fide. Cl. P. Mozzoni qui eam acceperat a b. m. P. Marchi, inseruit monumentis sæculi II. Certe antiquissima est; et cum aliis monumentis similibus demonstrat cultum in antiquitate christiana erga sanctos, et cultum hyperdulæ super sanctos ipsos apostolos erga Virginem Matrem Dei. Beata Virgo habitu orantis pro nobis collocata visitur inter duos sanctos apostolos Petrum et Paulum. Ea beatissima Virgo Rom. Ecclesiæ decor atque columen, pientissima rebus in suis difficillimis opitulatrix.

2. Potestas Papæ est illud tamquam inexhaustibile flumen ex montibus cœlestis Armeniæ ruens; dividitur in Euphraten et Tigrim, h. e. in sacram et civilem auctoritatem, et, totum terrestri Ecclesiæ paradisu irrigans, iterum conjungitur, iterumque bipartitur in Phison et Gehon, et irrigans eos *qui foris sunt* (5), se totum exonerat in mare Caspium æternitatis. Sed, quale mirum! inspicere retro, en super cacumina montis Armeniæ, quibus illud flumen exoritur, dolorum atque pœnarum cessante diluvio, arca quæ Christum continuit

(5) Præstat audire Gasparem De Luise: *« Ecclesia cum hetherodoxis præsidibus, aliquando, diplomate tractat ut via Domino per apostolorum ministerium parari possit, ut catholici, qui in eorum dominis habitant, communicatione gaudeant libera cum Romano Pontifice, et denique ut principes hetherodoxi intelligant quam vitalis sit habitus, qui a sapientia catholica procedit. » De Jure Publico seu Diplomatico, lib. I, tit. II.*

et genuit, velut assumpta reperitur, magnum influxum exercens in bipartitum papalis auctoritatis flumen.

#### Caput IV.

Jura Canonica et Civile, fundamenta Juris Diplomatici, corpoream Deiparentis Assumptionem declarant et collustrant.

1. Veteres Canonistæ, in tradendo Jure Canonico, Jus publicum seu diplomaticum ecclesiasticum a privato non separabant. Verum, postquam Joannes Adamus Ickstatt in opusculo: *« De studio Juris ordine atque methodo scientifica instituendo, Ingolstadii MDCCXLVII, »* et paulo post Joannes Nepomucenus Endres in dissertatione: *« De necessario Jurisprudentiæ naturalis cum ecclesiastica nexu, Wirceburgi MDCCCL, »* eam exponendi Juris Canonici rationem ad erudiendos auditores minus aptam prædicarunt, putantes Jus publicum a privato in scholis discernendum esse, Antonius Schmidt S. J. eidem morem gessit, et anno MDCCCLXXI Institutiones Juris publici ecclesiastici seorsum a Jure privato edidit, ac ejus exemplum plerique scriptores secuti sunt. Quibus de causis Sanctissimus Dominus Leo XII, edita Constitutione *« Quod divina Sapientia »* qua rationem studiorum in tota ecclesiastica ditione moderatus est, peculiarem Institutionem Juris publici seu diplomatici ecclesiastici in magnis Lyceis Romano et Bononiensi constituit. Sed, quamquam hæc Jura separarentur, magnam lucem tamen sibi vicissim afferunt. Quam ob causam heic magni facit videre, quid senserit

Jus canonicum privatum de Virginis Assumptione.

2. Jus canonicum in Caput *Alma Mater, de Sententia Excommunicationis, in secto*, considerans, Officia Divina celebrari publice posse tempore Interdicti in festis Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes et Assumptionis Mariæ, demum ista perpendit in verbo: *« Assumptionis, Nota terminatam altercationem quærentium quod est solemnius festum, an festum Assumptionis, an festum Nativitatis Virginis gloriosæ: habet enim Ecclesia quod sit celebrius festum Assumptionis, ut hic vides. »* Id liquido constat etiam ex Canone I de Consecrat. dist. 3, et ex cap. ult. de Feriis. Unde Suarez ait: *« Festum assumptionis beatissimæ Virginis Mariæ ex præcepto juris communis servandum est. Ita docent omnes doctores in cap. I de Consec. d. 3, ubi expresse hoc festum numeratur et in cap. ult. de feriis ubi sub festivitatibus Virginis, et inter festivitates ejus habet quamdam excellentiam, quia gloriam, præmium ac triumphum sanctissimæ Virginis nobis representat (1). »*

3. Jus civile cui Jus diplomaticum mordicus adhæret, psychosomaticam Deiparentis Assumptionem magnopere nititur celebrare. Nicephorus Callixtus historiographus sæculi XIV hæc refert: *« Idem Imperator (Justinianus) tum primum Servatoris exceptionem (nempe festum Purificationis B. Virginis) toto Orbe terrarum festo die honorare instituit, sicut Ju-*

(1) De Relig. tom. I, lib. II de diebus festis, c. IX, num. 13.

stinus de sancta Christi Nativitate fecit; atque non ita longo post tempore Mauritius sacrosanctæ Dei Genitricis Dormitionem quindecimo Augusti mensis die celebrari præcepit (1). » Virginis Assumptionem magno cultu commemorat Regula Codregangi sub regno Pipini. Dein hæerere Carolus Magnus Augustus videtur, haud certe quoad Assumptionis festi celebrationem, sed quoad ejus extensionem per universum Occidentis imperium: « De Assumptione S. Mariæ interrogandum relinquimus. » Quod a Balutio in Notis huic loco intelligitur consilium quod petere cupiebat ab Episcopis sui regni. Quare petatum (an. 813) a Carolo M. Concilium Moguntinum hoc decretum edidit: « Festos dies in anno celebrare sancimus, hoc est diem dominicum Paschæ cum omni honore et sobrietate venerari; simili modo totam hebdomadam illam observari decrevimus. Diem Ascensionis Domini plene celebrare. Item Pentecosten similiter ut in Pascha. In natali apostolorum Petri et Pauli diem unum, nativitatem S. Joannis Baptistæ, Assumptionem B. Mariæ Virginis. » Unde memorata festivitas universo cultu celebranda præscripta fuit in *Capitulariis regum Gallicæ*, h. e. in libris legum civilium et ecclesiasticarum imperatoris Caroli M. — Ludovicus Plus mandavit etiam,

(1) Hist. Eccl. lib. 17, cap. 23. In hæc verba Benedictus XIV: « È qui d'upo avvertire, che non avendo Niceforo, riferendo le leggi fatte da Giustiano e da Giustino, detta cosa veruna del giorno in cui dovevansi celebrare le feste del Natale e della Purificazione, ed avendo detto che da Maurizio fu stabilito il giorno decimo

nt festum hoc celebraretur, uti videri potest in *Capitulariis* lib. 2<sup>o</sup>, cap. 35, pag. 748; huic festo præscripta dies fuit, ut videri quoque poterit libro 7<sup>o</sup> *Capitulariorum*, c. 186, p. 955, et post hoc edictum Balutius loc. supra cit. pag. 1172 testatur, festum Assumptionis toto gallicano regno summa cum veneratione celebratum fuisse.

Præterea: tamquam nationale festum in Gallia reperitur Assumptio; quum id voverit Aloysius XIII qui suam Coronam regnumque sub patrocínio Deiparentis assumptæ collocabat. Quod occasionem dedit, ut integrum componeretur Officium Dominicæ in Octava Assumptionis regio voto dicatum. Aliquem hujus liturgiæ florem carpimus, dicamusque lectori:

It in suam requiem,  
Infert cælo faciem  
Arca viva Domini.  
Ad Deum ut adeant,  
Per te vota transeant:  
Non fas Matrem rejici.  
Amet tuam Galliam,  
Regi det justitiam,  
Plebi pacem supplici.

Magnificentia et munificentia div. Stephani regis augustam Basilicam erexit in honorem Virginis assumptæ, uti tradit Carthuius (2). Imo et legem condidit, qua decernitur, ut omnes diem quo elata est ad cælum Ss<sup>ma</sup> Dei

\* quinto d'Agosto, in cui si dovesse celebrare la festa dell'Assunzione, ciò dà pienamente a vedere, ch'era già prima del suo tempo la festa istituita, e che egli altro non fece che trasportarla dai 18 di Gennaio ai 15 di Agosto. » *Delle feste di Gesù e Maria*, tom. II, cap. VII, § IV.

(2) In vita S. Stephani regis.

Genitrix, inter celebratissimos haberent, ac *magnæ Dominae diem* compellerent (1).

Quæ cum ita sint, omnes diplomaticæ sapientiæ rutili splendores in assumptæ Virginis dogma converguntur, et dignitas objectiva rationum illud postulat. Hinc Ex<sup>mus</sup> ac Ill<sup>mus</sup> Aloysius Vaccarius inquit: « Corporea beatæ Mariæ Virginis in cælos Assumptio, inter articulos fidei, vel a Synodo œcumenica, vel ab ipsa Sede Aposto-

(1) Cons. Bonifacium lib. I, Decad. II de rebus Ungaricis; Canisium lib. V, cap. XXVIII de Festis B. M. V.

lica tandem aliquando ponetur. Tunc denuo, ut in ejus Immaculatæ Conceptionis definitione, illa scientia christiana aget triumphum, quam tu (dive Paule) a tertio cælo in mundum primus deduxisti (2). » Ecquam vero scientiam D. Paulus de cælo deduxit? scientiam christianam catholicam, quasique diplomaticam internationalem; unde merito vocatur *Orbis Magister, Doctor Gentium, Apostolus Nationum*.

(2) De B. V. M. Morte, Resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione, pag. 6, ex typis Ferrariorum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

## DUO CAPITA

# PARALIPOMENON

### Caput I.

Assumptio Deiparentis ad perfectionis culmen provehit systema triadis creatæ, VERUM, BONUM, PULCRUM. — Quæ hucusque deprompsimus, opitulatricem operam sacro Virginis assumptæ dogmati navant.

1. *Paralipomenon* græca vox est, ab interpretibus LXX duobus sacrae Scripturae libris præposita; idem sonat ac *rerum prætermisurarum*. Quoniam autem nonnulla prætermisimus in duobus hisce nostris Disquisitionibus, hæc proinde ratio est, quam obrem alia duo capita discutienda proposuimus.

Anima humana pessimis ob gratiam defæcata principiis non haurit pulcrum in arte, per artem, pulcrum finitum et quasi detentum in forma; sed pulcrum quod se attollit super omnia creationis opera, pulcrum in vero, propter bonum, pulcrum in Deo, propter Deum (1). Hanc cordis elevationem, hoc ut ita dicam *sursum corda* Christus in nobis operatus est. Hinc ars facta est spiritualis, halitu vivificata divino, et per creatam hanc tria-

(1) Languidam hujusce veritatis imaginem Plato divinus aspexit. "Harmonia quædam est," ait, "puritatem inter, veritatem et pulcritudinem,

dem *Verum, Bonum, Pulcrum* ad increatam Triadem Patrem, Filium, Spiritum sanctum, in qua et cum qua identificatur et ipse Deus est, nos evehit atque sublimat. Christus, veluti præfati sumus, hunc nobis attulit e cælo pulcritudinis typum, quem cernere modo debemus, qualiter cernere Christus fecit, in Maria et per Mariam cum anima et corpore in cælum assumptam, perennique venustate radiantem. Ipsa pulcritudinem naturæ in corpore, pulcritudinem gratiæ in anima, pulcritudinem gloriæ in anima simul et corpore mirifica ratione conjunxit. Singulas breviter perstringamus.

a) B. V. Maria pulcherrima corpore fuit, quæ speciosum forma præ filiis hominum e castissimis suis concepit visceribus. Quare sicut Christus speciosus fuit præ filiis hominum, ita Virgo pulcherrima fuit inter filias hominum. Corporis enim pulcritudo derivatur in prolem pulcritudine ac specie parentum, magis autem matris quam patris juxta illud: "Multum de patre decoris, plus de matre feras."

quod est purius, est verius et pulcrus." Filebo, argum. Victoris Cousin tom. 2 in *paraphrasi Platonis*.

Hinc factum est, ut S. Dionysius areopagita, contuens sacram Deiparam facie ad faciem, hanc pene Deam censuerit: « Testor, » uti scribit ad sanctum Paulum apostolum, « qui aderat in Virgine, Deum, si tua divina concepta mente non me docuissent, hanc ego Deum verum esse credidisset (1). »

b) Mente pulcherrima fuit, utpote thalamus Dei, thronus Verbi ex se incarnati, et consequenter totius Ssm<sup>ae</sup> Trinitatis. Quid throno Dei pulcrius? Certe nihil, nisi solus Deus. Hinc S. Epiphanius Virginem compellans, ait: « Solo Deo excepto, cunctis superior existis, formosior ipsis cherubim et seraphim, et omni exercitu angelico (2). » Certe formosior; animi quippe decor in virtutum omnium splendore ac gratiæ divinæ præcellentia consistit. Cum autem B. V. Maria cunctos angelos gratia et virtutibus incomparabiliter antecellat; consequenter illis omnibus longe pulcrior, formosior, venustior, nobilior, gratiosior est.

c) Maximam singularemque cælestis gloriæ pulcritudinem B. Virgo recepit: α) maximam, quia cælicolarum omnium gloriam mirabiliter transcendit; β) singularem, quia præ cunctis sanctis in anima et corpore cælica beatitate perfruitur. Trina memorata pulcritudo in Assumptionis

(1) Epistolam hanc refert Christophorus a Castro.  
(2) Orat. de laud. Virginis.

(3) Hanc in rem Gaspar De Luise: « La poesia, le arti belle hanno un oggetto assai uniforme alla tendenza del genio letterario ed artistico, come quello che si desta pel sublime e pel meraviglioso bello. La gloria dell' Assunzione di Maria è un sublime che offre innumerevoli aspetti tutti magnifici, onde la fantasia più riccamente si svolge, e il sistema sentimentale

die maxima singularique ratione præfulsit: etenim pulcritudo gratiæ seu animæ pulcritudinem naturæ seu corporis, pulcritudo gloriæ, pulcritudinem gratiæ ac naturæ mirum in modum perfecit et collustravit. Natura, gratia, gloria seu pulcritudo naturæ naturalis, pulcritudo gratiæ supernaturalis, pulcritudo gloriæ cælestis exhibuerunt Virgini Deiparæ vestitum illum deauratum, inenarrabili varietate contextum. Unitas autem cum varietate pulcritudinem gignit. Ecquis illas æstimet gemmas? ecquis nominet stellas quibus Mariæ regia vestis ac diadema compactum est? Pulcritudo gloriæ quam Maria Virgo adepta est, tanta est, ut major esse non possit. Quemadmodum in terris nullus locus dignior ac pulcrior uteri virginalis templo in quo Dei Filium Maria suscepit, sic in cælis nullus altior atque formosior regali solio, in quo beatam Mariam Filius sublimavit. Quemadmodum quicquid gratiæ dispersum erat in sanctis, totum excellentiore modo fuit in Virgine adunatum; ita quicquid est gloriæ et ideo pulcritudinis in angelis et sanctis animabus, totum adunatum est eminentiore modo in Virgine (3). O incomparabilem gloriam! o inæstimabilem pulcritudinem!!!

Isthæc autem pulcritudo cum veri-

« più maestosamente si estrinseca. La pittura, la scultura hanno un che divino in Maria assunta ne' cieli, perchè la riguardano non più solamente nell'atto di suggerire le prime aure di vita segnata dal suo altissimo destino e i tratti della sua vita ancora, ma nella gloria della divinità, onde essa è ammantata, *Mulier amicta sole* (Apoc. xii, 1). Le glorie umane destinate de' più nobili sentimenti non hanno che fare con le glorie divine, come quelle sono soprannaturali, ed

tate ac bonitate conjungitur: veritatem in 1<sup>a</sup> Disquisitione nostra rimatum sumus; bonitatem i. e. utilitatem in hac 2<sup>a</sup> Disquisitione conspeximus. Quare Deiparentis Assumptio in perfectionis culmen provehit systema triadis creatæ, *Verum, Bonum, Pulcrum*.

2. Præterea: quæ hucusque deprompsimus, opitulatricem operam sacro Virginis assumptæ dogmati navant. Pro me veritatem hanc demonstret Cardinalis Joannes Bapt. Franzelin, qui, licet multus hac in re sit, ob ejus tamen sublimitatem et venustatem nullo fastidio lectorem prosequitur; ait enim: « Non opponimus igitur hoc loco *humanum divino* sicut distinguitur *natura et gratia*; sed *elementum humanum* dicimus tam naturalem quam supernaturalem *dispositionem ac cooperationem ex parte hominum*, quam Spiritus sanctus sua providentia et assistentia moderatur ac dirigit ad fidei explicationem, definitionem ac defensionem. Unde elementum istud quod dicimus *humanum*, quatenus pertinet ad præparationem explicationis, considerari debet semper sub speciali providentia et directione Spiritus sancti; adeoque in ipsa præparatione humanum a divino distingui, non tamen separari potest. Possumus autem hanc præparationem spectare in universa Ecclesia, et ideo primo loco in ipsa Ecclesia docente et in magisterio authentico, vel possumus eam considerare ut est in hominibus et cœtibus privatis, puta in scholis et theologis vel in populo chri-

« immensamente si distinguono dalle glorie umane per quanto è superiore al pensiero dell'uomo « il pensiero arcano di Dio. » *L'Assunzione di Ma-*

stiano. Primo modo debet dici directa præparatio explicationis, sub providentia Spiritus sancti inducentis in omnem veritatem; altero modo debet dici præparatio indirecta, quatenus conjungitur et subservit auctoritati et actioni Ecclesiæ docentes... Elementum humanum potest quidem esse varium in diversis adjunctis et diversis ætatibus; sed infallibilitas propositionis et definitionis tota nititur in promissa assistentia Spiritus sancti, non vero pendet a perfectione elementi humani, diligentia, inquisitionis, theologice scientiæ per se spectatæ... Unde α) pro diversitate elementi humani potest aliquibus ætatibus explicatio fidei esse illustrior quam aliis. β) Pro eadem diversitate ipsæ formales definitiones fidei possunt esse aliquibus temporibus pleniore, distinctiores, quam aliis. γ) Imo fieri potest, ut ex imperfectione elementi humani (scientiæ, inquisitionis, cooperationis, sanctitatis) non deveniatur ad definitionem, ad quam Spiritus sanctus sub conditione majoris perfectionis deduxisset (1). » Labet hic adscribere Ludovici Molinæ lucidissimam hujus rei explicationem: « Quamvis Spiritus sanctus adfuerit semper Ecclesiæ, ne in suis definitionibus erraret, omnesque proinde sint verissimæ et inter se consentientes; negandum tamen idcirco non est, Deum, quando aliqua sese offerunt definienda, exigere ab Ecclesia cooperationem ac investigationem eorum quæ definienda sunt, et pro qualitate hominum qui

*ria trionfo della dottrina cattolica sul Naturalismo, Conclusione.*

(1) De Tradit. th. xxv.

in Conciliis conveniunt, investigatione et industria quæ adhibetur, et pro majori vel minori peritia ac notitia rerum quæ uno tempore quam aliis habetur, confici definitiones magis aut minus perspicuas exactiusque ac plenius definiiri res uno tempore quam aliis. Etenim Spiritus sanctus cum suaviter omnia disponat, ita Ecclesiæ ne erret, assistit, ut illius cooperationi et industriæ, temporumque opportunitatibus ac circumstantiis suum locum relinquat (1). »

Humanum hoc elementum quod graphice depinxerunt clarissimi duo Jesuitæ scriptores, futuro Virginis assumptæ dogmati maximopere favet. a) Totus catholicus intellectus in *Ecclesia magna* novemdecim ab hinc sæculis veritatem Assumptionis unanimiter tradit, demonstrat, tuetur. Cf. 1<sup>am</sup> partem 1<sup>æ</sup> nostræ Disquisitionis. b) Plurima sacræ Scripturæ loca pro corporea Deiparentis Assumptione perpendunt collustrantque perillustres exegetæ. Cf. 2<sup>am</sup> partem. c) Ratio theologica et Polemica mirifice confirmant propositam veritatem. Cf. 3<sup>am</sup> et 4<sup>am</sup> partem. Quibus ex rebus prono velut alveo manat FIRMITUDO CATHOLICÆ VERITATIS. d) Pneumatosomatica Deiparentis Assumptio nobis suppeditat objectum veritatis definibile, quin imo proxime definibile, quum alias inter rationes assumptæ Virginis dogma petierint, ut antea diximus, plures œcumenicæ Synodi Patres, qua prudentia, qua sanctitate, qua sapientiæ nitore præfulgentes. Cf. 1<sup>am</sup> partem 2<sup>æ</sup> Disquisitionis nostræ. e) Magna reperitur calamitosis

(1) In 1 p., q. 14, art. 13, disput. xv, n. 7.

hiscæ nostris temporibus opportunitas in Assumptione Virginis definienda, quum ex hoc dogmate progerminent opimi fructus in rem philosophicam, theologicam, diplomaticam. Quam ob rem plures trinæ scientiæ veritates mirifice collustrantur, ita, ut Assumptionis dogma christianum aerem ab hoc errorum ingruentium epidemico pestilentique morbo longe lateque grassante defæcaverit: Rom. Pontifex, instar Moysis, Jehovah nomine mare hujus mundi percutiet Virginis assumptæ dogmate tamquam mirifica virga, et discedentibus illico furentis hetherodoxiæ fluctibus christianas copias sicco tramite deducet ad magnum veritatis portum. Cf. 2<sup>am</sup>, 3<sup>am</sup>, 4<sup>am</sup> partem. Quibus per synthesein plane deducitur HARMONIA CATHOLICI DOGMATIS.

En igitur quæ hucusque retulimus, en humanum elementum quod per supernaturalem gubernationem Spiritus sancti quæ naturam non destruit, sed elevat ac ordinat, Assumptionis dogmati subservit, elemento supernaturali, psychologico miraculo Maximi Præsulis ancillatur.

Verum, ut humanum hoc elementum liquidius innotescat, hunc subscribimus articulum quem Aloysius Vaccarius episcopus Synopes ex Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis inscripsit: « Causa Assumptionis beatæ Mariæ Virginis in Concilio Vaticano. » En sua verba: « Adventante tempore indictæ a Pio IX celebrationis Concilii Vaticani, undequaque in corde multorum florescere cœpit spes fore ut, stante ipsa Synodo, oraculo infallibili et œcumenico defini-

retur Assumptio corporea Immaculatæ Virginis Mariæ. Unde inter Patres Vaticanos circuire cœpit *Postulatum* ad Summum Pontificem, quod hic in sua genuinitate subjicimus, quia a priscis Ecclesiæ temporibus usque ad tempora nostra maximum est inter illa documenta, quæ probant fidem tutissimam universi catholici orbis in Assumptionem Mariæ. Et non solum testis est hæc *Postulatio* communis sensus fidelium in tantum Mariæ privilegium, sed etiam ejus, ut ajunt, *definibilitatis* et vivissimi inter catholicos desiderii, ut tandem vel per Synodum universalem, vel per Sedem Apostolicam inter fidei articulos reponatur.

« BEATISSIME PATER,

« Quum juxta Apostolicam doctrinam Rom. v-viii, Cor. xv, 24-26, 54-57, Hebr. ii, 14-15, aliisque locis traditam, triplici victoria de Peccato, et de Peccati fructibus, Concupiscentia et Morte, veluti ex partibus integrantibus constituatur ille triumphus, quem de Satana antiquo serpente Christus retulit; quumque, Gen. iii, 15, Deipara exhibeatur singulariter associata Filio suo in hoc triumpho, accedente unanimi Sanctorum Patrum suffragio, non dubitamus quin in præfato oraculo eadem beata Virgo triplici illa victoria præsignificetur illustris; ideoque non secus ac de peccato per Immaculatam Conceptionem, et de Concupiscentia per virginalem Maternitatem, sic etiam de inimica Morte singularem triumphum relatura per acceleratam ad similitudinem Filii sui

resurrectionem, ibidem prænunciata fuerit. Id quod a naturali unitate carnis Christum inter ejusque Matrem illustrationem novam accepit. Optimo igitur jure Christum Jesum ita alloqui sanctissimam Matrem suam posse clarissimus Suarez docet in part. quæst. xxxvii, art. 4: *Hæc nunc est caro, de qua est caro mea*. Et nos firmiter omnes affirmare possemus, Corpus Virginis fuisse quodammodo initium humanæ salutis, quia ex illius sanguine Corpus Christi sumptum est, quod fuit nostræ salutis pretium. Ideoque inconcussa fide tenendum idem Virginis corpus singulari modo redemptionem participasse, seu anticipatam gloriam et immortalitatem consecutam fuisse.

« Insuper de hac Immaculatæ Virginis resurrectione, et in cælos Assumptione, uti ex concordi majorum consensu, et constanti, publico, solemnique cultu clare evincitur, antiqua est utriusque Ecclesiæ traditio, ad quam servandam rei manifesta cohærentia cum aliis beatæ Virginis prærogativis, carentia reliquarum, sepulcrumque corpore virgineo vacuum conspirabant.

« Quod si aliquando nonnullis hæsitatio quædam fuit, occasione, ut videtur, Decreti Gelasiani de *Libris Apocryphis*, ea tamen non obstante, antiqua et venerabilis sententia talem nacta est a pluribus sæculis consensum, ut a Theologis communiter habeatur pro certa et definibili de fide, de qua dubitare viro catholico nefas sit; immo non desunt graves auctores, qui eam ut jam de fide habeant. Satis heic erit in memoriam revocare Be-

nedicti XIV verba, qua postquam pro virili sua parte de pia sententia disseruerit, addit *De Canoniz. Sanct. lib. 1, cap. 42, n. 15*: — « De eodem scilicet festo loquitur sanctus Bernardus *Epistola 174, ad Can. Lugd. n. 3, Tom. 2, opp. Accepi sane ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione esse colendum, quo assumpta de sæculo nequam cælis quoque intulit celebritatem gaudiorum*. Gregorii præterea Turonensis, Andreae Jerosolymitani, Gregorii Magni Pontificis, Ildephonsi Toletani Episcopi, Joannis Damasceni, Bernardi Abbatis assertiones præclare ostendunt beatissimam Virginem placida morte terris ereptam in cælis statim assumptam fuisse. Piæ et religiosæ sententiæ de assumpto in cælis Virginis corpore rationes item theologicæ suffragantur petitiæ ex dignitate Matris Dei, ab excellenti virginitate, ab insigni super omnes homines et angelos sanctitate, ex intima cum Christo Filio conjunctione et consensione, ex Filii in Matrem dignissimam affectu. Denique, quod caput est, si Ecclesia non modo assumptam in cælum Virginem celebrat die 15 augusti et aliis sequentibus, sed etiam homilias sanctorum Damasceni et Bernardi legendas fidelibus tradit, quæ corpore simul et anima assumptam disertissimis verbis affirmant, de ejus auctoritate ac suffragio neququam dubitandum esse videtur. » —

« Exinde plane constat hoc privilegium, quod in systemate Mariano conspicua pars est, quodque tantopere cum aliis doctrinis revelatis cohæret, Apostolos, ipsumque Joannem la-

tere non potuisse, proindeque ex Apostolica traditione Ecclesiæ innouisse.

« Ex his, aliisque gravibus momentis, quæ ab antiquis sexcentisque rerum Ecclesiasticarum scriptoribus passim afferuntur, hanc piam vetustamque sententiam omni firmitate muniri, atque de fide definibilem esse novimus.

« Quapropter, beatissime Pater, quia paucis abhinc annis Tuum infallibile oraculum, longe jam populorum desiderio expectatum, effusaque gentium deprecatione expetitum, maximo Episcoporum et Christi fidelium plausu exceptum, Dogmaticam nempe Definitionem de Immaculato primo Deiparæ Conceptu emisisti, a Te Nos et Christianæ plebes sollicitudini nostræ commissæ quam vehementer expostulamus, ut Ecclesia, omnia Deiparæ ornamenta et triumphos in unum congerens, Illam anima simul et corpore cælorum sedibus fuisse receptam definiat.

« Neque enim hoc gloriosum facinus immerito postulatur, quippe sicut virgineo pede antiqui serpentis caput beata Virgo contrivit, ita solemnibus hac novæ gloriæ suæ manifestatione Christi Filii sui, suosque hostes in hac piaculari ætate grassantes invicte conteret. Si Illa quidem ad nos misericordes oculos convertet, immanes qui debacchantur errores, *Rationalismum* præsertim, et *Materialismum*, ceutumentes æquoris fluctus confringendos, vitiaque nefanda, quæ veluti Noemi ævo terram undique polluant, exulatura fore confidimus. Quinimo ipsis Catholicæ Fidei adversariis, prælucente maris stella, ad Petri navi-

gium festinanter remeantibus, unum erit ovile, et unus pastor.

« Quæ cum ita sint, Ss. Pater, sacerdotii culmen et apex, et Ecclesiæ Catholicæ os, Nos Vaticani Concilii a Te indicti Patres, ad Tuos pedes, de quibus dictum est: *Quam pulcri pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* devote provoluti, Deiparam anima immaculata et virgineo corpore in cælis viventem, supremo Tuo magisterio in hac sacrosancta Synodo firmari, proclamari, defini, enixis precibus postulamus. »

« Hoc *Postulatum* a nobis ipsis excussum, dum adhuc curatoris officium habebamus apud Basilicam sancti Pauli extra muros Romæ, adjuvante Benedicto Dusmet Ordinis S. Benedicti et Archiepiscopi catanensis, et admodum Rev. P. Remigii Busellii franciscalis, a fere ducentis Patribus Vaticanis ob-signatum fuit; inter quos circa viginti S. R. E. Cardinales et fere omnes Ordinum religiosorum generales Ministri. Sed cum imminente bello gallo-germanico Synodus Vaticana heu! abrupta fuerit, in incerto remansit tempus tam auspiciatissimæ definitionis.

« Viguit autem et adhuc viget in multis Episcopis desiderium ut hæc causa suum finem tandem habeat. Inter quos præfulget Fr. Joseph Antonius Virdia Ordinis Minorum Conventualium Episcopi cariatensis; qui anno proxime elapso suum novum *Postulatum* Leoni XIII remisit: *Pro dogmatica Definitione integræ in cælos Assumptionis Deiparæ Virginis*. De hoc *Postulato* alibi dicemus.

« Multi etiam inter sacerdotes inferioris ordinis vivissime percipiunt et votis accelerant hanc novam definitionem. Inter quos unum tantum nobis liceat indicare, scilicet illustrem Antonium Pujia archipresbyterum Philadelphicæ in Calabria, qui nobis anno mox superiore (april. 1880) brevissimum opusculum remisit cui titulus: *Opportunità a definirsi dommaticamente l'Assunzione corporea di Maria*. Circa quam opportunitatem, lector benevole, res tota committenda est prudentiæ sanctæ Sedis Apostolicæ, cujus vigilantia a Christo Domino commissa fuit universi orbis christiani sollicitudo (1). »

#### Caput II.

Quantum Assumptionis festum celebre sit ac vetus. — Quoto vitæ suæ anno mortem oppetierit B. V. Maria. — Quonam loco naturæ concesserit. — Post quot dies gloriosa revixerit.

1. Plures DD. opinantur, festum Assumptionis ab Apostolis fuisse constitutum. Id tamen haud luculenter patet, quum alte sileant historica monumenta. Sed ita rem tenuiter componendam autumamus. Beati Apostoli totum per orbem tradiderunt corpoream Deiparentis Assumptionem, sub quorum oculis hæc Assumptio contigit. Verum Ecclesia, labentibus temporibus, hoc Assumptionis festum celebrari solemniter præcepit. Unde mellitus doctor Bernardus: « Accepi sane, » inquit, « ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione colendum, quo assumpta (loquitur de Vir-

(1) De B. V. M. Morte, Resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione, pp. 231-236, ex typis Ferrarise.



nedicti XIV verba, qua postquam pro virili sua parte de pia sententia disseruerit, addit *De Canoniz. Sanct. lib. 1, cap. 42, n. 15*: — « De eodem scilicet festo loquitur sanctus Bernardus *Epistola 174, ad Can. Lugd. n. 3, Tom. 2, opp. Accepi sane ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione esse colendum, quo assumpta de sæculo nequam cælis quoque intulit celebritatem gaudiorum*. Gregorii præterea Turonensis, Andreae Jerosolymitani, Gregorii Magni Pontificis, Ildephonsi Toletani Episcopi, Joannis Damasceni, Bernardi Abbatis assertiones præclare ostendunt beatissimam Virginem placida morte terris ereptam in cælis statim assumptam fuisse. Piæ et religiosæ sententiæ de assumpto in cælis Virginis corpore rationes item theologicæ suffragantur petitiæ ex dignitate Matris Dei, ab excellenti virginitate, ab insigni super omnes homines et angelos sanctitate, ex intima cum Christo Filio conjunctione et consensione, ex Filii in Matrem dignissimam affectu. Denique, quod caput est, si Ecclesia non modo assumptam in cælum Virginem celebrat die 15 augusti et aliis sequentibus, sed etiam homilias sanctorum Damasceni et Bernardi legendas fidelibus tradit, quæ corpore simul et anima assumptam disertissimis verbis affirmant, de ejus auctoritate ac suffragio neququam dubitandum esse videtur. » —

« Exinde plane constat hoc privilegium, quod in systemate Mariano conspicua pars est, quodque tantopere cum aliis doctrinis revelatis cohæret, Apostolos, ipsumque Joannem la-

tere non potuisse, proindeque ex Apostolica traditione Ecclesiæ innouisse.

« Ex his, aliisque gravibus momentis, quæ ab antiquis sexcentisque rerum Ecclesiasticarum scriptoribus passim afferuntur, hanc piam vetustamque sententiam omni firmitate muniri, atque de fide definibilem esse novimus.

« Quapropter, beatissime Pater, quia paucis abhinc annis Tuum infallibile oraculum, longe jam populorum desiderio expectatum, effusaque gentium deprecatione expetitum, maximo Episcoporum et Christi fidelium plausu exceptum, Dogmaticam nempe Definitionem de Immaculato primo Deiparæ Conceptu emisisti, a Te Nos et Christianæ plebes sollicitudini nostræ commissæ quam vehementer expostulamus, ut Ecclesia, omnia Deiparæ ornamenta et triumphos in unum congerens, Illam anima simul et corpore cælorum sedibus fuisse receptam definiat.

« Neque enim hoc gloriosum facinus immerito postulatur, quippe sicut virgineo pede antiqui serpentis caput beata Virgo contrivit, ita solemnibus hac novæ gloriæ suæ manifestatione Christi Filii sui, suosque hostes in hac piaculari ætate grassantes invicte conteret. Si Illa quidem ad nos misericordes oculos convertet, immanes qui debacchantur errores, *Rationalismum* præsertim, et *Materialismum*, ceutumentes æquoris fluctus confringendos, vitiaque nefanda, quæ veluti Noemi ævo terram undique polluant, exulatura fore confidimus. Quinimo ipsis Catholicæ Fidei adversariis, prælucente maris stella, ad Petri navi-

gium festinanter remeantibus, unum erit ovile, et unus pastor.

« Quæ cum ita sint, Ss. Pater, sacerdotii culmen et apex, et Ecclesiæ Catholicæ os, Nos Vaticani Concilii a Te indicti Patres, ad Tuos pedes, de quibus dictum est: *Quam pulcri pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* devote provoluti, Deiparam anima immaculata et virgineo corpore in cælis viventem, supremo Tuo magisterio in hac sacrosancta Synodo firmari, proclamari, defini, enixis precibus postulamus. »

« Hoc *Postulatum* a nobis ipsis excussum, dum adhuc curatoris officium habebamus apud Basilicam sancti Pauli extra muros Romæ, adjuvante Benedicto Dusmet Ordinis S. Benedicti et Archiepiscopi catanensis, et admodum Rev. P. Remigii Busellii franciscalis, a fere ducentis Patribus Vaticanis ob-signatum fuit; inter quos circa viginti S. R. E. Cardinales et fere omnes Ordinum religiosorum generales Ministri. Sed cum imminente bello gallo-germanico Synodus Vaticana heu! abrupta fuerit, in incerto remansit tempus tam auspiciatissimæ definitionis.

« Viguit autem et adhuc viget in multis Episcopis desiderium ut hæc causa suum finem tandem habeat. Inter quos præfulget Fr. Joseph Antonius Virdia Ordinis Minorum Conventualium Episcopi cariatensis; qui anno proxime elapso suum novum *Postulatum* Leoni XIII remisit: *Pro dogmatica Definitione integræ in cælos Assumptionis Deiparæ Virginis*. De hoc *Postulato* alibi dicemus.

« Multi etiam inter sacerdotes inferioris ordinis vivissime percipiunt et votis accelerant hanc novam definitionem. Inter quos unum tantum nobis liceat indicare, scilicet illustrem Antonium Pujia archipresbyterum Philadelphicæ in Calabria, qui nobis anno mox superiore (april. 1880) brevissimum opusculum remisit cui titulus: *Opportunità a definirsi dommaticamente l'Assunzione corporea di Maria*. Circa quam opportunitatem, lector benevole, res tota committenda est prudentiæ sanctæ Sedis Apostolicæ, cujus vigilantia a Christo Domino commissa fuit universi orbis christiani sollicitudo (1). »

#### Caput II.

Quantum Assumptionis festum celebre sit ac vetus. — Quoto vitæ suæ anno mortem oppetierit B. V. Maria. — Quonam loco naturæ concesserit. — Post quot dies gloriosa revixerit.

1. Plures DD. opinantur, festum Assumptionis ab Apostolis fuisse constitutum. Id tamen haud luculenter patet, quum alte sileant historica monumenta. Sed ita rem tenuiter componendam autumamus. Beati Apostoli totum per orbem tradiderunt corpoream Deiparentis Assumptionem, sub quorum oculis hæc Assumptio contigit. Verum Ecclesia, labentibus temporibus, hoc Assumptionis festum celebrari solemniter præcepit. Unde mellitus doctor Bernardus: « Accepi sane, » inquit, « ab Ecclesia illum diem cum summa veneratione colendum, quo assumpta (loquitur de Vir-

(1) De B. V. M. Morte, Resurrectione et in cælum gloriosa Assumptione, pp. 231-236, ex typis Ferrarise.

gine) de sæculo nequam, cælis quoque intulit celeberrimorum Festa gaudiorum (1). »

Ast quonam tempore festum hoc instituit Ecclesia? Ludovicus Thomasinus (2), et alii rentur, post ephesium Concilium quod anathemate percutiebat Nestorium autumantem Virginem M. vocari non posse Theotocon, longelateque cultum Theimatrix fuisse dilatatum ita, ut fideles plura festa celebraverint, pluraque templa construxerint sub titulo: *De qua natus est Jesus*; circa sæculum vi prodixisse in lucem opus magno Dionysio tributum *De Divinis Nominibus* in quo multa de Virginis Morte, Resurrectione et Assumptione disseruntur; sæc. v labente ac vi ineunte de hac Morte, Resurrectione et Assumptione fideles cœpisse libere loqui, et, petentibus fidelibus ipsis, festum Assumptionis pedetentim obtinuisse, de quo verba faciunt Regula Codregangi sub regno Pipini, Capitularia Caroli magni et Ludovici Pii, necnon moguntina Synodus ann. 813.

Alii putant hocce festum antiquius. Papa quippe Sergius qui floruit sæculo vii, « Constituit, ut diebus Annunciationis Domini, Nativitatis, et Dormitionis S. Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ... Litania exeat a S. Hadriano, et ad S. Mariam Populus occurrat (3). » Insuper Mauritius Imperator qui certe vixit ante

(1) Epist. 174 ad Canonicos Lugdunenses.

(2) De Festis lib. 2, cap. 20, num. 10.

(3) In libro Pontificali.

(4) Hist. Eccl. lib. 17, cap. 28.

(5) Liturgia Gallicana lib. 2, pag. 11.

(6) Breviarium Gestorum Romanorum Pontificum, in vita S. Sergii, n. 26.

finem sæculi vi, festum Assumptionis transtulit ex die 18 januarii ad diem 15 augusti, prouti refert Callixtus Nicephorus (4), et solide probant Cardinalis Cæsar Baronius in Notis ad Martyrologium die 15 augusti, Florentinius in Notis ad Martyrologium die 18 januarii, Mabillonius (5), Pagus junior (6), Martenius (7) aliique.

2. Quid autem de festi hujus solemnitate dicemus? Pseudo-Augustini liber hisce verbis exorditur: « Adest nobis, dilectissimi Fratres, dies valde venerabilis, dies omnium Sanctorum solemnitas præcellens (8). » Huic concinit Pseudo-Hieronymus, inquit: « Hæc profecto festivitas, sicuti beata Maria incomparabilis est virginibus cæteris, ita incomparabilis est omnium Sanctorum festivitibus, et admiranda est etiam angelicis virtutibus (9). » Rationem solemnitatis edisserit Suarezius et inquit: « Festum hoc est maxime proprium ipsius Virginis, et inter festivitates ejus habet quamdam excellentiam, quia gloriam, præmium ac triumphum sanctissimæ Virginis nobis repræsentat (10). »

Jejunium et pervigilium quæ hujusmodi solemnitatem præcedunt, hanc magno jugiter in honore fuisse suadent. Hoc jejunium memorat Nicolaus I qui ann. 858 Pontificatus honorem et jurisdictionem capessivit, ad Bulgaros rescribens (11). Hujus etiam festivitatis excellentia infertur exinde,

(7) De antiqua Ecclesie disciplina in Divinis celebrandis Officiis, cap. 33, n. 26.

(8) Serm. xxxv, de Sanct. in Append. cxxvii.

(9) Epist.

(10) De Relig. tom. 1, lib. ii, cap. viii, num. 13.

(11) Cap. iv in Collect. Concil. Labbai tom. viii, pag. 518.

quod hujusmodi festi memoria per octo successivos dies usque adhuc celebratur. Quare Sigebertus scribit: « Decevit etiam (Leo Pp. IV, quem ipse V<sup>m</sup> dicit) ut octavæ Assumptionis S. Mariæ in Ecclesia Romana celebrarentur (1). » Imo, sæculo vii exeunte, Sergius Pont. Max. ad excitandam erga solemniores quosdam dies observantiam decrevit, ut diebus Annunciationis Domini, Nativitatis et Dormitionis sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ a S. Adriano ad S. Mariam de populo litania sive processio haberetur (2). » Jure proinde merito cæteris B. M. Virginis festivitibus ista præcellit, aliarumque solemnitatum solemnitas nuncupatur.

3. Quo ætatis anno supremum diem beata Virgo clausit, incerta res est. Andreas cretensis, nullum constituens annum, inquit, « illam migrasse ab humanis, ubi ad extremam devenisset senectutem (3). » Epiphanius ecclesie constantinopolitanæ presbyter, Hippolyti Thebani fultus auctoritate fatetur, Jessæam Virginem esse mortuam anno ætatis suæ 57<sup>o</sup> (ann. Christi 42), licet posthac opinetur esse mortuam anno 72<sup>o</sup>. Callixtus Nicephorus, Evodium sequens (4), autumat contigisse mortem Deiparentis an. 59<sup>o</sup> (ann. Christi 44); sed Evodium postea relinquens, communiore sententiæ favet. Eusebius, Cæsareæ in Palæstina epi-

(1) In Chron. ad ann. 847.

(2) Anast. Biblioth. De Sergio I, pag. 184.

(3) Orat. 1 de Dormit. Deip., in Biblioth. Patrum, tom. x, p. 655.

(4) Lib. ii, cc. 3-21.

(5) Chron. ad ann. 48.

(6) Ad ann. Christ. 48, § 5.

scopus (5), censet cum aliis historiographis quorum sententiam refert Baronius (6), Virginem M. oppetiisse mortem anno vitæ suæ 63<sup>o</sup> (ann. Christi 48); cui sententiæ Cardinalis Bonastudet, inquit: « Corona B. Virginis ex sexaginta tribus Salutationibus Angelicis componitur, et septem Orationibus Dominicis. Est autem hæc precatio ex sexaginta tribus Angelicis Salutationibus compacta juxta numerum annorum, quibus B. Virgo in terris vixisse creditur, ut fert Doctorum probabilior sententia (7). » — D. Thomas et Albertus magnus Dionysii testimonium (8) enucleantes, Virg. Deiparam occubuisse putant anno 72<sup>o</sup> (ann. Christi 57). In hanc sententiam descendunt S. Antoninus, Suarezius, Cornelius A Lapide, Card. Gotti (9), Benedictus XIII (10) et alii, sic, ut hæc sententia communior atque potior esse videatur.

4. Gloriosum Deiparæ tumulum acriter sibi vindicant duæ nobilissimæ Asiæ urbes, Jerosolyma et Ephesus. Attamen verosimilius apparet, Jerosolymis Virginem Deiparam obiisse, prout ostendit S. Joannes Damascenus (11), S. Andreas cretens., Callixtus Nicephorus et alii plures historia euthymiana confisi, qua in historia memoriæ proditum est, Marcianum et Pulcheriam Imp. Archiepiscopo jerosolymorum Juvenali petiisse corpus Virginis Mariæ, ut transferretur in

(7) Horolog. ascet., cap. 5, § 17.

(8) De Divin. Nomin., cap. 3.

(9) De Verit. Relig. Christ. tom. iv, part. ii, cap. 20, § 3, nn. 12 et 13.

(10) Serm. xcvi in Virg. Deip.

(11) Orat. de Dormit. Deip., ac præsertim or. 2, num. 18.

ecclesiam constantinopolitanam a Pulcheria conditam, *S. Mariam in Blachernis*. Respondit Juvenalis, tumulum cum vestibus apud Gethsemanem reperiri, corpus autem nullo modo, etc. (1). Veterrimam hanc traditionem roborat Ven. Petrus Canisius, cum ait: « Primum veneranda conspirat antiquitas, Mariam post Filium in caelos assumptam Jerosolymis non solum, ut diximus, habitasse, sed etiam extremum clausisse diem, fortasse ut formosa filia Jerusalem a terrestri ad caelestem Jerusalem recta proficisceretur. Hinc magnum decus accessit Ecclesiae Jerosolymitanæ, utpote quæ non modo Apostolis, et nascenti Christianismo, sed etiam Deiparæ diuturnum hospitium præbuit; quandoquidem hæc post Filii sui resurrectionem illic vitam suam egit, atque complevit, sed et sepulturæ locum ibidem accepit, quemadmodum indicat Damascenus (2). »

Modestus jerosolymitanus itidem tradit, tumulum B. M. Virginis reperiri Jerosolymis *in loco qui dicitur Gethsemani* (3). Hoc ipsum Andreæ cretensis auctoritate suadet, qui apertissimis verbis Immaculatam Dei Matrem in monte Sion *naturæ obsequatam legibus, finem vitæ accepisse* tradit (4). Sententiam hanc tuentur Cedrenus (5), Nicephorus Callixtus (6), Bartholomæus tridentinus (7), Guilielmus Tyrius (8) alique plures. Bro-

(1) Cf. capp. 14 et 15 Hist. Eccl. Nicephori Callixti, ubi reperitur Orat. Juvenalis habita in Conc. Chalced. 451 coram Marcian. et Pulcher. — De Hist. Euthymiana loquemur et infra.

(2) Lib. v, cap. 3 de M. V. Deipara.

(3) Encom. in Deip. § 55 a Præsule Giacomelli latin. reddit.

cardus censet, Mariæ tumulum in valle Josaphat inveniri (9). Jacob de Vitriaco, Saligniacus et Breimbachius Mariam Jerosolymis et mortuam et sepultam dicunt.

Qui Mariam Ephesi mortuam esse contendunt, auctoritati nituntur Epistolæ synodicae Conventus ephesini, an. 431 coacti, ad clerum et populum constantinopolitanum; in ea namque Patres scribunt: « Ea in urbe, nempe Ephesi, damnatum Nestorium, in qua theologus Joannes et Dei Genitrix Virgo S. Maria... » Porro memoratæ sententiæ fautores ita ratiocinantur. Græci latinique sermonis natura hæc est, ut quoties verbum in propositione tacetur, substantivum tunc verbum suppleatur. Hinc verba Concilii ephesini verbis istis æquipollent: « in qua est aut sunt theologus Joannes et Dei Genitrix Virgo S. Maria. » Sed viventes Ephesi non erant Joannes et Maria: igitur erant illic eorundem sepulcra: igitur Ephesi mortem oppetiit Virgo Deipara. — Perperam tamen. Eruditissimus enim Natalis Alexander inquit: « Verum hæc non significant extare Ephesi S. Joannis et Deiparæ sepulcra vel corpora, sed ibi templa in eorum memoriam erecta (10). » Et Serry declarat: « Præterea, si quid debeat absolute intelligi, est aut sunt possent intelligi de patrocínio, scriptum est enim: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo,*

(4) Biblioth. Patr. tom. x, pag. 657.

(5) Compend. hist., pag. 149, Edit. Ven.

(6) Lib. II, cap. 21 Hist. Eccl.

(7) Vit. et act. Sanctor. per anni circ.

(8) Hist. Eccl. lib. xv, cap. 14.

(9) Part. I, cap. 7, § 46.

(10) Hist. Eccl. sœc. I, cap. I, art. 3, num. 5.

*ibi sum in medio eorum* (1). Antonius autem Morcelli (2) putat, illa verba *in qua theologus*, etc. superaddita primum fuisse margini, deinde perperam in orationis seriem intrusa.

Alii ex Christi morientis dilecto Joanni Matrem commendantis verbis adducti; necnon ex hisce verbis sacrae Scripturae: *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua* (3), Deiparam Ephesi moratam esse, supremumque diem clausisse opinantur. Hanc tamen rationem enervat extenuatque divus Epiphanius, tradens: « Cum Joannes interim in Asiam profectus est, nunquam tamen beatam Virginem itineris comitem secum habuisse significat (4). »

Nec satis, quum veritas quam propugnandam suscepimus, magis magisque græcorum Menologio roboretur. Sub die namque XVI septembris memoratur in eo: « Magnus apostolus et evangelista Joannes post Domini ascensionem et Deiparæ obitum venit Ephesum, Christum evangelizans, delatusque ad Domitianum imperatorem relegatur in insulam Patmos. » Iterum ad diem XXII januarii tradit: « Certamen sancti apostoli Timothei. Timotheus a sancto Paulo, temporibus Neronis imperatoris, primus Ephesi episcopus ante S. Joannem theologum ordinatus est. Theologus enim post sanctæ Deiparæ dormitionem venit Ephesum. » Verum hæc supra relatata Virginem Mariam Ephesi non occubuisse demonstrant.

(1) Exercit. 65, n. 5, c. XVIII resp. ad Sant.

(2) Kalend. Eccles. Constantinop., pag. 209.

(3) Joann. cap. XIX, vers. 27.

(4) Hier. 78 quæ est anticodomanitarum.

Polyrates insuper ephesinorum episcopus in epistola ad Victorem Pont. Max., ut hic sententia sua et auctoritate consuetudinem de Paschate in Asia celebrando confirmaret, nobilissimos recenset viros qui Ephesi mirabiliter inclaruere, quos inter et Joannem Ephesi vita functum, et Philippi filiam, prophetiæ dono insignem nominat, nulla de alma Dei Parente Maria deque tumulto ejus Ephesi reperto mentione facta. Verumtamen Patres, ut antea meminimus, hunc Deiparæ tumulum Jerosolymis reperiri commemorant. Quapropter illos qui denegant Virginem Mariam Jerosolymis esse mortuam, ad ipsius tumulum provocamus, quemadmodum ad sepulcrum Cataphrygas et Montanistas, Petrum et Paulum Romæ martyrio coronatos esse denegantes, sæculo III Cajus presbyter provocabat, uti refert Eusebius (5).

5. Quota vero die gloriosa de tumulto B. Virgo surrexerit, non una doctorum sententia est. Plerique cum Joanne Gruterio (6) putant, Virginem Mariam eo die quo naturæ concessit, surrexisse de mortuis, inque caelum assumptam fuisse. Verum hæc opinio tolleret Mariam supra Christum qui tribus diebus mansit in sepulcro. — Alii privatis quorundam revelationibus S. Elisabeth Schonaugensis et Bertrami cisterciensis confisi quadragésimo ab illius dormitione die Virginem Deiparam assumptam esse rati sunt, ab Ascensione Christi fortasse

(5) Chron. lib. 2, cap. 25.

(6) Lib. III Comment. ad cap. xv Georg. Condiui de Offic. et Official. magn. eccles. et aule Constantinop.

pellecti. Sed nulla paritas, uti liquet. Revelationes autem S. Elisabeth scriptæ fuerunt ab Egberto ejus fratre qui vir sanæ mentis non fuit. — Alii rentur, B<sup>mam</sup> Virginem post dies quindecim resurrexisse gloriosam, et sanctæ Birgittæ revelatione nituntur: « Quindecim vero diebus corpus meum jacuit in terra sepultum (1). » Ast Consalvus Durandus qui piissimæ viduæ *Revelationes* aliaque opera Romæ typis edidit, legendum autumat *aliquantis diebus* (2). — Aliis denique communis arrisit opinio Virginem Deiparam post tres dies, non secus ac Christus resurrexit, resurrexisse. Callixtus Nicephorus id tradit (3), id Joannes Damascenus testimonio firmat: « Sanctissimum corpus ceber-

(1) Revelat. lib. vi, cap. LXII.

(2) In Notis Birgittæ capitibus.

(3) Hist. Eccl. lib. II, cap. XXXIII.

rino et præstantissimo tumulo imponitur, hincque triduo post in cælos attollitur (4). » Id etiam Cardinalis Gotti (5) disserit, id Azorius, inquit: « Quæritur, quo a morte sua die Virgo gloriosa resurrexerit, et fuerit in cælum assumpta? Communis est sententia, suscitata a mortuis eam fuisse et in cælum introductam tertio ab obitu die. Ita Damascenus, Juvenalis jerosolymitanus Episcopus, Andreas cretensis Episcopus, Simeon Metaphrastes, Nicephorus, et alii: ut sic constaret, eam vere obiisse, et filio post triduum ex mortuis resurgenti similem fuisse (6). » Tanta vis huic sententiæ inest, ut præ cæteris tenenda videatur.

(4) Orat. II de Assumpt.

(5) De Relig. Christ. p. II, t. 4, c. 41, § 3, n. 25.

(6) Instit. Moral. tom. 2, lib. 1, cap. 20.

## ΣΥΜΒΟΑΗ

## CONTRA NEOLOGOS ALMÆ DEIPARÆ MORTEM INFICIENTES

1. In Ecclesia sæpius inflante scientia, non ædificante charitate nove nova sonuerunt. Progressus ac perfectibilitatis ulterioris theologia semper capax est, ita tamen ut juxta illud Lirinensis effatum dum dicis *nove* non dicas *nova*. Sed homines etiam innumeri nihil possunt contra veritatem, ut ait Apostolus (1), sed pro veritate.

(1) II. ad Cor. XIII, 8.

(2) Doctissimus franciscalis sæculi XVII. Erat

In opere celebris Cardinalis Fr. Vincentii Ludovici Gotti O. P., cui titulus: *Veritas Religionis Christianæ*, hæc historica referuntur: « Deiparæ mortem, quam Epiphanius in dubium revocavit, quidam, quos recenset Franciscus Macedo (2) tomo I *De Clavibus Petri*, lib. IV, parte II de peccato orig., sect. III, aperte negarunt. Alii

lusitanus. Mortuus est in carcere Venetiis an. 1681 plusquam octogenarius.

quidem, quod mors inducta est in pœnam peccati originalis Rom. v: *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*; et cap. VI, 23: *Stipendia peccati mors*. Cum ergo beata Virgo ab omni peccato etiam originali fuerit præservata, ut modo pie sentitur in Ecclesia, fuit etiam, inquit, immunis ac præservata a morte. Alii alia ratione moti dicunt, quod sicut Enoch, Elias, et forte etiam Joannes Evangelista, mortui non sunt, sed vivi in secretum locum translati: ita decuit ut beata Virgo hoc privilegio donaretur (1). »

Tres nuperi scriptores novæ huic sententiæ mordicus adhærent. Guastalla y Schiuvellier Cajetanus dynastes Del Grillo anno Domini MDCCCLXI Modicæ in Sicilia opusculum edidit inscriptum: « Qualche parola sulla « Statua di Nostra Signora di Gulfi (2). » En aliqua sua verba: « È fede, e razionalità incontrovertibile, che Maria « concepita senza macchia non poteva « andare soggetta alla morte, che è « punizione del peccato. Maria nacque « senza colpa d'origine; nè peccò, nè « poteva peccare; Maria era Madre di « Dio; dunque Maria non poteva morire; giacchè morte significa distacco di anima dal corpo; la prima « va al giudizio di Dio; il secondo ritorna polvere, ecc. (3). » Huic concinit Fr. Joseph Ant. Viridia Minorum

(1) Part. 2, tom. IV, cap. XL, num. III, p. 328.

(2) Società Tipografica di Modica.

(3) Alia relata sunt a Dominico Arnaldi in pp. 273, 274, 275, 276.

Conventualium franciscalis, episcopus Cariati intra postremæ Italiæ fines, qui Postulatione nuper edita ad Leonem Pp. XIII *Pro dogmatica definitione integræ ad cælos Assumptionis Deiparæ Virginis* (4), data die 14 augusti, hæc fidenter scribebat: « Dicerem, nihil tamen facio, nisi rem defero, quatenus me magis magisque delectat, non repellendam esse eorum opinionem, qui propugnant Deiparam Virginem ratione suæ præservationis et immunitatis ab omni peccati labe nec communem quidem subiisse mortem, pœnam Adamitici piaculi: per peccatum mors, inquit Apostolus (5). » In eadem sententiam concedit Dominicus Arnaldi Protonotarius Apostolicus ad instar Participantium, doctor in almo et Apostolico genuesium theologorum Collegio sancti Thomæ Aquinatis, qui anno Domini MDCCCLXXIX Genuæ (6) edidit volumen primum magni sui operis cui titulus: « Super transitu beatæ Mariæ Virginis Deiparæ expertis omni labe culpæ originalis dubia proposita. » Mediolani impressum (7), et a Curia episcopali Aquensi summa cum laude comprobatum. In hoc totus Auctor est, ut solide roboret, Virginem Deiparam *non mediante morte* de hac luce migrasse.

2. Horummet virorum perillustrium erga Virginem Deiparam devotionis sensum theologicumque demiratus acumen, necnon granditatem verbo-

(4) Catanzaro, Tipografia di Francesco Veltri e C., Corso Vittorio Emanuele, n. 68, 1880.

(5) Vid. pp. 8, 9.

(6) Apud Antonium Montaldum Porticibus Academicæ, num. 28.

(7) Typis Seraphini Ghezzi.

pellecti. Sed nulla paritas, uti liquet. Revelationes autem S. Elisabeth scriptæ fuerunt ab Egberto ejus fratre qui vir sanæ mentis non fuit. — Alii rentur, B<sup>mam</sup> Virginem post dies quindecim resurrexisse gloriosam, et sanctæ Birgittæ revelatione nituntur: « Quindecim vero diebus corpus meum jacuit in terra sepultum (1). » Ast Consalvus Durandus qui piissimæ viduæ *Revelationes* aliaque opera Romæ typis edidit, legendum autumat *aliquantis diebus* (2). — Aliis denique communis arrisit opinio Virginem Deiparam post tres dies, non secus ac Christus resurrexit, resurrexisse. Callixtus Nicephorus id tradit (3), id Joannes Damascenus testimonio firmat: « Sanctissimum corpus ceber-

(1) Revelat. lib. vi, cap. LXII.

(2) In Notis Birgittæ capitibus.

(3) Hist. Eccl. lib. II, cap. XXXIII.

rino et præstantissimo tumulo imponitur, hincque triduo post in cælos attollitur (4). » Id etiam Cardinalis Gotti (5) disserit, id Azorius, inquiens: « Quæritur, quo a morte sua die Virgo gloriosa resurrexerit, et fuerit in cælum assumpta? Communis est sententia, suscitata a mortuis eam fuisse et in cælum introductam tertio ab obitu die. Ita Damascenus, Juvenalis jerosolymitanus Episcopus, Andreas cretensis Episcopus, Simeon Metaphrastes, Nicephorus, et alii: ut sic constaret, eam vere obiisse, et filio post triduum ex mortuis resurgenti similem fuisse (6). » Tanta vis huic sententiæ inest, ut præ cæteris tenenda videatur.

(4) Orat. II de Assumpt.

(5) De Relig. Christ. p. II, t. 4, c. 41, § 3, n. 25.

(6) Instit. Moral. tom. 2, lib. 1, cap. 20.

## ΣΥΜΒΟΑΗ

## CONTRA NEOLOGOS ALMÆ DEIPARÆ MORTEM INFICIENTES

1. In Ecclesia sæpius inflante scientia, non ædificante charitate nove nova sonuerunt. Progressus ac perfectibilitatis ulterioris theologia semper capax est, ita tamen ut juxta illud Lirinensis effatum dum dicis *nove* non dicas *nova*. Sed homines etiam innumeri nihil possunt contra veritatem, ut ait Apostolus (1), sed pro veritate.

(1) II. ad Cor. XIII, 8.

(2) Doctissimus franciscalis sæculi XVII. Erat

In opere celebris Cardinalis Fr. Vincentii Ludovici Gotti O. P., cui titulus: *Veritas Religionis Christianæ*, hæc historica referuntur: « Deiparæ mortem, quam Epiphanius in dubium revocavit, quidam, quos recenset Franciscus Macedo (2) tomo I *De Clavibus Petri*, lib. IV, parte II de peccato orig., sect. III, aperte negarunt. Alii

Iusitanus. Mortuus est in carcere Venetiis an. 1681 plusquam octogenarius.

quidem, quod mors inducta est in pœnam peccati originalis Rom. v: *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*; et cap. VI, 23: *Stipendia peccati mors*. Cum ergo beata Virgo ab omni peccato etiam originali fuerit præservata, ut modo pie sentitur in Ecclesia, fuit etiam, inquiunt, immunis ac præservata a morte. Alii alia ratione moti dicunt, quod sicut Enoch, Elias, et forte etiam Joannes Evangelista, mortui non sunt, sed vivi in secretum locum translati: ita decuit ut beata Virgo hoc privilegio donaretur (1). »

Tres nuperi scriptores novæ huic sententiæ mordicus adhærent. Guastalla y Schiuvellier Cajetanus dynastes Del Grillo anno Domini MDCCCLXI Modicæ in Sicilia opusculum edidit inscriptum: « Qualche parola sulla « Statua di Nostra Signora di Gulfi (2). » En aliqua sua verba: « È fede, e razionalità incontrovertibile, che Maria « concepita senza macchia non poteva « andare soggetta alla morte, che è « punizione del peccato. Maria nacque « senza colpa d'origine; nè peccò, nè « potea peccare; Maria era Madre di « Dio; dunque Maria non potea morire; giacchè morte significa distacco di anima dal corpo; la prima « va al giudizio di Dio; il secondo ritorna polvere, ecc. (3). » Huic concinit Fr. Joseph Ant. Viridia Minorum

(1) Part. 2, tom. IV, cap. XL, num. III, p. 328.

(2) Società Tipografica di Modica.

(3) Alia relata sunt a Dominico Arnaldi in pp. 273, 274, 275, 276.

Conventualium franciscalis, episcopus Cariati intra postremæ Italiæ fines, qui Postulatione nuper edita ad Leonem Pp. XIII *Pro dogmatica definitione integræ ad cælos Assumptionis Deiparæ Virginis* (4), data die 14 augusti, hæc fidenter scribebat: « Dicerem, nihil tamen facio, nisi rem defero, quatenus me magis magisque delectat, non repellendam esse eorum opinionem, qui propugnant Deiparam Virginem ratione suæ præservationis et immunitatis ab omni peccati labe nec communem quidem subiisse mortem, pœnam Adamitici piaculi: per peccatum mors, inquit Apostolus (5). » In eadem sententiam concedit Dominicus Arnaldi Protonotarius Apostolicus ad instar Participantium, doctor in almo et Apostolico genuesium theologorum Collegio sancti Thomæ Aquinatis, qui anno Domini MDCCCLXXIX Genuæ (6) edidit volumen primum magni sui operis cui titulus: « Super transitu beatæ Mariæ Virginis Deiparæ expertis omni labe culpæ originalis dubia proposita, » Mediolani impressum (7), et a Curia episcopali Aquensi summa cum laude comprobatum. In hoc totus Auctor est, ut solide roboret, Virginem Deiparam *non mediante morte* de hac luce migrasse.

2. Horummet virorum perillustrium erga Virginem Deiparam devotionis sensum theologicumque demiratus acumen, necnon granditatem verbo-

(4) Catanzaro, Tipografia di Francesco Veltri e C., Corso Vittorio Emanuele, n. 68, 1880.

(5) Vid. pp. 8, 9.

(6) Apud Antonium Montaldum Porticibus Academicæ, num. 28.

(7) Typis Seraphini Ghezzi.

rum ac sensuum, ab eorum placito veritatis ergo discreparim. In re sane theologica debet ratio veterrimæ traditioni subservire, nuperi theologi debent perantiquis PP. atque DD. ancillari. Porro Virginis mortem sub charismate veritatis suavique Spiritus sancti providentia summi tenere PP. atque DD., scilicet universa tradidit docuitque sapiens Ecclesia. Non audiamus: hæc dicis, hæc dico; verum auscultemus: hæc dicit Ecclesia, quum ipsa certo veroque sit, cujus auctoritatem utrique credimus, utriusque suum numen veremur. Ibi quæramus certitudinem; ibi seiscitemur profunda veritatis. Non acri stylo controversiam hanc nobis aperire animus est: Assumpta Deipara, cum sit Mater pulcræ dilectionis, præhibet quominus inter nos fastidiose scribatur, discordiæ ingerantur divinis honoribus suæ celsissimæ dignitatis.

Auspiciemur ab Ecclesia Romana quæ omnium ecclesiarum crepido est, princeps est, matrix est. Gelasius Pont. Max., qui an. 496 pontificatum capessivit, in ejus Sacramentario hanc in rem animi sui sensum aperuit; ad Secreta namque legimus: « Accipe munera, Domine, quæ in B. M. iterata solemnitate deferimus, quia ad tua præconia recurrit, ad laudem quod vel talis assumpta est. » Heic dignum notatu est, vocem *iterata*

(1) Offic. Noct. 2, lect. 2.

(2) Hanc in rem Benedictus XIV: « Concludasi adunque, esser morta la beata Vergine, essersi separata la di lei anima dal corpo, esser questo il vero sentimento della Chiesa appoggiata alla Tradizione, conforme ben accenna S. Gregorio nel Sacramentario, ove alla Messa del giorno dell'Assunzione della Madonna così dice:

geminam indigitasse solemnitate, i. e. Dormitionis seu Mortis et Assumptionis. Nec alia insedit D. Gregorio mens, qui an. 590 Romanam Cathedralam conscendit. Piam hanc in Sacramentario recitandam constituit orationem: « Veneranda nobis, Domine, hujus diei festivitas opem conferat salutarem, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, etc. » Sergius qui episcopatum Romæ suscepit an. 687, in Libro Pontificali die xv augusti legit, *Dormitionem* seu Mortem *B. M. V.*, nisi, ut nonnullis visum est, Anastasio Bibliothecario hæc locutio tribuatur.

Id ipsum Rom. Ecclesia tradit in sacra liturgia. Festum Assumptionis peragens, hæc habet: « Ex qua enim omnibus vera vita manavit, quomodo illa mortem gustaret? Sed cedit legi latæ ab eo, quem genuit; et ut filia veteris Adam, veterem sententiam subiit (nam et ejus Filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit): ut autem Dei viventis mater, ad illum ipsum digne assumitur (1). » Et in Secreta Missæ sic orat sacerdos: « Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei Genitricis oratio, quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cælesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus (2). » Qua igitur fronte Dominicus Arnaldi non erubuit asserere: « La Chiesa non ha insegnato

« Veneranda nobis, etc. E poco dopo: Subveniat, Domine, etc.; le quali parole ancor oggi si recitano dalla Chiesa nella Segreta o Colletta di questo giorno, come anche ben considera il Tillemont nel tomo 1, nota 17 sopra la vita della B. Vergine. » *Delle Feste di Gesù Cristo e della B. V. Maria*, tom. 2, cap. vii, § 1.

« mai la morte della B. Vergine sia a) nell'ufficiatura, sia b) nell'oreamus Veneranda di S. Gregorio Magno, sia c) nella Segreta della Messa dell'Assunzione (1)? » Nec satis: etenim apud Ecclesiam Romanam obiectum festivitatis Assumptionis Mariæ fuit antiquitus ipsiusmet Mariæ Dormitio seu mors, et, si magis lubet, *Solemnia de Pausatione sanctæ Mariæ*, uti legitur in duobus veterrimis romanis calendariis. Cf. Benedictum XIV (2). *Pausatio* autem illud breve temporis spatium est, in quo vitam inter perditam et receptam jacuit in tumulo corpus Deiparæ.

Quinimo, ut alia brevitatis ergo prætermittam, hæc de morte B. M. Virginis Ecclesiæ Romanæ traditio tanta temporum vetustate fulcitur, ut ad BB. apostolos Petrum et Paulum sua luce pertingat. Auscultemus sanctum martyrem Theodorum Studitam qui a Bellarmino nuncupatur *vir admirandus et potens opere et sermone* (3), de quo et (4) Baronius fuisse loquitur; en ipsius locupletissimum testimonium: « Ast ipso die dormitionis immaculatæ Deiparæ, si contingat feria iv, vel vi, non utimur carne vel caseo, propter magnum tre-

(1) *Note illustrative sul Transito di Maria*, p. 226.

(2) En suum testimonium: « Essere stata, » inquit, « altra volta (questa festa) chiamata Pausatione, *Solemnia de Pausatione S. Mariæ*, come si legge nei due antichi Calendari romani dell'Allacci e del Frontone, in un Evangelistario della Basilica Vaticana e in un antico Messale Vallicelliano: *Vigilia Pausationis S. Mariæ*; e S. *Mariæ Pausatio*, come in un voluminoso Codice vaticano, il quale anticamente fu della Badia di Farfa, oltre alcuni codici stampati del venerabile Cardinal Tommasi, nei quali si dice: *Solemnia de Pausatione S. Mariæ, S. Mariæ Pausatio*; se, dico, tutte queste cose si op-

mendumque somni hujus admirandum prodigium. Tunc enim venerabiles Salvatoris Apostoli ut in sacris scriptis comperimus Clementis Romani, tres integros dies apud sepulcrum manserunt, donec a divo Angelo de re tota certiores facti sunt (5). » Cum autem Clemens Romanus Petri et Pauli (6) discipulus extiterit, a quibus nisi ab apostolorum Principibus hanc historiam didicit? Ergo traditio Ecclesiæ Romanæ de morte beatæ M. Virginis est non solum perantiqua, sed valde probabiliter apostolica, et a BB. apostolis Petro et Paulo, Mariæ transitus testibus, Romam delata.

Quæ cum ita sint, facile poteris agnoscere, quantum Dominicus Arnaldi noster theologus errarit, cum inquit: « Doctrina quæ docet: beatissima Virgo Maria, sicut Elias, translata est et mortem non conspicata, seu, in cælum assumpta est immortalis, ex Apostolica doctrina et traditione certo certius ad Thracas Collyridianos dimanasse videtur (7). » Collyridiani B. Virginem natura divina præditam faciebant, ideoque nec mortuam nec sepultam, sed ut deam adorabant, ei collyridem (*focaccia*) sacrificantes. Apud Thracas autem Col-

« ponessero, non mancano a tutte le loro convenienti risposte. » Loc. supra cit. § III, pag. 52.

(3) *De Scriptoribus Ecclesiasticis* loquens.

(4) *Annal.* tom. 9.

(5) Hoc testimonium sæc. ix citatur a tom. xcix *Patrolog. Græc. Edit. Migne Chronic. Monast. Studii*, pag. 1702.

(6) De hoc Clemente scribit Apostolus in sua ad Philippenses epistola: *Adjuva illas quæ tecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite.* Cap. iv, vers. 3.

(7) Vid. pp. 328-329 seqq.

Iyridianos, ut ait ipsemet Arnaldi (1), vel Petrus, vel Andreas, vel Paulus, vel Apollinaris Evangelium disseminarunt. Verum, mihi parcat sacræ Theologiæ Doctor: si propter Thraces Collyridianos doctrina de immortalitate Virginis est apostolica; ecur apostolica non erit doctrina de divinitate Mariæ Virginis? alterum ab altero nequit avelli. Nec bonus theologus tantum innititur Syris Nestorianis qui sæc. v (431) a Concilio ephesino damnati, ab Ecclesia Catholica, desciverunt, ut novam suam fulciret opinionem (2). Res certe de fide non est. Sed errare melius est cum Ecclesia Romana, quam cum muliereculis ac stupidis collyridis sacrificulis et schismaticis nestorianis. Eo vel magis quod major præsto sit traditio Ecclesiæ Romanæ de morte Virginis quam de Assumptione Virginis ejusdem. Illam in dubium nullo unquam tempore vertit, hanc in dubium aliquoties vertit. Sic nedum in parisiensi et aliis ecclesiis, verum et in ipsa Ecclesia Romana lectum diu fuit Martyrologium Usuardi, quod, ut omnibus liquet, dubitationibus pseudo-hieronymianis de corporea Deiparentis Assumptione scatet. Cfr. Benedictum XIV (3). Insuper hæc dubitationes liturgiam Ecclesiæ Romanæ ingressæ sunt, quum longo temporis spatio lectiones 2<sup>a</sup> Nocturni in Officio

solemnitatis Assumptionis a Pseudo-Hieronymo depromptæ, qui de Assumptione valde dubitat, recitatæ sint, et ibi perstiterint usque ad reformationem Breviarii a Pio V peractam, qui expunxit lectiones pseudo-hieronymianas, et hisce suffecit lectiones D. Joannis Damasceni, quas modo legimus. Cf. P. Augustinum Lana (4). Quam ob rem major est traditio Ecclesiæ Romanæ de morte Virginis quam de ipsiusmet Virginis Assumptione.

3. Venit ad nos in subsidium ecclesia gallica, primogenita filia Ecclesiæ Romanæ. In vetusto quippe Missali gallico vel gothico edito a Cardinali Tommasio et a cl. Joanne Mabillon, hæc leguntur ad rem: «Fusis precibus Dominum imploremus, ut ejus indulgentia illuc defuncti liberentur a Tartaro, quo beatæ Virginis translatum corpus est de sepulcro.» Et, ut alias prætermittam ecclesias latinas, veniam ad ecclesiam græcam. Ita legitur in quodam Cantico nuncupato *Cathisma*, pag. 194, Ode vi (5): «Sicut in partu te virginem custodivit, sic et in sepulcro corpus tuum incorruptum servavit, et per divinam translationem glorificavit.» Pag. 194, Cæcus iii: «Usque ad vestigia mortis (Maria) devenit, communem habens humani generis habitationem.» Pag. 210, Ode iii: «Vir-

(1) Vid. pp. 321-322 seqq.

(2) Vid. pag. 349.

(3) Loc. cit. § iii, p. 51: «Fu per tanti anni letto, inquit, nelle Chiese il Martirologio di Usuardo, e forse anche nella Chiesa Romana, se prestiamo fede al Pagi nella Critica al Cardinalale Baronto all'anno 778, num. 14 ove dice: Martyrologio Usuardi avito Romana Ecclesia usa

est ante recentius Romanam, teste Molano in Prefazione ad Martyrologium Usuardi.»

(4) *La Resurrezione e corporea Assunzione al cielo della santa Vergine Madre di Dio*; Dissertazioni Teologiche polemiche del P. A. Lana D. Min. Inf. Consultore della S. C. dei Riti. Roma 1880, p. 42.

(5) Cf. libros ecclesiasticos græcorum sæc. xviii a Philippo Vitali monacho Cryptæ-Ferratæ.

ginis corpus venerando sepulcro commiserunt.» Et pag. 214: «Loquere, o sepulcrum, quod es omnium maximum post sepulcrum Christi. Ubi est illud, quod in te depositum fuit, puræ virginis habitaculum?» Et pag. 217: «Sepulcrum tuum, o prorsus immaculata, testatur sepulturam tuam.» Pag. 218, Ode vii, 2: «Divinum sepulcrum tuum carens corpore, sed plenum gratiæ manet.» Ibidem Ode vii, 3: «Assumptum quidem est e sepulcro corpus tuum, nobis autem benedictio tua permanet, o pura Virgo.» Et ita porro.

Huic sententiæ plane congruit armena ecclesia quæ de Maria loquitur: «Conversata in corpore immaculatis moribus, hodie ab Apostolis sepulta, superno nutu assumpta es in regnum Filii tui (1).»

Uterius. In ecclesia præsertim Orientis bina festivitas agebatur, festivitas Dormitionis seu mortis, festivitas Assumptionis. Sollerius in notis ad Usuardum de duabus hisce festivitatibus S. Gregorium mentionem facere testatur, scribentem binas illas solemnitates in omnes Orientis ecclesias pervenisse (2). Nonnulla suppetunt martyrologia quæ ad xxiii sept. diem iterum de Virginis Assumptione verba faciunt, eo quia B. M. Virginem in terris per quadraginta dies, antequam in cælum elevaretur, quiescere ferebatur. Hinc Antonius Morcellius: «In quibusdam vero martyrologiis binas esse solemnitates reperias, at mor-

tis quidem memoria agitur die xviii mensis januarii, Assumptionis hac die xv augusti (3).

Binam hanc festivitatem peragunt Æthiopes et Copti, quemadmodum ex suis calendariis a Job Ludolf editis desumitur (4). Moscovitis etiam qui figurato utuntur calendario, die xv augusti B. M. Virginis Dormitio, die vero 1 octobris illius exhibetur Coronatio. Gallicanum Sacramentarium bibliothecæ bobiensis a D. Mabillonio editum, ex cujus præfatione mille ab hinc annis conscriptum videtur, post Missam Epiphaniæ ponit illam Cathedralæ S. Petri, mox Missam de obitu Virginis, postea Missam de Assumptione. Vetus hieronymianum martyrologium æreis tabulis scriptum ad januarii diem xviii legit: *Depositio S. Mariæ*.

Nunc genuensis theologus intelligat; inficiatur enim in suo Prologo (5) traditionem de Virginis morte teneri atque doceri ab Ecclesia Catholica, et præstolatur homines qui suum placitum roborant!! Dixi equidem et dico. Non humana flexibilia placita, sed prono mentis obsequio sectemur Ecclesiam, divinum grande factum, tutissimum cujuslibet christianæ traditionis organon, quum eam sapienti pædagogia ducat regatque Christus, æternus Logos, rerum omnium humanarum divinarumque principium et finis, α et ω.

4. Veniam nunc ad traditionem patristicam, ad illum videlicet ma-

(4) In Comment. Æthiopum histor. Cf. etiam Bergier Dictionar. theolog. ad vocem *Etiopi*, Mansi, Albergotti, *Vit. di Maria Ss.*, not. 5, x, c. xxx.

(5) Pag. xxi.

(1) In sac. Liturgia.

(2) Ad Eulog. lib. vii, epist. xxi.

(3) In Com. Kalend. Constantinop. ad diem augusti xv, pag. 196.

gnum errorem (1) de quo loquitur noster theologus. Multus essem, si recensere Patrum testimonia vellem: suorum operum inscriptiones de morte Virginis tantummodo referam. D. Andreas cretensis VII sæculi pater habet tres homilias a Combefisio editas (1624 Parisiis): *In Dormitione sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ*. D. Modestus episcopus Jerosolymæ in sæculo pariter VII (633-34) habet: *Encomium in Dormitione Ss. Dominæ nostræ Deiparæ Virginis Marice*. S. Joannes Damascenus habet: *Encomium in Dormitionem celebratissimæ, gloriosissimæ, ac benedictæ Dominæ Dei Genitricis semperque Virginis Marice* editum a Michaelè Le Quien O. P. (1712 Parisiis). S. Germanus patriarcha constantinopolitanus habet homiliam *In Dormitionem Ss. Deiparæ semperque Virginis Marice*, etc., etc. Jure proinde merito Atto vercellensis ajebat: « De morte Mariæ nullam fingamus dubietatem, quam et in sui Filii cognovimus Humanitate (2). »

Omnes qui pro aris et focis sustinent immortalitatem Deiparæ non mediante morte, hanc prisci patris Epiphaniï diligiam exhibent: « Quærant vestigia Scripturarum, et invenient utique neque mortem Mariæ, neque an mortua sit, an non mortua; neque an sepulta sit, an non sepulta... Non omnino definitio hoc et non dico quod immortalis mansit; sed neque affirmo, quod mortua sit. Excedit Scriptura mentem humanam, et in

(1) Pag. xxx: « Historia igitur isthæc de morte Virginis, tamdiu tradita nuncupataque, quo appellabitur nomine? Fortasse error appellabitur magnus inter magnos hujus nostri sæculi errores.. »

suspensio reliquit propter vas pretiosum et excellentissimum, ut ne quis ad suspicionem veniat carnalium de ipsa rerum (3). » Sed immerito; adductis enim hisce verbis Epiphaniï, purpuratus theologus Fr. Vincentius Ludovicus Gotti O. P. ratiocinationem hujusce Patris explodit, inquit: « Salva tamen S. Epiphaniï debita reverentia, non recte concluditur, ex eo quod Scriptura nihil de morte beatæ Virginis specialiter dicat, dubitari posse, an mortua sit nec ne, etc. (4). » Insuper Epiphanius contra hæreticos antidicomarianitas virginitatem Mariæ denegantes eoque progressus est ut ipsam mortem Mariæ in dubium revocarit. Ipse renuit hanc mortem asserere, ne, ut cit. loc. fatetur, quis carnis propriam illi fœditatem adscriberet, ne scilicet daretur ansa, non catholicis, sed hæreticis negandi Virginis sanctitatem et integritatem; et in hoc excessit, sicut aliquando cæteri Patres excesserunt. Unde Baronius: « Ad neutram partem inclinans satis esse censuit vel ex hac parte sublimem illam Dei Genitricis excellentiam hostibus demonstrasse, et, quam illa procul fuerit ab omni carnis illecebra, quæ nec an mortua fuerit, posset ex Divinis Scripturis ostendi, eisdem insinuasse. Cæterum condonandum illi, si (quod et aliis Sanctissimis atque eruditissimis viris sæpe accidisse reperitur) dum ardentiori studio in hostes invehitur, vehementiori impetu in contrariam partem

(2) Serm. xvii in Assumpt. apud Card. Mai Script. Vet. tom. vi, pp. 33-40.

(3) Her. 78 juxta paraphrasin Jani Cornari.

(4) Veritas Relig. Christ. p. II, t. IV, c. XL, § I.

actus lineam videatur aliquantulum veritatis esse transgressus. Catholica quippe Ecclesia nullam de obitu Dei Genitricis dubitationem admittit, sed, quam novit humanæ fuisse naturæ consortem, humanam pariter moriendi necessitatem expertam affirmat (1). » Et Petrus Canisius hanc in rem loquitur: « Quod si Vir sanctus hac de re dubitavit, ne id quidem prohibet, quominus mortem sive dormitionem Deiparæ cum Ecclesia confiteamur, eamque confessione publicis feriis testificemur, ut non modo Latini, sed Græci etiam tot sæculis diligenter observant. Etenim unius, aut alterius Doctoris opinio, sive sententia eam vim non obtinet, ut aliis aliter meliusque sentientibus præjudicium adferre, multoque minus communem Ecclesiæ fidem, sententiam, atque auctoritatem labefactare possit, aut debeat (2). »

Dominicus Arnaldi refert magnum nomen Isidori hispalensis, ut validius rem suam comprobaret: « Gravissimum nobis testimonium præbet sanctus Isidorus Hispalensis sæculo VII, sapientissimus vir et Ecclesiæ doctor... Peculiaris illi sententia insidet, ut beata Virgo nullum pertulerit mortis imperium, nullæ omnino patuerit sepulturæ tristitiæ (3). » Verum audiamus ipsissima verba Isidori: « Mariam quidam corporalis necis passione, adserunt ab hac vita migrasse pro eo quod justus Simeon complectens brachiis suis Christum, prophetave-

(1) Annal. ann. 48, nn. 11 et 12.

(2) Lib. 5 de Mar. Deip. Virg., cap. 2.

(3) Pag. 351 sui voluminis.

(4) De Vita et Morte Sanctorum, num. LXXVIII.

rit dicens: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quod quidem incertum est, utrum pro martyrii gladio dixerit, an pro Verbo Dei valido et acuto præ omni gladio ancipiti. Specialiter tamen nulla docet historia Mariam gladii animadversione peremptam, quia nec obitus ejus uspiam legitur, dum tamen nec reperiatur sepultura (4). » Hisce positus, relatum Isidori librum ut suppositum et tanto viro indignum habet Baronius (5). Et, admissa quoque cum Gaspere Sanctio S. J. (6) hujus libri genuinitate, mortem Deiparæ Isidorus habet nec veram nec falsam nec dubiam, sed magnis tenebris involutam, quia *obitus ejus nusquam legitur, nec reperiatur sepultura*. Quapropter Isidorus nec sententiæ Arnaldi nec dubiis Epiphaniï paullulum cohæret.

Præterea, Dominicus Arnaldi nos provocat ad silentium Hieronymi de sepulcro Virginis et ait: « Si Polieratis silentium tollit sepulcrum Ephesinum, æque silentium Hieronymi et Paulæ tollunt sepulcrum Jerosolymitanum (7). » Sed contra pseudo-Hieronymus hæc habet de Mariano sepulcro: « Monstratur autem sepulcrum ejus cernentibus nobis usque ad præsens in vallis Josaphat medio, quæ vallis est inter montem Sion et montem Oliveti posita, quam tu, o Paula, oculis aspexisti, ubi in ejus honore fabricata est ecclesia miro lapide tabulata, in qua sepulta fuisse (ut scire potestis) ab omnibus prædi-

(5) Ad ann. 816; in Notis ad Martyr. Rom. Kal. Maji, Junii 25 et Aug. 25.

(6) Tract. de prædic. S. Jacobi Majoris in Hisp.

(7) Vid. pag. 342, et etiam pag. 314.



catur, sed nunc vacuum esse Mausoleum cernentibus ostenditur. » Item genuensis theologus testatur pluries, Hieronymum vere dubitasse de morte Mariæ, sicut de corporea ejus Assumptione (1). Sed in hoc quoque fallitur; ait enim Hieronymus: «Præsertim cum ex his nihil aliud experiri possit pro certo nisi quod hodierna die gloriosa migravit a corpore. » Nec epistola de B. M. Virginis Assumptione ad Paulam et Eustochium missa fuit maximi doctoris Hieronymi, sed græculi cujusdam, ut multis visum est, sæculo VII vel VIII. Sic a Baronio usque ad nostra tempora passim docuerunt eruditi omnes: epistola quippe memorata saporem non habet aureæ latinitatis D. Hieronymi, et invehitur contra nestorianos et eutychnianos, qui prodierunt aliquot annis post doctorem maximum.

Nec satis; prosequitur enim Dominicus Arnaldi (2). Totam de morte Virginis historiam hauserunt D. Joannes Damascenus aliique Patres a Juvenali patriarcha jerosolymitano, qui, uti testantur DD. Cyrillus alex. et Leo Pp., multa crimina patravit, multaque præsertim acta publica falsitate corruptit. Quam ob rem historia de morte Virginis a Patribus descripta magnum continet errorem. — Est citra omnem dubitationis aleam, criticen hac ætate nostra mirum in modum progredi, et magnos aperire vetustatis errores. Id tamen usque ad sobrietatem. Scientia enim quæ plurimos inflat, eousque progreditur, ut

(1) Cf. Proœmium primæ partis pp. 41-42 et etiam 27.

(2) Pag. XXI.

omnem prope veritatem, etiam veritatem Ecclesiæ catholicam critices prætextu pessumdarent, aliasque novas proprio Marte comminiscerentur. Animadvertat paulisper genuensis theologus. Debet bonus theologus apprime distinguere veritatem Ecclesiæ catholicam a veritate singularis auctoris. Huic subesse falsitas potest, illi subesse falsitas non potest. Unde, licet Juvenalis potuerit de Virginis morte decipi et decipere, non tamen Ecclesia quæ illam tradit, Ecclesia ministra Divinitatis, sacri Pneumatis organon, firmamentum et columna veritatis. O divina mater Ecclesia, immaculata intangibilis imperitura! meam te matrem amore complector, et os meum de tua papilla remove numquam volo, ut sugere possim infans tuæ veritatis lacte contentus, qua per te juvenis ad mensam divini Patrisfamilias satiabor, cum apparuerit in cælis gloria tua.

SS. Patribus accedunt scriptores ecclesiastici qui Deiparæ mortem quovis tempore pro virili tuentur. Unum vel alterum retulisse sufficiat. Suarezius ejus nomen patet omnibus, qui vel a limine theologicas disciplinas salutarunt, locupletissimum hoc nobis testimonium præbet: «Addendum est ultimo beatam Virginem paulo post mortem ad gloriosam et immortalem vitam corporis et animæ resurrexisse, atque in cælum gloriosam ascendisse. Ha sentit universa Ecclesia et hic ejus consensus ex antiquorum Patrum traditione manavit (3). » Et alibi: «De corpore ejus, Virginis

(3) 3 Part. Div. Thom. dist. XXI, sect. II, a. XIV, pag. 212.

nempe, constat ex historiis omnibus statim post mortem fuisse in sepulcro repositum (1). » Et inferius iterum: «In illo ergo sepulcro integrum atque prorsus incorruptum usque ad gloriosam ejus resurrectionem perduravit, ut omnes citati Patres docent. » Suaresio concinit ejus sodalis Bellarminus qui cum objecta dilueret quæ contra immaculatam Mariæ Virginis Conceptionem opponebantur, respondet: «Objic. IV. Beatam Virginem multas ærumnas, atque ipsam etiam mortem, quæ sunt peccati pœnæ, esse perpessam. Sed jam diximus beatæ Virginis animam a peccati macula præservatam, non autem fuisse redemptam, nisi cum post mortem singulari Dei gratia gloriosa surrexit (2). » Brevitati studentes, alios innumeros silentio premimus inclytos scriptores, adeo, ut neologi Deiparæ mortem inficiantes, si loqui recta velimus, appareant rari nantes in gurgite vasto.

5. Guastalla y Schiuvellier Cajetanus dynastes Del Grillo, Fr. Joseph Antonius Virdia Minorum Conv., episcopus Cariati, nec non Dominicus Arnaldi, ut rem notam solide conficerent, rationem theologiam in supra cit. opp. ex Imm. Conceptus dogmate mutantur. Auscultemus tantum genuensem theologum: «Non mediocrem mihi attulit animum tractandi argumentum hoc difficillimum recentior definitio dogmatis de Immaculato Conceptu beatæ Mariæ Virginis. Etenim præteritis temporibus, ante annum scilicet MDCCLIV, quo

(1) Ibid. quest. xxxvii, a. IV, disp. XXI, sect. II.

(2) De Controv. lib. IV, cap. XVII, tom. IV.

anno definitio proclamata est, theorematibus instar urgebatur difficultas: — Deipara mortua est, ergo non est immaculate concepta. — Habebatur scilicet mors tamquam necessarius effectus unius culpæ originalis, et culpa illa tamquam causa unica mortis. Iisdem nos inhærentes ideis, cum causam fidei dogmaticam teneamus, Immaculatam nempe Mariæ Conceptionem; videmur nunc jure inferre posse effectum, ita retorquentes argumentum: Beata Maria Virgo est immaculate concepta, ergo non est mortua (3). » Hæc theologus ille.

Sed perperam. Prius argumentum, h. e. *Deipara mortua est, ergo non est immaculate concepta*, falsitate plene corripitur: igitur falsitate quoque arguitur inde confectum argumentum: *Beata Maria Virgo est immaculate concepta, ergo non est mortua*. Re sane vera. Si B. V. Maria non fuerit immaculate concepta propter mortem quam subiit, Christus etiam qui voluit crucis subire tormentum, non fuit immaculate conceptus, quod impium vel dictu est; nam Christus non extitit in Adam secundum seminalem rationem, sed secundum corpulentam substantiam, ita, ut naturaliter immaculate conceptus sit; Maria vero fuit in Adam secundum corpulentam substantiam et secundum seminalem rationem, adeo, ut immaculate concepta sit privilegio. Quare propositum argumentum *nimis* probat, ideoque *nihil*.

Hæc insuper argumentatio laborare videtur falso supposito. Non est

(3) Prologus in rationem totius operis.

mors *tamquam necessarius effectus unius culpæ originalis*. Dicendum enim quod *non posse mori* privilegium beatorum erit post resurrectionem; privilegium autem divinitus innocentiae datum nil aliud erat nisi *posse non mori*, ut Magister Sententiarum docet (1). Corpora protoparentum non erant per se immortalia, ut effutiebant pelagiani, sed mortalia; et nisi Deus providisset instaurari posse vires hominis per fructum ligni vitæ, certo corruisset et Adam innocens. Unde cl. Comes Roselly de Lorgues opus edidit in quo clare demonstrat mortem in mundo præcessisse peccatum (2). Dominicus Arnaldi, doctor in almo et apostolico genuensium theologorum Collegio sancti Thomæ Aquinatis legat paulisper hanc catholicæ Theologiæ principem, qui 1<sup>a</sup> parte Summæ Theologiæ inquit: « Ad quartum dicendum, quod corpus hominis in statu innocentiae poterat præservari, ne pateretur læsionem ab aliquo duro partim quidem per propriam rationem, per quam poterat nociva vitare, partim etiam per divinam providentiam, quæ sic ipsum tuebatur, ut nihil ei occurreret ex improvise a quo læderetur (3). » Quæ cum ita sint, poterant ante lapsum protoparentes mori. Similiter ait in Summa Summæ sancti Thomæ Carolus Renatus Billuart (4). Quare non est mors *tamquam effectus necessarius unius culpæ originalis*.

(1) In 12 Dist. 19.

(2) Della morte anteriore al peccato.

(3) Quæst. xvii, art. ii.

(4) Tom. I, tract. de Opere sex dierum, diss. v, art. 3.

(5) Ad Rom. v, 12.

Mors implicat quidem essentialem rationem peccati in iis qui peccatores constituti sunt per vim dynamicam peccati juxta illud Apostoli: *Per peccatum mors* (5); verum, si qua creatura, utpote Deipara, præservata fuit a vi dinamica peccati, potuit ei restitui privilegium immortalitatis corporis. Unde beatissima Virgo non habuit essentialiter, sed per privilegium immortalitatem *mediante morte*. Nos morimur, quia damnati sumus ad mortem; Deipara mortua est, quia poterat mori. Patet exinde quam turpiter errarit genuensis theologus, cum inquit, adducens verba canonis primi Concilii milevitani: « Donde « si deduce, » scribit ipse, « non solo « la disgiuntiva diretta: o innocenza o « morte; cioè se pecchi muori; ma pur « la reciproca: o morte o innocenza, « cioè se tu muori non sei innocente; o « se tu muori hai peccato (6). » Incredibilia, sed vera!! hoc posito ratiocinio Patres, Doctores cum ceteris ecclesiasticis scriptoribus, ipsa Ecclesia, qui sentiunt, ut nuper agnovimus, sanctissimam Deiparam fuisse mortuam, eam fatentur peccatricem, quod vel horribile cogitatu est.

Hic juverit Ludovicum Gotti Cardinalem audire loquentem: « Cum ergo beata Virgo ab omni peccato etiam originali fuerit præservata, ut modo pie sentitur in Ecclesia, fuit etiam, inquit, immunis ac præservata a morte. — Male tamen argu-

(6) Note Illustrative, pag. 67. — Canon Concilii sic sonat: « Quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate nature; anathema sit. »

mentantur. Etenim advertere debuissent, hominem *duplici titulo esse mortalem*, nimirum et ex conditione suæ naturæ, quæ utpote composita ex contrariis, tandem corruptioni obnoxia esse debet; et insuper quia per Adæ peccatum amisit in pœnam privilegium justitiæ originalis, quo impediabatur ne *de facto* moreretur. Posito ergo, quod beata Virgo fuerit ab originali peccato præservata, adhuc mortis *obnoxia esse debuit*, non quidem, ut peccati pœna est, sed ut est *naturæ humanæ conditio*. Nam si Christus, quem ab originali peccato fuisse immunem fides catholica docet, nativæ hominis conditioni relictus, progressu temporis mutationes ætatum, et mortem ipsam senescendo subiisset, quia carnem nostræ similem, quamvis sine peccato, habere voluit:... Sicut Christus ipse carnem passibilem et mortalem habere voluit, ut præcluderet errorem eorum, qui dicturi erant eum non habere veram carnem, vel eam non ex homine, sed ex cælo attulisse: ita voluit in Matre sua *carnem esse mortalem*, ut præveniret errorem eorum, qui B. Virgini carnem cælestem, et angelicæ naturæ afflaxerunt. De quo sanctus Thomas in 3 dist. 4, q. 2, art. 1 in corp. (1).

Valde miror autem nostros contrarios ex Imm. Conceptus dogmate suam haurire sententiam. En quomodo theologus noster loquitur, et cum eo citt. AA.: « Hinc esset natura consequens: Definitionem dogmaticam de Immaculata Conceptione virtute et potestate sua, implicite, per se, jam por-

(1) Verit. Relig. Christ. tom. iv, par. ii, c. xl. De Morte Deip. Virg., § 1, num. iv, pag. 328.

tendere immortalitatem beatissimæ Virg. Deiparæ Mariæ (2). » Sed facile reponitur: in hac enim ratiocinatione conclusio major *præmissis* habetur contra dialecticem: *Pejorem sequitur semper conclusio partem*, vel: *Præmissis numquam conclusio latior adsit*. Profecto dicendum quod Virgo Deipara cum in primo suæ Conceptionis instanti fuerit a quavis integra labe peccati, et hinc ab hujusmodi labe tota ejus persona immunis extiterit, dicenda est *sancta* et anima et corpore, non vero *sancta* quoad animam, et *sancta et immortalis* quoad corpus. Et ideo quod Virgo Deipara e terris migraverit ad cælum *non mediante morte*, non est consecrarium, sed potius contradictorium dogmaticæ definitionis. Ipse sit iudex theologus Genuæ. Quin imo, si dogma Imm. Conceptus de medio tolleretur mortem Deiparæ, post definitionem mutata pro Conceptionis festo liturgia, mutanda pariter erat pro festo Assumptionis liturgia quæ tum in Missa tum in lectionibus Breviarii mortem Deiparæ tradit. Hoc autem Ecclesia non præstitit. Ergo nulla pugna reperitur inter dogma Conceptionis et mortem Deiparæ. Præterea, si hæc pugna reperiretur, attingeret etiam in Deipara humanæ naturæ infirmitates quæ nunc *penalitates* vocitantur. Sicut autem Virginis anima, quamquam sanctissima non fuit exempta a doloribus, sed eos ita sustinuit, ut plusquam martyrem non immerito prædicemus; ita et corpus Mariæ non exemptum fuit a morte, sicut non a

(2) Op. supra cit.

fame et siti et lassitudine, ut Mariæ præberetur occasio meriti et amplioris præmii, quale fuit anticipatio resurrectionis, et maxima ejus corporis clarificatio, ad similitudinem Christi. Exploratum autem confessumque apud theologos est, *pœnalitates* et ideo mortem non ita ab originis peccato necessario nexu pendere, ut ab Adæ culpa provenire tantummodo debeant. Anima sola peccati *formalis* subiectum est; antequam corpori conjungatur, corpus jam genitum fuit natura sua passibile, mortale: profecto si Deus hominem non evexisset ad supernaturalem ordinem, eique gratuita dona *præternaturalia* non adjecisset, obnoxius fuisset his omnibus quæ modo *pœnalitates* dicuntur, et ideo etiam morti subjacisset, ulla sine culpa, sed ex mera conditione humanæ naturæ; eo plane modo quo bruta animantia per passionibus illis natura subjiciuntur. Cf. Waddingum in op. *Immaculatæ Conceptioni B. M. Virginis non adversari ejus mortem corporalem*, Romæ 1655.

6. Neque Deiparæ mors ullam involvit imperfectionem, secus ac Virginis immortalitatis fautores contenderint. Quare dicere non obstat, Heviam, si divinum non esset transgressa mandatum, in meliori conditione positam esse quam Mariam, istam moriendo, illam non moriendo. Si forte dedecuit beatissimam Virginem mori, dedeceret itidem hanc esse a paradiso voluptatis extorrem, et fructu arboris vitæ carere, quibus Heva non caruisset innocens. Posteriorem hanc imperfectionem tollite, ut tollam ipsè priorem.

Mors autem Virginis non ut mors nostra fuit. Mirare Virginem Deiparam morientem, vel satius pacifice dormientem. Non enim morbo, aut ægitudine, aut dolore aliquo, sed ardentissimis amoris divini telis confixa mortua est. Dionysius carthusianus: « Ad intuitum, » inquit, « dilecti Filii cum incomparabili expiravit ardore, divinarum quoque rerum contemplationi erat profundissime tunc intenta: ergo præ spiritualis suavitalis affluentiissima experientia, ac ferventissima dilectione, separabatur sine pœna a corpore (1). » In revelationibus S. Birgittæ ipsamet Virgo Deipara modum et seriem mortis suæ narrat in hunc modum: « Paravi me ad exitum, circumiens omnia loca more meo, in quibus Filius meus passus fuerat: cumque quadam die animus meus suspensus esset in admiratione divinæ charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quod vix capere poterat, et in ipsa consideratione anima mea a corpore fuit soluta (2). » Quare Damascenus inquit: « Oh! miraculum vere natura præstantius! o res stuporis plena! Mors, quæ antea odio et execrationi erat, nunc commendatur, et beata prædicatur... Non te, o Maria, beatam fecit mors, sed tu ipsam hilarem reddidisti mortem, ut quæ mœstitiam ejus sustuleris, ipsamque gaudium esse præstiteris (3). » Et D. Andreas cretensis mortem Deiparæ comparat illi primo somno, quo Adam obdormivit in paradiso, ut de ejus

(1) Lib. 4 de Laud. Virg., art. 3.

(2) Lib. 6, cap. 62.

(3) Serm. 1 de Dormit., n. 12.

costa formaretur ei adjutorium simile sibi (1). Licet anima Mariæ separata fuerit a corpore, non tamen in isto decretum illud damnationis impletum est: *Pulvis es, et in pulverem reverteris* (2); sed impletum potius decretum glorificationis. Quapropter idem Damascenus: « Non descendit in infernum anima tua, o Maria; nec caro tua vidit corruptionem; non est relictum in terra immaculatum corpus tuum, sed in regias sedes, tu regina, tu hera, tu domina, tu vera Dei Genitrix, translata es (3). » Nullam igitur imperfectionem continet mors Virginis. Immo, quid dicam? maximam complectitur perfectionem, omnium ipsiusmet Virginis gloriarum complementum.

B. Virgo Deipara reparativa Mater est non solum hominum, verum et angelorum, immo et omnium creaturarum, non secus atque Christus incarnatione sua reparavit non solum genus humanum, verum etiam ruinas angelorum, immo et totius universi creaturas instauravit. B. Virgo in incarnatione, cum angelo præbuit as-

sensum, tunc uti S. Bernardus inquit, « omnium electorum salutem viscerosissime expetiit, et procuravit, et ex tunc in suis visceribus omnes baulavit, tanquam verissima mater filios suos (4). » Quemadmodum vero Christus Reparationem seu Redemptionem sua morte consummavit, perfecit; sic oportuit B. Virgo moreretur, ut suam cum Christo Reparationem seu Redemptionem perficeret, consummaret. Quare minorem ipsa gloriam acquireret, si fuisset ut Heva innocens immortalis, quam ut Christus Redemptor mortalis. Commori cum Christo vel ut Christus debebat, nedum ut ipsa perfectior inter prædestinatos conformis esset imagini Filii Dei (5), verum etiam ut ipsa perfecta Corredemptrix *per omnia* fratribus similaretur (6), foret obediens usque ad mortem, uti Christus, poneret animam suam *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem* (7). Sed hostia humana vere sacrificatur, cum anima separetur a corpore. Igitur oportuit B. Virgo moreretur, ut esset cum Christo perfecta Corredemptrix (8). Vita

(1) Serm. 1 de Dormit.

(2) Gen. iii, 19.

(3) Serm. 11 de Dormit., n. 12.

(4) Tom. iii, serm. 6, art. 2.

(5) Ad Rom. viii, 29. (6) Ad Hebr. ii, 17-18.

(7) Ad Rom. xii, 1.

(8) Haud crediderim theologum christianum, Dominicum Arnaldi hæc verba protulisse: « Tanti l'uni vorrebbero spingere cotal somiglianza di morte in Maria santissima a G. Cristo, da pretendere che Ella ebbe una missione espiatrice, dicono, associata alla grande espiatione imposta a Gesù Cristo dalla giustizia del Padre. Ma cote-sta missione espiatrice sarebbe una vera erosia. Gesù Cristo solo ebbe la missione espiatrice, egli solo è il grande ed unico espiatore. — Torcu-lar calcavit solus, graffiens in multitudine fortitudinis suæ. » Note Illustrative, pag. 151. Primo

intuitu sententiæ hujus auscultare mihi videtur reformatores seu deformatores sæculi xvi, et præpitis ex-monachum Lutherum (in serm. de Natali B. Mariæ), qui canticum *Salve Regina* furore pessumdat, eo quod inter alia *vitam* nuncupet Deiparam Virginem, dum, ut ipse ait, solus Christus sua morte pro nobis vita fuit. Hinc ejus assecla lutherani carmen hoc, totum quantum est, ad Christum reducere conantur et reducant his verbis: « Salve Jesu Christe, Rex misericordie, *vita*, dulcedo, et spes nostra salve... Eja ergo Mediator noster solus, illos misericordie oculos ad nos converte, et te nobis post hoc exilium ostende. O Jesu, o clemens, o pie, o dulcis Jesu. » Cf. Cornelium Schult tomo iv, par. 1. Concinat Luthero Calvinus qui passim in suis opp. idololatriam et superstitionem esse autumat vocare Mariam redemptricem, mediatricam

Deiparæ non fuit nisi prolixitas mortis quam habuit sub cruce vel satius in cruce cum Christo. D. Joannes Chrysostomus in mysterio sacratissimæ passionis Domini nostri contemplatur duplex altare. Unum in quo Christi corpus in cruce per passionem offerebatur; alterum in quo anima Matris per compassionem transfigebatur. Cum enim amor ex D. Thoma (1) vim habeat, ut amans videatur esse in amato; consequens est B. Virginem in Filium formatam eundem passam fuisse dolorem in mente quem Filius patiebatur in corpore. Licet carnifices non intenderent Matrem propter Christum vexare, tamen re ipsa persequendo Christum ipsam persequerentur; passio enim Christi fuit instrumentum passionis et martyrii Virginis Deiparæ. Quemadmodum SS. martyres cum instrumentis martyrii sui depingi solent,

et vitam. Quare Petrus Pseudomartyr in Comment. ad caput in prioris Epist. ad Corinthios inquit: "Christus est proprie vita qui de se ait: *Ego sum via, veritas et vita. Equatur igitur Maria Christo, cum appellatur vita.* Et ita porro. — Bis inepta consecutio. Non enim Maria est vita per essentiam, uti Deus; nec principalis causa vite, uti Christus, de quo Act. iii, 15: *Auctorem vite interfecistis*, et Joann. ii, 25: *Ego sum resurrectio et vita*, et Paulus ad Coloss. iii, 4: *Cum Christus apparuerit, vita vestra*. Sed dicitur vita, quia peperit Christum, qui est auctor vite nostræ. Sic etiam Heva dicta est vita. Vox enim hebræa חַיָּה Heva vitam significat, quia mater futura erat omnium viventium vita animali. Lignum vite, quod vitam producebat, lignum vite dicebatur, Gen. ii, 9. Sed justius hoc nomen meretur Virgo Maria, quæ veram nobis vitam produxit. Quemadmodum vero Christus *vita mortem pertulit, et morte vitam protulit*; nam resurgens post mortem, mortem vicit, omnibusque vitam immortalam spondit: igitur Deipara nuncupari sua morte *vita* seu Redemptrix quodammodo potest; ex mortuis enim resurgens, mortem et ipsa superavit, ac jugiter aluit erga vitam imperituram

puta Petrus cum cruce, Paulus cum ense, Laurentius cum craticula; ita beata Virgo depingitur cum Christo passo. Is enim fuit sui martyrii gladius, qui eam lethaliter convulneravit. B. Virgo Maria pedetentim occipit hujus gladii dolore consummari, adeo, ut dicere jure merito queas, V. Mariam hac poena consumptam et cum Christo consacrificatam diem obiisse supremum; ad eum pene modum quo cerva diro per nemus vulnerata mucrone, multos post dies ob illatum vulnus prope fontem occumbit. Merito proinde Simeon unum eundemque gladium Matrem et Filium transverberaturum præmonstravit: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Geminum heic pronomen animadverto: *tuam et ipsius*. Hoc ad Filium, illud refertur ad Matrem; hanc et illum unus gladius idemque pupugit, Christum ut pro-

spem christianam. Unde F. Sylvester Joseph Hunter S. J.: "Quum juxta apostolicam doctrinam, Rom. v, vij; I. ad Cor. xv, 21-23-51-57; ad Heb. ij, 14, 15, aliisque locis expositam, triplici victoria de peccato, et de peccati fructibus, concupiscentia et morte, quasi ex partibus integrantibus constituatur ille triumphus quem de Satana, antiquo serpente, Christus retulit: et quum in Protoevangelio, Gen. ij, 15, beata Virgo exhibetur *singulariter* associata in hoc triumpho Filii sui: non dubitamus quin in eodem oraculo, eadem beata Virgo præsignificetur eadem triplici victoria insigniter illustris: atque adeo, sicut de peccato per Immaculatam Conceptionem et de concupiscentia per Virginali maternitatem, ita et de inimica morte *singularem* triumphum relatura, per acceleratam ad similitudinem Filii sui Resurrectionem. — Pag. 21. — *De gloriosa beata Marie Virginis in celos Assumptione*, xciii. Quare precor obtestorque genuensem theologum, ut cum Ecclesia universa contra impios novatores profiteatur cernensque veneretur almam beatissimam Christotocon ceu Vitam nostram et Spem, Mediaticem, Conredemptricem.

(1) i p., q. 20, a. 2.

tinus, Matrem ut sensim paulatimque moreretur (1). Quemadmodum autem sacrificium Christi ex quo mors vel sacrificium Deiparæ totam hauriebat virtutem, ad divinæ Majestatis gloriam hominumque regenerationem dirigebatur; mors igitur aut sacrificium Deiparæ Virginis duplex hoc objectum quadantenus habebat.

Quæ cum ita se habeant, immortalitatis Deiparæ fautores non augent, sed valde minuunt meritum et gloriam ipsiusmet Deiparæ, tollentes mortem ejus, illud fere nigrum super quod almæ Theimatis assumptæ formosior sublimior nobiliorque corruscat imago.

(1) Hæc habet Ex. mus Ill. mus Franciscus Pedicini barensis ecclesie archiepiscopus in sermone vii quem inscripsit *Lo Stabat Mater*: "Dubitandosi della seguita morte uno de' soldati si accostò, e sotto gli occhi di Maria con una lancia aprì il costato del già morto Redentore — *Unus militum lancea latus ejus aperuit.* — Quella lancia si veramente, diceva S. Bernardo, che non traesse l'anima benedetta di Gesù, che già dal corpo era divisa, ma ben traesse l'anima di Maria che non potea giammai dividersi dal caro suo figlio — *Anima enim ejus plane inde nequibat avelli.* — In hoc sermone totus est Auctor in palere solideque demonstrando "che

" Maria a' piè della croce si associava all'opera della Redenzione con eroismo di martirio non nel corpo, ma nell'anima. Ipsemet Auctor in sermone xviii inscripto: *L'Assunzione di Maria*, tria hæc, si retro ire liceat, demonstranda proponit: "E motivo della nostra esultanza è la preziosità della morte di Maria, è la gloria della sua risurrezione, è la grandezza del trionfo, ecc.. "E sarà questo il triplice oggetto dell'odierno mio ragionamento, e della vostra devota e corressissima attenzione. Plane totam hic Auctor nostri theologi difficultatem sua doctrina præoccupavit.

A. M. D. G.

NOMA DE NUEVO LEÓN

AL DE BIBLIOTECAS

# INDEX

## DISQUISITIO PRIOR

### HISTORICO-BIBLICO-SPECULATIVO-POLEMICA

PRELOQUIUM . . . . . pag. 1	Liber Esther . . . . . pag. 155	
PROLOGUM, ARTICULUS UNICUS, CAPUT I: Assumptionis nomen nativa significatione declarat, Virginem Mariam in anima et corpore caelesti beatitudine frui . . . . . 5	— Job . . . . . 156	
CAPUT II. — Ecclesie omnes et singula que unice veram constituunt Ecclesiam, per vetusta traditionis auctoritate fulta, tanta Virginis Assumptionem quoad animam et corpus ardenti pietati coluerunt, ut uno pene consensu pro ea suffragium tulerint . . . . . 8	Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum . . . . . 158	
<b>PARS PRIMA</b>		
<b>CHRONICON</b>		
ARTICULUS I. CAPUT I. — Ecclesia Romana . . . . . 11	Parabola Salomonis . . . . . 160	
CAPUT II. — Ecclesia Apostolica et Subapostolica . . . . . 22	Liber Ecclesiastes . . . . . 161	
— III. — Ecclesia Latino-Græco-Liturgica . . . . . 30	Cantica Canticorum . . . . . 162	
— IV. — Ecclesia Latino-Græco-Patristica . . . . . 44	Liber Sapientie . . . . . 167	
— V. — Ecclesia Latino-Græco-Scholastica . . . . . 63	— Ecclesiastici . . . . . 169	
— VI. — Ecclesia Latino-Græco-Historiographa, nec non Cardinalitia et Academica . . . . . 88	PROPHETE MAJORES: Isaias, Jeremias cum Barnabæ, Ezechiel, Daniel . . . . . 170	
ARTICULUS II. CAPUT I. — Ecclesia Latino-Græco-Domestica seu discens . . . . . 103	PROPHETE MINORES: Oseas, Joel, Amos, Michæas, Nahum, Habacuc, Abdias, Jonas, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias . . . . . 173	
CAPUT II. — Ecclesia Latino-Græca malignantium et primitivorum . . . . . 113	Duo libri Machabæorum . . . . . 178	
— III. — Ecclesia Purgans et Triumphans . . . . . 118	<b>NOVUM TESTAMENTUM</b>	
<b>PARS SECUNDA</b>		
<b>BIBLIA</b>		
PRELUDIUM . . . . . pag. 125	Evangelium secundum Mattheum . . . . . pag. 179	
<b>VETUS TESTAMENTUM</b>		
Liber Genesis . . . . . pag. 127	— — Marcum . . . . . 182	
— Exodi . . . . . 133	— — Lucam . . . . . 183	
— Levitici . . . . . 136	— — Joannem . . . . . 188	
— Numeri . . . . . 137	Acta Apostolorum . . . . . 190	
— Deuteronomii . . . . . 138	Litteræ Apostolorum . . . . . 191	
— Josue . . . . . 140	Liber Apocalypseos . . . . . 194	
— Judicum . . . . . 141	<b>PARS TERTIA</b>	
— Ruth . . . . . 142	<b>MYSTERIA</b>	
— Regum I . . . . . 143	PROLOGIUM . . . . . pag. 197	
— Regum II . . . . . 144	ARTICULUS I. CAPUT I. — Divina prædestinatio et Assumptio . . . . . 198	
— Regum III . . . . . 145	CAPUT II. — Immaculatus Conceptus et Assumptio . . . . . 201	
— Regum IV . . . . . 148	— III. — Divina Maternitas et Assumptio . . . . . 208	
Duo Libri Paralipomenon . . . . . 150	ARTICULUS II. CAPUT I. — Unio Christi cum Maria in hac mortali vita degentis et Assumptio . . . . . 216	
Liber Esdræ primus et secundus qui dicitur Nehemias . . . . . 151	CAPUT II. — Similitudo Christi cum Maria et Assumptio . . . . . 218	
— Tobie . . . . . 152	— III. — Miraculorum series in Maria et Assumptio . . . . . 221	
— Judith . . . . . 153	ARTICULUS III. CAPUT I. — Passio Christi et Assumptio . . . . . 225	
	CAPUT II. — Crux Christi et Assumptio . . . . . 228	
	— III. — Resurrectio Christi et Assumptio . . . . . 232	
	— IV. — Ascensio Christi et Assumptio . . . . . 235	
	ARTICULUS IV. CAPUT I. — Virginis Puritas et Assumptio . . . . . 239	
	CAPUT II. — Virginis erga Deum amor et Assumptio . . . . . 242	
	— III. — Pulchritudo Virginis et Assumptio . . . . . 245	
	— IV. — Gloria culmen in Virgine et Assumptio . . . . . 250	
	— V. — Præclara Joannis Duns Scoti periocha, immaculatum Virginis Conceptum evincens, totam quam adhuc exposuimus doctrinam claudit . . . . . 254	

## PARS QUARTA

### POLEMICA

PRENOTIO . . . . . pag. 250	Occurritur impugnantia telis que contra I. am partem diriguntur.
I. Difficultas contra I. caput Prodomi, nn. 1-2-3 seqq. . . . . 261	II. — contra I. caput I. partis Chronicon, n. 2 . . . . . 265
III. — contra idem caput, n. 3 . . . . . 267	IV. — contra idem caput, n. 4 . . . . . 268
V. — contra idem caput, n. 5 . . . . . 269	VI. — contra idem caput, n. 1 siue prænotionem . . . . . 270
VII. — contra totum idem caput . . . . . 271	VIII. — contra II. caput, n. 2 . . . . . 272
IX. — contra idem caput, nn. 3-4 . . . . . 273	X. — contra idem caput, n. 7 . . . . . 276
XI. — contra caput III, n. 5 . . . . . 276	

XII. Difficultas contra caput IV . . . . . pag. 279
XIII. — contra idem caput . . . . . 284
XIV. — contra caput V, n. 4 . . . . . 285
XV. — contra idem caput . . . . . 288
XVI. — contra caput VI, nn. 2, 5 . . . . . 289
XVII. — contra idem caput, nn. 6, 8 . . . . . 290
XVIII. — contra art. 2, caput I . . . . . 291

Difficultates que II. partem impetunt ad trutinam vocantur et singillatim diluantur.
I. Difficultas contra totam partem . . . . . 293
II. — contra totam partem . . . . . 293
III. — contra totam partem . . . . . 297
IV. — contra totam partem . . . . . 298
Difficultates que III. parti obstant, proponuntur simul et exsufflantur.
I. Difficultas contra Proæmium . . . . . 299
II. — contra II. c. nn. 1-2-3 seqq. . . . . 301
III. — contra idem caput, n. 5 . . . . . 302
IV. — contra idem caput, n. 6 . . . . . 303
V. — contra IV. caput, art. IV. . . . . 305
VI. — contra idem caput . . . . . 306
VII. — contra V. caput, art. IV. . . . . 307

## DISQUISITIO POSTERIOR

### CRITICO-PHILOSOPHICO-THEOLOGICO-DIPLOMATICA

PROLOGIUM . . . . . pag. 311
------------------------------

### PARS PRIMA

#### CRITICE

ORATIO I. CAPUT I. — Somatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum suppediat, quum ratiocinative continetur in verbo Dei dogmatico . . . . . pag. 315
CAPUT II. — Psychosomatica Deiparentis Assumptio definibile veritatis objectum præ se fert, quum discrete continetur in verbo Dei tradito . . . . . 322
— III. — Scholion I. Utrum Dei revelantis seu loquentis auctoritate veritas Assumptionis proprie veretur nitatur . . . . . 333
— IV. — Scholion II. Utrum Virginis Assumptio, quæcum nec omnes mathematicæ traditionis testes congruunt, quamque nec uspiam sac. Biblia discrete proclamant, constabili dogmatico queant, an secus . . . . . 338
ORATIO II. CAPUT I. — Corporea divini Matris Assumptio proxime definibile veritatis objectum pandit, quum ad maximum gradum ejus certitudo pertingat, eamque dogmaticæ præfinitionis Ecclesie hierarchicus ordo conquirit . . . . . 341
CAPUT II. — Quamvis hunc temporis iuri censoria nota poterit, qui adauget Assumptioni Virginis obloqueretur . . . . . 347
— III. — Utrum in edendo Virginis assumptæ dogmate novum Ecclesie catholicæ dogma fabricet, utrum œcumenicæ Synodi convocatio postuletur, qualique formula poterit Assumptionis dogma præfinitri . . . . . 350

ORATIO III. — De opportunitate definitionis hac ipsa nostra qua vivimus et movemur, atate . . . . . pag. 353
CAPUT I. — Quid Rom. Ecclesia plerasque dogmaticas definitiones, quas inter ea que respicit Assumptionem, longa post temporum curricula distulerit? . . . . . 356
— II. — Omnes utriusque mundi creature, non excepto Creatore, Virginis assumptæ dogmate mirum in modum congaudent . . . . . 357
— III. — De analogis inter Leonem XIII et dogmaticum Virginis assumptæ decretum . . . . . 361
— IV. — Assumptionis dogmate præcipue collustrantur Catholicæ Religionis veritates, ita, ut præcipue nostrorum temporum hæreses profligantur, quibus constituitur pugna contra veritatem definiendam requisita . . . . . 367
MONITUM AUCTORIS . . . . . 371

### PARS SECUNDA

#### PHILOSOPHUMENA

PRELOQUIUM . . . . . pag. 373
ORATIO I. Deus. CAPUT I. — Assumptæ Virgo Deipara (quod dogmaticè constituitur) Deum ejusque Deitatem nutritica prodit . . . . . 374
CAPUT II. — Per Assumptionis dogma lues illa que longe lateque grassatur, Atheismus exploditur . . . . . 377
— III. — Perabsurda recentium omni-theistarum philosophemata radicibus per Assumptionis dogma colliduntur . . . . . 379
ORATIO II. Anima. CAPUT I. — Adstruitur Virginis Assumptionis spiritalitas anime, putidæque refellitur materialismus . . . . . 383

- CAPUT II. — Virginis Assumptione depromitur immortalitas animae, teterriusque percontitur lethali ferro nihilismus . . . . . pag. 387
- ORATIO III. *Callus*. CAPUT I. — Assumpta Virgo Deipara retundit suo nitore nationalismum qui, Dei cultu posthabito, cultum impudicæ mulieris evehendum proponit . . . . . 391
- CAPUT II. — Assumpta Virgo destruet epicureismum, divinum cultum destruentem, et penas quas propter illum atque facinora justo meremur, avertet aut mulcebit. . . . . 394

## PARS TERTIA

## THEOLOGUMENA

- PRÆLEDIUM . . . . . pag. 399
- ORATIO I. *Theologia Parasævastica*. CAPUT I. — Assumptio Virginis tractatum DE VERA RELIGIONE collustrat . . . . . 400
- CAPUT II. — Assumptio Virginis tractatum DE VERA CHRISTI ECCLESIA splendore perfundit . . . . . 403
- III. — Assumptionis dogma magnum exerebit influxum in inceptam SYNODUM VATICANAM . . . . . 403
- ORATIO II. *Theologia Dogmatica*. CAPUT I. — Assumptio Virginis in tractatus DE DEO UNO SECUNDUM NATURAM et DE DEO TRESO SECUNDUM PERSONAS caeleste iubar offundit . . . . . 413
- CAPUT II. — Assumptio Deiparentis roborat tractatum inscriptum DE DEO CREANTE . . . . . 416
- III. — Assumptio Virginis tractatus dogmaticos DE DEO INCARNATO et DE DEO REDIMENTE, necnon CULTUM SS. CORPUS JESU pleniore in lumine ponit . . . . . 418
- IV. — Assumptio Virginis tractatus dogmaticos DE FIDE, DE GRATIA et DE SACRAMENTIS, illustrat . . . . . 422
- ORATIO III. *Pseudo-Theologia*. CAPUT I. — Assumptio Deiparentis haresiarchiam sæculi XVI radicitus præmonstrat atque refellit . . . . . 425
- CAPUT II. — Assumptionis dogma medetur haresiarchiæ sæculi XIX, pleno haresiarchiæ sæculi XVI complemento . . . . . 429

## PARS QUARTA

## DIPLOMATIA

- PROLEGOMENON . . . . . pag. 437

- ORATIO I. *Diplomatia qua pollet Ecclesia seu Romanus Pontifex jure divino*. CAPUT I. — Per Assumptionis dogma Communismus et Socialismus nostra præsertim tempestate gliscentes atque serpentes alio lumine refelluntur ac propulsantur . . . . . pag. 438
- CAPUT II. — Desiderium sectæ Massonicae aut Carbonariae per Assumptionis dogma peribit . . . . . 444
- III. — Assumptionis dogma civilium legum et hodiernæ societatis exemplar . . . . . 446
- ORATIO II. *Diplomatia qua fruatur Romanus Pontifex jure humano*. CAPUT UNICUM. — Assumptionis dogma civilem principatum Ecclesie Romanæ pollicetur . . . . . 450
- III. *Fundamenta juris diplomaticæ*. CAPUT I. — Assumptionis dogma diplomaticum censeri quodammodo poterit . . . . . 455
- CAPUT II. — Assumptio Virginis, objectum dogmaticæ definitionis, Ecclesiam inter et Statum harmoniam declarat . . . . . 458
- III. — Assumpta Virgo Deipara, instar Rom. Præsulis, deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, ut fidem usquequaque porrigerent . . . . . 460
- IV. Jura Canonicum et Civile, fundamenta Juris Diplomatici, corpoream Deiparentis Assumptionem declarant et collustrant . . . . . 463

## DUO CAPITA

## PARALIPOMENON

- CAPUT I. — Assumptio Deiparentis ad perfectionis culmen provehit systema triadis create, VERUM, BONUM, PULCRUM. — Que hucusque deprompsimus, opitulatricem operam sacro Virginis assumptæ dogmati navant . . . . . pag. 467
- II. — Quantum Assumptionis festum celebre sit ac vetus. — Quoto vitæ suæ anno mortem oppetierit B. V. Maria. — Quonam loco natura concesserit. — Post quot dies gloriosa revixerit . . . . . 473

## SYMBOAH

- Contra neologos alma Deipara mortem inflicientes . . . . . pag. 478

Nihil obstat.

Taurinij, 23 Februarii 1884.

DOMINICUS CUMINO *Prov. Gen.*



TEC